This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`




HARVARD
DIVINITY
SCHOOL
Andover-Harvard
Theological Library

Migne, Jacques Paul

PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS

SEU BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, ŒCONOMICA,

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANNO 1216) PRO LATINIS ET AD CONCILII FLORENTINI TEMPORA (ANNO 1439) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER QUINDECIM PRIORA ECCLESIÆ SÆCULA ET AMPLIUS.

SERIES GRÆCA,

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ A S. BARNABA AD BESSARIONEM.

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS CII.

PHOTIUS CONSTANTINOPOLITANUS PATRIARCHA.

PARISIIS

APUD GARNIER FRATRES EDITORES, ET J.-P. MIGNE, SUCCESSORES

IN VIA DICTA : *AVENUE DU MAINE*, 208.

1900

BR
60
.M38
t. 102

Clichy — Ex typis PAUL DUPONT, 12, viâ dictâ Bac-d'Asnières. 26.9.1900.

SÆCULUM IX, ANNUS 891.

ΦΩΤΙΟΥ,

ΠΑΤΡΙΑΡΧΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ,

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

PHOTII,

CONSTANTINOPOLITANI PATRIARCHÆ,

OPERA OMNIA

IN CLASSES QUINQUE DISTRIBUTA :

EXEGETICA, DOGMATICA, PARÆNETICA, HISTORICA, CANONICA;

CURIS VARIORUM, NEMPE :

CHRISTOPHORI WOLFII, ANG. ANT. SCOTTI, FRANC. COMBEFISII, CARD. BARONII, STEWARTII, RICHARDII MONTACUTII, ANTIMII REMNICENSIS EPISCOPI, FR. SCORSI, JOANN. BAPT. COTELERII, JUSTELLI, VOELLI, FONTANI, CORDERII, ANDREÆ SCHOTTI, CRAMERI, CARD. ANG. MAII, JAGERI, EMMANUELIS BEKKERI, JOSEPHI HERGENRŒTHER,

JAM ANTEA LUCE DONATA, PARTIM NUNC PRIMUM EDITA;

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORIS

TOMUS SECUNDUS.

PARISIIS
APUD GARNIER FRATRES, EDITORES ET J.-P. MIGNE, SUCCESSORES
IN VIA DICTA : *AVENUE DU MAINE*, 208

1900

SÆCULUM IX. ANNUS 891.

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO CII CONTINENTUR

PHOTIUS CONSTANTINOPOLITANUS PATRIARCHA.

OPERUM PARS II. — DOGMATICA.

Contra Manichæos libri quatuor, ex editione J. Christophori Wolfii. *col.* 9

De Spiritus sancti mystagogia liber, quem primus edidit et notis illustravit J. Hergenrœther, in universitate Wirceburgensi theologiæ doctor. 263

Homiliæ, ex editione Franc. Combefisii. 547

Carmina, ex Jnnio Bollandiano et Ang. Maio. 575

Epistolarum libri tres, ordine novo dispositi, ex Baronio, Montacutio, Combefisio, Franc. Scorsi, Cotelerio, Ang. Maio, Jagero. 585

LECTORI

Post absolutum volumen venit in manus nostras diu frustra undequaque conquisitus liber cui titulus, ΤΟΜΟΣ ΧΑΡΑΣ, Athenis a viro docto Sgouta nobis transmissus. Continet Photii Epistolam ad Ecclesiam Antiochenam quæ alibi non exstat impressa : eam ad calcem hujus tomi cum interpretatione nostra addendam curavimus. Ait Photius, se onus archiepiscopale impositum ægre suscepisse; orthodoxæ fidei professionem emittit.

PHILADELPHIA DIVINITY SCHOOL

PHOTII

PATRIARCHÆ CONSTANTINOPOLITANI

OPERUM PARS SECUNDA.

—

DOGMATICA.

—

PRÆFATIO

J. CHRISTOPHORI WOLFII IN LIBROS IV CONTRA MANICHÆOS

Sisto tibi, erudite lector, novam monumentorum, adhuc non editorum, collectionem, in posterum si Deo O. M. visum fuerit, per fasciculos aliquot continuandam. Nata mihi illa est tum aliunde, tum ex itineribus, quæ ante hos sedecim annos litterarum causa suscepisse me, cum voluptate recordor. Accipis itaque hic specimen duplex, alterum ad sacram, alterum ad profanam litteraturam magis pertinens. Ita enim hujus instituti rationes formandas esse putavi, ut ad novitatem accederet varietas. Agmen ducit Photius, patriarcha quondam CPolitanus, non minus de re sacra et ecclesiastica, quam litteris politioribus, apud æquales et posteros commentationibus suis, quæ ætatem tulerunt, præclare promeritus. Hujus libri IV *Contra Manichæos* veteres et recentiores exarati, lucem, qua tamen omnino digni erant, adhuc non viderunt. Primus eorum, fateor, a præstantissimo et supra laudes meas posito Bernardo de Montfaucon cum Latina versione insertus est *Bibliothecæ Coislinianiæ*, quam indefessæ viri industriæ ab anno 1715 debere cœpimus, pag. 349 seqq. At cum egregium illud Opus in oris nostris rarius obvium sit, ista vero Photianæ commentationis pars inter tot alia præclara, quæ ibidem occurrunt, opuscula, quasi sepulta videatur, non solum consultum putavi, sed et necessarium, ut idem ille liber primus cum cæteris tribus hic recuderetur. Hujus consilii hanc præterea habeo rationem, quod intellexi, beneficio codicis nostris Hamburgensis, quem in editione hac potissimum secutus sum, varia loca male accepta integritati suæ vindicari posse, quod ipsum mihi occasionem suppeditavit, interpretationem Latinam, alioquin optimam, hinc inde emendandi. Ne quid de notis dicam, quibus indigere videbatur egregia narratio, quæ cæteris omnibus, ad hoc argumentum spectantibus, et brevitate, et dictionis nitore, et rerum copia merito præfertur. Laudatissimus Montfauconius libri hujus primi editionem ex duobus codicibus, *Coisliniano* altero, altero *Colbertino*, procuravit, quorum alter alteri interdum suppetias tulit. Num in utroque tres reliqui libri desiderati sint, dicere non habeo. Certe id suspicor, non sine veri specie, quia doctissimus editor, quod alias facere consuevit, illorum in codicis Coisliniani descriptione non facit mentionem. Fortasse omissioni in utroque codice occasionem suppeditavit argumenti diversitas, cum liber ille primus tantum ad historiam Manichæismi, tres vero reliqui ad *confutationem* doctrinæ, quæ jam ab aliis suscepta erat, et qua proinde forte non adeo opus videbatur. spectent. In nostro Holsteniano integra commentatio, sine interrupto ordine, exstat. Nec dubitari potest, ab eodem auctore libros singulos esse profectos, cum in calce primi spes diserte fiat cæterorum, qui confutationem errorum exhibituri sint, ac præterea ipsa scribendi commentandique ratio Photium referat. At librum I, Photium auctorem habere, præter constans codicum mss. testimonium, dubitare non sinit Euthymius, qui parte II *Panopliæ* suæ, titulo 21, compendium narrationis Photianæ totidem ut plurimum verbis exhibet, et diserte Photio tribuit, iis verbis, quæ in notis ad p. 1 attuli.

Atque hæc quidem causa est, cur totam hanc scriptionem in lucem proferendam censuerim, nactus imprimis in ipsa hac urbe tam insignem opportunitatem. Bibliotheca enim nostra publica inter Græcos codices, quod liberalitati præstantissimi Lucæ Holstenii, civis nostri, debet, exhibet insigne volumen ordinis majoris, quod, præter Serapionis et Titi Bostrensis contra Manichæos scripta, Photianas illas curas complectitur. Monumenta illa singula, quemadmodum et pleraque eorum quæ Holstenius biblio-

369

thecæ nostræ legavit, ἀπόγραφα exhibent, ex bonæ antiquissimæque notæ codicibus, a recentiori manu diligenter exarata, et ab Holstenio, ceu ex notulis quibusdam marginalibus patere videtur, recognita. Fortasse illorum copiam ipsi fecit bibliotheca Vaticana, cujus curam agebat. Hujus conjecturæ hanc causam habeo Cl. Laurentius Alexander Zacagnius, ejusdem bibliothecæ quondam præfectus, et an. 1712, 26 Febr. cum litterarum jactura fatis functus, ex libro I Photii, tum non edito, affert locum illustrem, quo præsul diligentissimus Archelai, Carcharorum episcopi, industriam in compescendis Manichæorum veterum conatibus collocatam laudat. Eum infra in notis monui cum apographo Holsteniano ita convenire, ut nulla prorsus differentia nisi in unius litteræ scriptione observetur. Hinc conjectura mihi fit Holstenium nostrum eodem, quem is habuit, codice usum fuisse. Quanta vero cura exemplum illud Holstenianum, ex primitivo non minus castigato, descriptum sit, vel ex eo patet quod illud unum semper bene habeat, ubi duo, Coislinianus et Colbertinus, ex quibus Cl. Montfauconius suam editionem curavit, dissentiunt; passim vero etiam utrique, ubi labes est, succurrat, et vix una alterave vice necessitatem mihi imposuerit, a lectione ipsius recedendi. Exempla hujus assertionis in notis, lector, invenies, quæ effecerunt, ut nostro potissimum codici putaverim insistendum. In quo tamen negotio ita versatus sum, ut non negligerem auctoritatem duorum illorum Parisiensium, quos Cl. Montfauconius secutus est. Istis vero adjunxi compendium Euthymianum, prout I. c. in *Panoplia* exstat Tergobysti Græce an. 1710, fol. edita, et a me olim, quod ad hanc partem spectat, descripta. Hæc enim summa passim nostri codicis lectiones asseruit et vindicavit. Præsidio porro mihi fuit Petri Siculi *Historia* (Manichæorum) ex ms. codice bibliothecæ Vaticanæ Græce cum Latina versione edita per Matthæum Raderum, Ingolstadii 1604, in-4. Cum enim, quod subinde in notis ostendi, insignis inter Photii et Petri Siculi commentationes affinitas intercedat, quia in recensendis veterum Manichæorum rebus eosdem auctores, in novorum autem eamdem uterque rationem secuti sunt, fieri non potuit, quin sæpe is genuinam lectionem confirmaret, corruptam autem configeret. Quemadmodum vicissim is, qui istam Petri Siculi *Historiam* recognitione et versione nova, quam omnino requirit, dignari velit, non parum subsidii ex Photiana hac scriptione sibi cum ratione promittet.

Quæ dum memoro, non possum non significare dubitationem, quam in notis meis professus sum, et in qua me adhuc hærere fateor, uter scilicet horum alterum in scribendo imitatus videatur. Alterum alterius vestigia pressisse non dubitabit, qui utrumque scriptum comparaverit, et vel ea legerit, quorum indicium ipse feci. Proferam hic unum convenientiæ argumentum, idque meo judicio luculentum, ex num. VI (col. 23). Ibi potiores Manichæorum recentiorum errores ad sex capita revocantur. Totidem constituit Petrus Siculus p. 17 seq. Hoc a nemine veterum fieri memini. Et si factum esset, vel sic tamen rationi huic suum constaret pondus, quia utrinque idem ordo, et eædem interdum phrases observantur. Compara, quæso, quæ de primo Paulicianorum errore apud nostrum leguntur, cum his, quæ ex Siculo Latine proferam : « Primum illorum axioma est, duo rerum esse principia, Deum malum et Deum bonum : aliumque hujus mundi conditorem ac principem, et alium futuri ævi. — Age dic, inquit, quid nos a Romanis secernit? seipsos enim exsecrati illi, et nefarii prorsusque ingrati et perfidi Christianos nuncupant, nos autem vere Christi, veri Dei nostri cognomines, Romanos, ethnico nomine proprium permutare conati, appellant. — Asserunt autem sejunctionem suam a nobis in hoc consistere, quod ipsi quidem alium aiant esse Deum mundi conditorem, et alium, quem Patrem cœlestem vocabant, exclusum a mundi administratione, solaque in æternitate dominantem. » Uter hic utrum duxerit, aut secutus sit, arduum fuerit definire. Ætatis investigatio hic rem non confecerit. Fuerunt enim æquales, et sæculo IX medio claruerunt. Photium, A. C. 858, patriarcham CPoli constitutum esse et A. 891 obiisse constat. Lege hanc in rem doctissimi amicissimique nobis Jo. Alberti Fabricii *Bibliothecam Græcam*, tom. IX, p. 369 et 370. Petrum Siculum eodem tempore vixisse ex calce *Historiæ* ejus apparet. Referam argumentum verbis Matthæi Raderi, editoris ejus, quæ in limine libelli ita leguntur : « Vixit Petrus Siculus A. P. C. N. præter propter 870, quo tempore ex imperio Basilii et filiorum Constantini et Leonis, imperatorum Orientis, legatus Tibricam, Armeniæ civitatem, ut de captivorum permutatione ageret, missus est, causamque feliciter, ut ipse extremis narrat paginis, cum novem Tibricæ menses moratus esset, transegit. » Itaque uterque provocare potuit in scripto suo ad ea, quæ a Manichæis sua ætate gesta vel viderit, vel audiverit. Cl. Montfauconio, p. 349 *Bibliothecæ Coislinianæ* narrationis illius Photianæ pars maxima ut plurimum desumpta videtur ex historia de ortu progressu et occasu Manichæorum a Petro Siculo descripta. In eamdem sententiam penitus concederem, nisi obstaret, quod Photius in limine narrationis suæ varios alios allegans, quorum opera usus sit, Siculum nostrum tacet, ad quem tamen pro candore, qui alioquin in eo observatur, hoc magis, siquidem ea usus fuisset, provocaturus fuisse videtur, quod ipsum rebus contra Manichæos gestis interfuisse ex ipsa commentatione nosset. Vicissim vix veri videtur simile, Petrum Siculum Photii forulos compilasse, in primis in iis, quæ ad recentiorum Manichæorum, seu Paulicianorum, historiam spectant. Ad eam enim scribendam invitatum et permotum se ait legatione regia, qua in oris, his hominibus refertis, perfunctus sit. Verba ita habent Latine, p. 3 : « Ergo vero inductus rei necessitate hoc muneris suscepi, quando regia legatione perfuncturus ad ea loca accessi, ipso excidio imperii Basilii Magni imperatoris nostri, a Deo delecti, etc. Porro legatus ibam, ut de captivorum permutatione agerem, etc. Tibricæ igitur legationis obeundæ causa apud Paulicianos diu

moratus, sæpe disputando cum illis sum congressus, illorumque arcana omnia per Catholicos etiam ibi degentes curiose investigavi, » etc. Hic clarum est, Petrum videri velle eorum narratorem, quæ vel gesta ipsa viderit, vel ex æqualibus et Manichæis audiverit. Fortasse itaque sic statuendum fuerit, Petrum Siculum Photii commentationem ante oculos habuisse in enarranda veterum Manichæorum historia et doctrina, deinde, vero ubi ad recentiorum res (nam et horum doctrinas eodem modo, quo Photius, recenset) pervenerat, proprium fundum consuluisse. Et sane minorem in extrema narratione inter utrumque scriptorem convenientiam deprehendisse mihi videor, quam quæ in limine et continuatione operis apparet. Veri quoque est similius, Petrum Siculum, scriptorem cætera incognitum, peritum ducem, quem sequeretur, elegisse, quam Photium, hominem in scribendo exercitatissimum. Monere denique et hoc liceat, Siculum æque, ac Photium, p. 17 et 21 *Historiæ* suæ promittere confutationem Manichæismi, imo eadem perfunctum esse, ea, quæ Photio se probavit, ratione. Raderus enim, § 4 Præmonitionis suæ ad Siculi libellum, ex Jac. Sirmundi fide refert, duorum capitum, ex sex illis, de quibus modo diximus, refutationem exstare in bibliotheca Vaticana manu exaratam, eamque ex nudis prope divinarum Litterarum testimoniis contextam. Idem hoc Photio curæ potissimum fuisse non negabit, qui librum ejus II vel obiter inspexerit.

Quidquid hujus erit, eruditorum non unus dignum censuit hoc opus, quod in lucem ederetur. Ita Abrahamus Hinckelmannus, ὁ μακαρίτης, prædecessor meus, de Græcis libris non minus præclare quam *de Orientalibus*, promeriturus, luci id cum versione sua Latina, cujus partem perfecerat, destinabat. Vide *Detectionem fundamenti Böhmiani*, p. 52 et 123. Illius ἀπόγραφον una cum Serapionis et Titi Bostrensis commentationibus supra memoratis, devenit postea in manus Sebast. Gottfridi Starckii, professoris quondam linguarum Oriental. Gryphiswaldensis ac deinde scholæ equestris Brandenburgensis moderatoris, qui telam ab Hinckelmanno cœptam pertexturus erat, si per fata licuisset. Lege illius præfationem ad librum *Kelila Wadimna*, Græce ab ipso editum, in calce, et confer Cl. Martini Dieterich Programma singulare, Berolini an. 1711 vulgatum, et memoriæ viri optimi destinatum. Idem animus fuit Laurentio Alexandro Zacagnio supra laudato, quod ex Præfatione ejus ad tomum I *Collectaneorum Monumentorum veterum Ecclesiæ Græcæ*, p. 15, intelligitur : « Sed ut ad Archelaum, inquit is, redeam, reperto hoc vetustissimo adversus Manichæos Opere, ad nefariæ eorumdem hæreseos historiam conscribendam animum admovi, eique non modo integram Archelai disputationem, sed et Photii patriarchæ CP. libros IV adversus Manichæos suo tempore iterum exortos, aliaque multa adhuc inedita magnique facienda veterum auctorum scripta, appendicis loco subjungere decreveram : sed doctissimorum virorum consilio factum est, ut in antecessum acta ista in primo Collectionis nostræ tomo ederentur. » Horum itaque exemplo adductus de perficiendo hoc negotio jam ante aliquot annos, consilium cepi, super vero serio cogitavi, postquam vidi Cl. Jacobum Basnag., in Specimine novæ, quam suscepit, editionis *Antiquarum lectionum* Canisii, Serapionis et Titi Bostrensis scripta contra Manichæos ex apographo codicis Holsteniani, quod a S. Rever. Jo. Friderico Wincklero, collega meo conjunctissimo, accepit, Græce edidisse, cum antea ibi Latine tantum legerentur. Consultum itaque putabam, efficere, ut triumviri isti, quos eodem volumine ms. junctos videbam, publice in posterum non essent disjuncti, in primis cum viderem, Photium in Confutatione sua duorum istorum laborem supplere. Illi enim, ut de historia hæreseos pestilentissimæ tacent, erroresque ipsos argumentis, ex ratione et philosophia petitis, oppugnant ; ita Photius narratione historica egregie perfungitur, ac furorem illorum hominum ex Scriptura diviniore compescendum sumpsit.

Ita enim rationes suas in toto opere hoc instituit Photius, ut lib. I tantum historiam tradat, reliquis vero potiores eorum errores profliget ; atque adeo, lib. II, contra eos evincat, Deum eumdem et animas et corpora et cætera sensibus subjecta condidisse ; lib. III, Veteri Testamento originem divinam vindicet ; IV, denique varia repetat, ad eadem argumenta pertinentia, et exceptionibus Manichæorum nonnullis satisfaciat. De titulo, quem libro II præfixum videbis, ita habe. Is non tam proxime et sigillatim ad librum illam quam ad reliquos duos pertinet, et generalem operis inscriptionem, ab alia manu profectam, sistit, docetque quod illud in oppugnandis Manichæis eorumque exceptionibus repellendis occupetur. Promittit enim Ἀπορίας καὶ λύσεις τῶν Μανιχαίων ; hoc est, *Dubia Manichæorum eorumque solutiones*.

De notis, quas addidi, ita existima. In lib. I illustrando diffusior, in altero parcior fui, in reliquis idem futurus. Historica enim illa hinc inde vel luce ex antiquitate, vel robore ex consentientibus aliorum testimoniis indigere, vicissim vero dogmatica sua radiare luce mihi videbantur.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ [1] ΑΓΙΩΤΑΤΟΥ ΦΩΤΙΟΥ

ΔΙΗΓΗΣΙΣ

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΜΑΝΙΧΑΙΩΝ ΑΝΑΒΛΑΣΤΗΣΕΩΣ.

—

EJUSDEM SANCTISSIMI PHOTII

NARRATIO

DE MANICHÆIS RECENS REPULLULANTIBUS.

—

SERMO PRIMUS.

I. Cum multis ignotum esse videamus, undenam exsecrandus ille nuper exortus Paulicianorum cœtus hoc nomen acceperit, ac varias ea de re nec sibi mutuo consentaneas opiniones circumquaque sparsas esse sciamus, non abs re fore duxi, quæ narratu eorum accepi, qui hujusmodi defectionis scelus detestati fuerant, pœnitentiæque lacrymis abluerant, populari brevique sermone de hoc argumento recensere, eaque addere, quæ præter priscorum Manichæorum sententiam a posteris eorum novata et adinventa fuerunt.

II. Samosata urbs est Syriæ, ubi olim Manichæo-

ΛΟΓΟΣ ΗΡΩΤΟΣ.

Α'. Πολλοῖς ὁρῶντες (2) ἀγνοούμενον, ὅθεν δὴ τὴν ἐπωνυμίαν τὸ βδελυκτὸν τοῦτο καὶ νεοφανὲς τῶν Παυλικιανῶν ἐκληρώσατο σύστημα, καὶ πολλὴν ἐσκεδασμένην ἀνακόλουθόν τε καὶ διάφορον τὴν περὶ τοῦτο συρομένην εἰς πάντας ὑπόνοιαν· οὐκ ἄκαιρον (3) ἡγησάμην βραχέα τινὰ καὶ ἅπερ ἀνεπυθόμην παρὰ τῶν βδελυξαμένων καὶ μένανοίας δάκρυσι τὸ τῆς ἀποστασίας ἀποπλυναμένων ἄγος, καθωμιλημένῳ (4) καὶ συντόμῳ λόγῳ περὶ ταύτης διαλαβεῖν τῆς προθέσεως, καὶ εἴ τι ἄλλο παρὰ τὰ πάλαι δόξαντα τοῖς ἀπὸ Μάνεντος (5) ἐνεωχμώθη τε καὶ συγκατεσκευάσθη τοῖς ὕστερον.

Β'. Σαμόσατα πόλις ἐστὶ τῆς Συρίας, ἐν ᾗ πάλαι

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(1) Τοῦ αὐτοῦ, etc. Ita habet titulus apographi Holsteniani, quamvis in eo volumine, quod in bibliotheca nostra publica exstat, nihil quidquam Photii præterea legatur, sed Serapionis et Titi Bostrensis contra Manichæos commentationes proxime antecedant. Hinc forte non præter rem colligas, in codice Vaticano, ex quo Holstenius Photiana hæc describi forte curavit, alia ejusdem lecta fuisse. Codex Coislinianus titulum nonnihil, sed vocibus tantum diversum, exhibet ita : Φωτίου τοῦ ἁγιωτάτου ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως ἐν συνόψει διήγησις τῶν νεοφαντῶν Μανιχαίων ἀναβλαστήσεως. Cæterum ipsum hoc Photii opus edituri erant, si per fata licuisset, viri præstantissimi, de quibus in præfatione diximus. Photii genuinum esse opus, tum dictionis genus tum in primis luculentum Euthymii, sæc. XII scriptoris, testimonium in *Panoplia dogmatica*, tit. 20, contra Paulicianos exstans ubi is copiosa excerpta ex his Photii libris affert, eaque ipsius nomini inscribit. Afferam hic verba, prout in editione Operis Euthymiani Tergobystensi Græce leguntur : Χρὴ δὲ γινώσκειν, inquit, ὡς ὁ ἐπιλεξάμενος ἐγὼ τά τε ἤδη ῥηθέντα καὶ τὰ ἑφεξῆς ὑποτεταγμένα τῷ παρόντι τίτλῳ κεφάλαια, τὰ μὲν καθ' ὁλόκληρον τέθεικα, τὰ δὲ κατ' ἐπιτομήν, τὸ μῆκος ἐκκλίνας. Τινὰ δὲ τῶν ἐν τοῖς συγγράμμασι τοῦ δηλωθέντος πατριάρχου καὶ πάντη περιέδραμον, ὅσα διὰ βαθύτητα νοημάτων ἢ καὶ διὰ τὸ λίαν ἐμπερίβολόν τε καὶ ἐγκατάσκευον ὀλίγοις μὲν ἦσαν προσιτὰ καὶ εὐάρεστα, τὰς αὐτὰς δὲ σχεδὸν παριστῶν ἐννοίας τοῖς ἐκλεγεῖσιν, εἰ καὶ δ' ἄλλων λέξεων καὶ ἑτεροτρόπων ἐπιχειρημάτων συνεπεραίνοντο. Quæ quidem Franc. Zinus tomo XIX *Biblioth. Patrum*, p. 206, ita Latine convertit : *Illud sciendum est me, qui capita hæc, quæ in hoc titulo continentur, collegi, partim integra posuisse, partim, ut longitudinem evitarem, compendio comprehendisse, et ex patriarchæ, quem ante commemoravi, scriptis ea prætermisisse, quæ vel profundiora vel imperfectiora paucis essent profutura, aut placitura, sententias tamen easdem, licet aliis verbis, aliisque dicendi rationibus retinui.*

(2) Ὁρῶντες. Ὁρῶν τε Colbertinus, male.

(3) Οὐκ ἄκαιρον. Coislinianus præmittit καί, quo opus non est, unde nec in Hamburgensi legitur.

(4) Καθωμιλημένῳ. Per *populari* reddendum censui, cujus in versione eruditissimi interpretis non habita erat ratio. Brevem quidem narrationem hanc suam de Paulicianis appellat Photius, ex qua tamen plura discas, quam ex reliquis omnibus, qui huc curas suas retulerunt, ipso etiam Petro Siculo non excepto, cujus Historia de ortu, progressu, et occasu Manichæorum, sæculo IX fere inclinante scripta, et Ingolstadii a Matthæo Radero Græce et Latine an. 1604, in-4, edita est.

(5) Τοῖς ἀπὸ Μάνεντος id est, *Manetis asseclæ*. Ita enim Græci passim. Sic Apollonius, epist. 16, οἱ ἀπὸ Πυθαγόρου καὶ ἀπὸ Ὀρφέως, id est, *philosophi Pythagoram vel Orpheum secuti*. Diversæ nonnihil notionis phrases sunt ὁ ἀπὸ φιλοσόφων, ὁ ἀπὸ νοταρίων, id est, *qui philosophus* vel *notarius fuerat*. Non opus est, ut moneam de diversa nomen Manetis apud Græcos et Latinos flectendi ratione : apud illos enim nunc Μάνου, nunc Μάνεντος, apud hos vero *Manæ*, *Manetis* et *Manis* formam legas. Si tamen *Suidam* audias, tom. II, p. 492, Μάνεντος declinandum fuerit.

τὸ Μανιχαίων θεοστυγὲς ἐπεκώμασε (6) φρόνημα. Ἐν ταύτῃ γυνή τις ὀνόματι Καλλινίκη (7) τῆς τοιαύτης αἱρέσεως ὅλον ἐν ἑαυτῇ συλλαβοῦσα τὸν βόρβορον, δύο τίκτει παῖδας, ὡς εἴθε μὴ ὥρειλεν, ὧν ὁ μὲν Παῦλος, τὸν δὲ Ἰωάννην ὠνόμαζον. Οὗτοι παῖδες οὐδὲν ἧττον τῆς γαστρὸς ἢ τῆς αἱρέσεως ἐκείνης (8) γενόμενοι τῆς κακοδαίμονος, ἄκρατον (9) τὸν ἰὸν τῆς ἀποστασίας εἰσεδέξαντο. Καίγε τῶν ἄλλων ἐπὶ τῇ δυσσεβείᾳ διαφέροντας καὶ δραστηρίους ὄντας τὸ κακοποιῆσαι κήρυκας τῆς ἀνομίας τοῦ τοιούτου μύσους οἱ μύσται (10) καὶ μυσταγωγοὶ εἰς τὴν τῶν Ἀρμενιακῶν (11) οὕτω νυνὶ καλουμένην χώραν ἐξέπεμψαν. Φανάρεια δὲ αὐτοὺς ἐπιχωρίῳ γλώσσῃ τὴν κλῆσιν ἡ κώμη λαβοῦσα πρὸ τῶν ἄλλων ὑπεδέξατο, καὶ τὰ τῆς ἀσεβείας ἐνεκυμόνησε σπέρματα, ἐξ οὗ καὶ τὴν προσωνυμίαν ἕν τι τῶν περιεχομένων αὐτῇ χωρίων Ἐπίσπαρις (12) ἐκληρώσατο. Ἐκ θατέρου τοίνυν τῶν εἰρημένων, ὅτῳ Παῦλος ἦν ὄνομα, ἀντὶ τοῦ γινώσκεσθαι διὰ τῆς τοῦ Χριστοῦ παρωνυμίας τὴν τῶν Παυλικιάνων (13) κλῆσιν οἱ τῆς ἀποστασίας ἐρασταὶ μετηλλάξαντο, οἱ δὲ οὐκ ἐκ θατέρου φασὶν, ἀλλ' ἐξ ἑκατέρου (14) συναρθέντων ἀλλήλοις τῶν ὀνομάτων εἰς ἐκβαρβαρωθεῖσαν ἐπίκλησιν σύνθετον, καὶ ἀντὶ τοῦ (15) Παυλοϊωάνναι καλεῖσθαι αὐτοὺς ὅπερ νῦν ὀνομάζονται.

Γ'. Χρόνου δὲ διαῤῥύεντος ἕτερον αὐτοῖς τὸ τῆς ἀποστασίας συνέδριον χειροτονοῦσι διδάσκαλον, ὃς ἐκ τῶν γεννησαμένων Κωνσταντῖνος ἔλκων τὴν κλῆσιν εἰς Σιλουανὸν ἑαυτὸν μετωνόμασε (16). Καί γε

rum doctrina Deo perosa floruit. Ibi erat mulier quædam nomine Callinice, quæ totum hujus hæresis cœnum in se collegerat. Hæc duos parit filios, quod utinam Deus avertisset : alium Paulum, alium Joannem appellarunt. Hi non minus infaustæ illius hæresis, quam uteri proles, defectionis virus sine ullo temperamento acceperunt. Illos vero utpote impietate alios præstantes et actuosos, maloque fovendo natos, qui tum detestandæ sectæ præfecti et mystagogi erant, in regionem Armeniacorum, ut nunc vocant, ad prædicandam impietatem miserunt : Phanarea, vicus sic ab incolis dictus, eos ante alios omnes excepit, impietatisque semina fovit ; unde etiam unus ex circumpositis vicis *Episparis* nomen sortitus est. Ex prædictorum igitur altero, cui Paulo nomen, defectionis amatores, mutata ea, quæ a Christo derivatur, nomenclatura Pauliciani appellati sunt. Alii dicunt non ex altero, sed ex utroque conjunctis nominibus denominationem accepisse barbaram, et pro eo, quod Pauloioannes dici debebant, appellari ita, ut nunc vocantur (id est, Pauliciani).

III. Elapso tempore defectionis senatus ille alium sibi constituit doctorem, qui a parentibus Constantinus appellatus, hoc nomen mutavit in Silvanum. Et quidem hunc multo pluris habent defectionis pri-

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(6) Ἐπεκώμασε. Ita scribendum censui pro ἐπεκόμασε Coisliniani. *Euthymius* tit. 20 Panopliæ, ubi excerpta ex Photiano scripto exhibet, quæ subinde cum nostris his ex editione Græca Tergobysti an. 1710, fol. curata comparabimus, habet eodem sensu εἰσεκώμασε.

(7) De Callinice lege Cedreni Annales p. 356.

(8) Ἐκείνης, *illius*, ex ms. Hamb. addidi.

(9) Ἄκρατον, purissimum, non mutatum : confer de vocis hujus notione erudite exponentem Thom. Catakerum in *Adversariis Miscellan.* cap. 5, p. 42, edit. Londinens.

(10) Μύσται καὶ μυσταγωγοί. Per illos discipuli et initiati ; per hos doctores et ad sacra illa sacerrima duces proprie indicantur, phrasi, nostro et aliis ecclesiasticis scriptoribus, inque his Gregorio Nazianzeno, perfamiliari.

(11) Ἀρμενιακῶν. Ita Coislin Noster Ἀρμενιάκων. Malim prius.

(12) Ἐπίσπαρις. Ab ἐπισπείρω, dissemino.

(13) Παυλικιάνων. Ita noster : Coislinianus habet Παυλικιανῶν· malim priorem flectendi rationem, quam et in Euthymio observatam vidi, et res ipsa commendat, si ex duobus Pauli et Joannis nominibus eam appellationem conflatam credamus. Interim diversimode hæretici illi apud veteres vocantur, quod pridem observavit Jo. Baptista Cotelerius ad tomum I *Monumentorum Ecclesiæ Græcæ*, p. 738, b, nempe Παυλικίανοι, Παυλικιάνοι et Παυλικιανοί, item Παυλιανισταί. Videatur idem ad tom. III, p. 638. Paulus ille, a quo nomen ferunt, ne cum Samosateniano, sæculi III hæresiarcha, confunderetur, a veteribus Μελανοῦ, id est *Nigri*, cognomine insigniri solet, v. c. a Timotheo, presbytero CPolitano, de receptione hæreticorum, tomo III *Monumentorum Cotelerianorum* et Sophronio Hierosolymitano, act. 11 synodi VI : Παῦλος ὁ Μελανὸς, οὐ μόνον δὲ λεγόμενος, ἀλλὰ καὶ γενόμενος κατὰ ἀλήθειαν. Id est, *Paulus Niger non solum nomine, sed et ex rei veritate.* Ex quo intelligitur, non confundendos esse utriusque factionis homines, quod usu venit Theodoro Balsamoni in Canonem Nicænum 19.

(14) Ἑκατέρου. Ita statuit et Anna Comnena, p. 450 Alexiados, Paulicianos dici scribens quasi Παύλους καὶ Ἰανούς. Sic et Zonaras, ubi de Michaele : Κατὰ τὴν Ἑῴαν δὲ τὸ τῶν Μανιχαίων πλῆθος ἦν πολὺ, οἵ καὶ ἀγροικότερον παρὰ τοῦ δημώδους ὄχλου καλοῦνται, ἐκ Παύλου καὶ Ἰωάννου τῆς κλήσεως συγκειμένης αὐτοῖς. Id est, *In Oriente vero Manichæorum magna erat copia, qui et minus eleganter a vulgo nomine ex Paulo et Joanne conflato appellantur.* Παυλοιωάνους vocat Blastares. *Publicanos* imo et *Populicanos* inferiori ætati dictos monuit Carol. Dufresn. ad Alexiam p. 412. Abrahamus ille, qui in Syria, revocata ex orco Paulianistarum hæresi, asseclis suis Abrahamitarum nomen paravit, non recentioris illius Pauli, sed antiquioris doctrinas defendit. Vide Barthol. Herbeloti *Bibliothecam orientalem*, p. 16 b.

(15) Καὶ ἀντὶ τοῦ. Ita hæc vertenda putavi, pro eo, quod vir doctus : « et Paulojoannes illos etiam nunc appellari. » Photius enim id sibi vult, hæreticos hos pro eo, quod vi originis suæ vocandi erant Paulojoannes, barbare, id est, minus ad hanc originem accommodate vocari Paulicianos. Ita omnino cepit mentem Photii Euthymius, hoc loco ita scribens : Ἀπὸ τούτων δὲ τῶν δύο, Παύλου καὶ Ἰωάνους τοῖς μαθηταῖς αὐτῶν ἡ προσωνυμία τῶν Παυλικιάνων ἐπετέθη συντεθεῖσα βαρβαρικώτερον, καὶ ἀντὶ τοῦ Παυλοϊωάννοι Παυλικιάνοι κατονομάζονται : id est, *A duobus vero istis, Paulo et Joanne, eorum discipulis, Paulicianorum nomen illis barbara quadam formatione, impositum est, atque sic pro Paulojoannes vocantur Pauliciani.*

(16) Μετωνόμασε. Metonomasia scilicet antiquis-

mipilares quam Callinices filios. Hic itaque, hic, inquam, ad nefaria et non audenda perpetranda promptissimus, hæretica tamen illa dogmata scripto tradere non ausus est. Moribus autem ac frequenti doctrina impietatis Orgia discipulis suis firmiter tenenda tradit. Evangelium quidem et Apostolum quæ divinus Christianorum cœtus complectitur et honorat, descripta ipsis tradidit, nulla facta in verbis et nominibus alicujus momenti mutatione, neque adulterata verbi forma, ut Valentinus et alii fecerant; sed pio sensu penitus subverso atque corrupto, nihil non agens, ut omnia ad defectionis suæ sententiam pertraheret. Et verba quidem divini Evangelii, ut dictum est, tradebat, nullis parenthesibus vel additionibus aperte vitiata, sed iis sensa subjiciebat, cum quibus sacra eloquia nihil affinitatis habent: nulla inter hæc convenientia perspicitur, imo illæ inter se pugnant, et ab his omnibus magis ostenditur apostolicorum et evangelicorum verborum consensus. His itaque constitutis decretum ponit, nihil ipsis esse legendum præter Evangelium et Apostolum: sed ille quidem, elapso quodam tempore, magis anima, quam corpore, periit.

A τοῦτον πολλῷ τῶν Καλλινίκης παίδων οἱ τῆς ἀποστασίας ὑπασπισταὶ ἐπιπροσθεν ἄγουσιν. Οὗτος δή, οὗτος ὁ δεινότατος κακουργῆσαι τὰ ἀτόλμητα τὰ μὲν αἱρετικὰ φρονήματα γραφῇ παραδοῦναι οὐκ ἐθάρρησεν. Ἔθει δὲ καὶ συνεχεῖ διδασκαλίᾳ κατασφαλισάμενος τοῖς μυσταγωγηθεῖσι κατέχειν ἀπαράτρωτα τὰ τῆς ἀσεβείας παρακατατίθησιν (17) ὄργια (18). Τὸ μέν τοι Εὐαγγέλιον καὶ τὸν Ἀπόστολον (19) ἃ καὶ (20) τὸ θεῖον τῶν Χριστιανῶν περιπτύσσεται καὶ τιμᾷ σύνταγμα, ἐγγράφως τούτοις παρέθετο, τοῖς ῥήμασι μὲν καὶ ὀνόμασιν οὐδὲν μέγα παραλλάττων, οὐδὲ κατακιβδηλεύων τοῦ λόγου τὸ σχῆμα, καθάπερ Οὐαλεντῖνος (21) καὶ ἕτεροι, ὅλον δὲ τὸν νοῦν τῆς εὐσεβείας διαστρέφων καὶ καταθραύων, καὶ πάντα ποιῶν καὶ περιέλκων πρὸς τὸ τῆς ἀποστασίας

B αὐτοῦ φρόνημα. Καὶ τὰ μὲν ῥητὰ (22), ὡς εἴρηται (23), δίδωσι κατέχειν [24] τοῦ τε Εὐαγγελίου μήτε παρενθήκαις μήτε προσθήκαις ἀνέδην (25) λυμαινόμενος (26). Ἀνάπτει δὲ τούτοις καὶ ὑποβάλλει νοήματα, οἷς ἁρμόζει μὲν οὐδὲν τῶν ἱερῶν ῥημάτων, οὐδεμία δὲ τούτοις ἀκολουθία ἐνορᾶται, μάχεται δὲ πρὸς ἄλληλα, καὶ ὑπὸ πάντων μᾶλλον δηλοῦται ἡ τῶν ἀποστολικῶν τε καὶ εὐαγγελικῶν λογίων. Ταῦτα δὴ οὖν παρακαταθέμενος, μηδὲν ἕτερον αὐτοῖς ἀναγινώσκειν παρά τε (27) τὸ Εὐαγγέλιον καὶ τὸν Ἀπόστολον δόγμα τίθησιν. Ἀλλ' ὁ μὲν μετὰ χρόνον ἀπεφθάρη τὴν ψυχὴν πλέον τοῦ σώματος.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

simis quoque hæreticis recepta fuit, nominatim Ebionitis, et ætate illis proxima, de quibus lege Mich. Siricii Ἄσκημα *De Ebionitis*, p. 6, 7. Adde Cl. Jo. Molleri, *Homonymoscopiam*, p. 764. Manetis vero asseclæ recentiores hunc morem commendatum C sibi habuerunt, exemplo Manetis ipso forte adducti.

(17) Παρακατατίθησιν. Ita recte Coislinianus, cujus lectionem confirmat Euthymius: noster mendose habet περικατατίθησιν, errore admodum obvio, cum nihil frequentius sit, quam ut præpositiones παρὰ et περὶ secum invicem permutentur. Vide, quæ huc exempla affert diligentissimus Cotelerius ad tom. II *Monumentorum Ecclesiæ Græcæ*, p. 655 et ad tom. III, p. 531, 532.

(18) Ὄργια. Cum Orgiis, Eleusiniis aliisque gentilium sacris, quæ præ cæteris celari homines non initiatos solebant, hæreticorum disciplinam comparare consueverunt scriptores Græci veteres, Irenæus in primis et Origenes. Confer etiam auctoris τῶν φιλοσοφουμένων, quæ Origenis nomen falso præferunt, præfationem, et quæ ad eam in notis dixi, p. 6 et 7. Quemadmodum enim Gregorius Nazianzenus, orat. 39, eorum sacra σιωπώμενα καὶ σιωπῆς D ἄξια vocat, ita Pseudo Origenes l. c. scite observat, quod hæretici διὰ τοῦ σιωπᾶν καὶ ἀποκρύπτειν τε τὰ ἄῤῥητα ἑαυτῶν μυστήρια ἐνομίσθησαν πολλοῖς θεὸν σέβειν.

(19) Ἀπόστολον. Id est scripta apostolica, præter epistolas Petrinas, quam in rem lege infra § 8. Interim Augustinus, lib. IX, *Contra Faustum*, hanc eorum sententiam referens: « Verumtamen si ejus est et prior illa sententia, nunc emendata est: sin fas non est, Paulum inemendatum dixisse aliquid unquam, ipsius non est; » satis innuit, quomodo dictorum Paulinorum atque adeo et cæterorum auctoritatem, ubi libuerit, subterfugere consueverint.

(20) Ἃ και. Ita restitui ex nostro, pro εἰ καί, quod habet Coislin. Certe Euthymius eamdem lectionem exhibet.

(21) De Valentinianorum aliorumque hæreticorum studio Scripturas canonicas cum apocryphis permutandi, vel interpolandi, lege vel Philastrium *De hæresibus*, hæresi 88, et quæ ibi erudite monuit doctissimus conjunctissimus Fabricius noster. Adde ejusdem notas ad codic. pseudepigraphum N. T. tom. II, p. 922 seq.

(22) Ῥητά. Ita Coislin. et noster: malim tamen cum Euthymio ῥήματα.

(23) Εἴρηται. Ita noster cum Euthymio. Coislin. legit ἐῤῥέθη sensu eodem.

(24) Κατέχειν. Supplevi ex nostro, cum quo consentit Euthymius, suffragante ipsa dictionis serie.

(25) Ἀνέδην. Ita et noster: Colbertinus, monente Cl. Montfauconio, legit ἀναίδην, quod et recepit Euthymius. Scilicet utraque scriptio, sine mutata vocis significatione, apud scriptores obtinet. De significatione diligenter agit, ut solet, Jac. Perizonius ad Æliani *Varias Historias*, lib. I, c. 4.

(26) Λυμαινόμενος. Ita recte Coislinianus, nec minus Euthymius: noster mendose λυμαινομένους, quam formam nec verbi conditio nec contextus patitur. Quod ad rem ipsam attinet, mitius hic de institutis Paulicianorum exposuisse videtur Photius, negans eos Libris sacris falsarias manus intulisse. Alia fere credere jubet Titus, lib. I *Contra Manichæos*, p. 16 codicis ms. Hamburg. Postquam enim is observaverat Manichæos æstimationem Evangeliorum simulare potius, quam re ipsa præstare, pergit ita: Ἔδει γὰρ αὐτοὺς, εἴγε τὰ Εὐαγγέλια ἐτίμων, μὴ περιτέμνειν τὰ Εὐαγγέλια, μὴ μέρη τῶν Εὐαγγελίων ἐξυφελεῖν, μὴ ἕτερα προσθῆναι μήτε λόγῳ, μήτε ἰδίᾳ γνώμῃ τὰ Εὐαγγέλια προσγράφειν. Προσγεγραφήκασι γοῦν ὅσα βεβούληνται, καὶ ἐξυφείλαντο, ὅσα κεκρίκασι. Confer similia apud eumdem lib. I, p. 19; et lib. III, p. 2. Adde *Acta Archelai*, p. 99. Atque hæc quidem cum Photii illis conciliari vix possunt, nisi dicas, Titum et Archelaum de veteribus illis Manichæis loqui, Photium vero de recentioribus, Paulicianis scilicet, quos idem passim testatur in nonnullis capitibus a majorum suorum, quorum etiam nomina interdum detestati sint, furore abiisse.

(27) Παρά τε. Noster παρά· sed cum Coislinian facit Euthymius.

Δ'. Μετὰ δὲ τὸν Σιλουανὸν, Συμεὼν αὐτῶν τοῦ δυσσεβοῦς διδασκαλείου προΐσταται, Τίτον καὶ αὐτὸς (28) ἑαυτὸν μετονομασάμενος. Ἐξῆς δὲ Ἀρμένιος γένος, Γεγναίσιος (29) ὄνομα, μετακληθεὶς εἰς Τιμόθεον. Καὶ τέταρτος Ἰωσὴφ ὁ εἰς Ἐπαφρόδιτον μεταβεβλημένος τὸ κύριον. Εἶτα Ζαχαρίας, ὃν οὐκ ἐλαχίστη μοῖρα αἱρέσεως μισθωθόν τε ἡγεῖται καὶ τῆς διδασκαλικῆς αὐτῶν προεδρίας ἀνάξιον. Ἕκτος αὐτοῖς ἐπιγίνεται Βαάνης ὁ ῥυπαρὸς, ἐφ' οἷς ἕβδομον καὶ τελευταῖον κακὸν Σέργιος ἀναφύεται, εἰς Τυχικὸν δὲ καὶ αὐτὸς ἑαυτὸν μετεκάλεσεν. Ἀλλ' οἱ μὲν τῆς ἀποστασίας αὐτῶν διδάσκαλοι, ἀφ' οὗ τῆς Παύλου μετωνυμίας ἔλαχεν τὸ ἀποστατικὸν τοῦτο καὶ μισόχριστον σύνταγμα μέχρι τοῦ καθ' ἡμᾶς ἥκοντος χρόνου ἐπὶ τοσοῦτον προήχθησαν. Ἐκεῖνο δὲ δεῖ (30) καλῶς ἐπιστῆσαι καὶ εἰδέναι, ὡς οἱ νῦν τῆς ἀποστάσεως ταύτης παῖδες, ἐπειδὰν αὐτούς τις ἀπαιτοίη (31) *τοὺς ἐξάρχους* τῆς τοιαύτης ἀποπέμπεσθαι βδελυρίας, Μάνεντα μὲν καὶ Παῦλον καὶ Ἰωάννην, καὶ τοὺς ἄλλους προθύμως ἀναθεματίζουσιν· Κωνσταντῖνον δὲ ὃν Σιλουανὸν καλοῦσι, καὶ Συμεῶνα τὸν Τίτον, καὶ Γεγναίσιον (32) τὸν Τιμόθεον, καὶ τὸν Ἰωσὴφ Ἐπαφρόδιτον, καὶ τὸν ῥυπαρὸν Βαάνην, καὶ Σέργιον τὸν Τυχικὸν, οὐδαμῶς ἀναθεματίσαι καταδέχονται· ἀλλ' οἷα δὴ Χρισσοῦ ἀποστόλους καὶ τῆς εὐσεβείας διδασκάλους περιπτύσσονταί τε καὶ ἀποδέχονται, οὐ πάντες δὲ, οὐδὲ τοὺς εἰρημένους πάντας ὁμοίως περιέπουσιν, ἀλλὰ τοὺς μὲν μέχρι Βαάνους καὶ Σεργίου καταγομένους ἐξίσου θειάζουσιν· ἐκεῖθεν δὲ βαγέντες εἰς ἀντιπάλους δύο μερίδας, οἱ μὲν τὸν Βαάνην οἱ δὲ θεοποιοῦσι τὸν Σέργιον, ἐπὶ τοσοῦτον τὴν κατ' ἀλλήλων ἔριν καὶ στάσιν κρατύνοντες, ὡς καὶ μέχρι σφαγῆς αὐτοῖς προχωρεῖν τὸ φιλόνεικον.

Ε'. Ἐξ δὲ αὐτῶν ἀνομολογοῦσιν Ἐκκλησίας (33), ὧν τὴν μὲν Μακεδονίαν καλοῦσιν· Ἀχαΐαν δὲ τὴν δευτέραν, καὶ τρίτην τῶν Φιλιππησίων, ἐφ' οἷς τὴν Λαοδικέων, καὶ πέμπτην τῶν Ἐφεσίων, τελευταίαν δὲ τὴν τῶν Κολοσσαέων. Ἀλλὰ τὰ μὲν ὀνόματά ἐστι πόλεων, ὧν καὶ ἡ παλαιὰ τὴν γνῶσιν εἶχεν ἱστορία, καὶ ὁ θεῖος ἐμνημόνευσε Παῦλος. Οἱ δὲ μηδὲν ἄδολον, μηδ' ἀκαπήλευτον φιλονεικοῦντες καταλιπεῖν, μηδ' ὅσα ὕψει διελέγχεται, μηδὲ ταῦτα δυσωπούμενοι, Μακεδονίαν μὲν ὀνομάζουσι πολίχνιόν τι Κωλωνείας καλούμενον Κίβωσσα (34), ἐν ᾗ Κωνσταντῖνος (35) ὁ Σιλουανὸς τὴν ἀποστασίαν ἐδίδαξε. Κώμη δὲ Σα-

IV. Post Silvanum impiæ doctrinæ magisterium obtinet Simeon, qui nomen et ipse suum in Titum commutavit : deinde Armenius quidam gente, nomine Gegnæsius, qui nomen suum vertit in Timotheum. Quartus Joseph, relicto proprio nomine, se Epaphroditum vocari fecit. Postea Zacharias,quem pars hæreseos non minima mercenarium putat, et doctrinæ magisterio indignum.Sextus ipsis advenit Baanes, impurus ille, quem excipit septimum et postremum malum Sergius,qui mutato item nomine se Tichycum appellavit. Hi fuere, ex quo rebellis ille et Christi inimicus cœtus Pauli nomen accepit, defectionis magistri, qui usque ad nostra tempora eo provecti sint. Illud autem probe animadvertendum et sciendum est, hodiernos scilicet hujus defectionis filios, cum quispiam ab illis exegerit, ut detestandæ hujusmodi sectæ principes repudient, Manem quidem, Paulum et Joannem, et quosdam alios libenter anathemate damnare, Constantinum vero, quem Silvanum vocant, Symeonem, quem Titum, Gegnæsium, quem Timotheum, et Josephum, quem Epaphroditum appellant, nec non impurum Baanem et Sergium seu Tychicum nullo anathemate ferire ; sed quasi Christi apostolos et piæ religionis magistros amplecti et suscipere. Neque tamen omnes, neque singulos supra memoratos, similiter tuentur. Sed eos, qui ad Baanem quidem et Sergium usque succesione devenerunt, divinos viros pariter admittunt. Exinde autem in contrarias partes duas divisi, alii Baanem, alii Sergium Deo exæquant : hinc in tantam mutuo contentionem et seditionem excitantur, et usque ad cædes jurgia foveant.

V. Sex autem Ecclesias sibi esse profitentur : primam, Macedoniam vocant; secundam, Achaiam; tertiam, Philippensium ; quartam, Laodicenorum ; quintam, Ephesiorum ; postremam, Colossensium. Sed hæc quidem nomina sunt urbium, quas vetus historia præfert, et divinus Paulus memorat. Illi vero, qui nihil non delosum, nihil non adulteratum relinquere in animo habent, ac nec ex rebus quidem ipso visu explorstis et falsi notatis pudore suffunduntur, Macedoniam quidem vocant oppidulum quoddam Coloniæ quod appellatur *Cibossa ;* ubi Constantinus, Silvanus dictus, defectionis magister fuit. Vicus

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(28) Αὐτός. Ita noster cum Euthymio. Coisllnianus non æque bene οὗτος.

(29) Ἀρμένιός γένος Γεγναίσιος. Ita noster, cum quo prorsus conspirat Colbertinus. At Coislinianus vocem γένος omittit, quam nec habet Euthymius,qui præterea Γεγναισίου nomen in Γενεσίου transfert. Videri itaque poterat vox γένος ex nomine Γενεσίου irrepsisse. De priori utram lectionem admittas, ad sensum parum refert.

(30) Δεῖ. Ita noster et Euthymius pro δεῖται Coisliniano.

(31) Ἐπειδὰν αὐτούς τις ἀπαιτοίη. Ita Colbertinus, et noster, et Euthymius, pro quo Coisliniaus ἐπειδὰν αὐτοῖς τις ἀπαιτῇ minus recte.

(32) Γεγναίσιον. Euthymius iterum Γενέσιον quam lectionem quoque ex suo codice exprimit interpres Latinus Franc. Zinus.

(33) Ἐκκλησίας. Adeo in omnibus apostolici ævi speciem affectarunt, ut, quemadmodum virorum apostolicorum, ita et Ecclesiarum veteris memoriæ nomina adoptarent, ad exemplum factionis illius, quæ *Apostolicorum* nomine apud veteres memoratur.

(34) Κίβωσσα. Euthymius legit Κίβοσα· pro quo Latinus interpres in *Bibliotheca Patrum* mendose *Cimossa.*

(35) Ἐν ᾗ Κωνσταντῖνος ὁ Σιλουανὸς τὴν ἀποστασίαν ἐδίδαξε. Hæc frustra quæris in nostro : genuina vero esse evincit consensus Euthymii.

autem Samosatensium est *Mananalis* nomine in quo Gegnæsius, qui et Timotheus, docuit : huic Achaiæ appellationem dederunt. Quotquot autem Josephi, qui et Epaphroditus, et Zachariæ, mercenarii pastoris, discipuli fuerunt, his Philippensium nomenclaturam ascribunt. Iis vero, qui in oppidulo Argao degunt, Laodicenorum nomen induunt. Eos, qui Mopsuestiæ versantur, in Ephesios convertunt ; quemadmodum *Cynochoritas* in Colossensium appellationem transferunt. Harum porro trium Ecclesiarum tum cœtum tum doctrinam Sergio, qui et Tychicus dicitur, ascribunt. Verum tam doctores quam Ecclesiæ, ab ipsis sic nuncupatæ, non ex uno errore, sed ex multis, variis et implicatis hoc defectionis agmen et figmentum concreverunt.

VI. Nam duo quidem principia, quemadmodum et Manichæi confitentur esse, aiuntque alium esse Deum Patrem, quem ab universi hujus potestate eliminant, ac futuri tantum (sæculi) imperium ipsi tradunt ; alium vero Creatorem mundi, cui præsentis sæculi imperium largiuntur. Illos autem, qui vere Christiani sint, Romanos sceleratissimi homines nuncupant ; sibi vero Christianorum appellationem, a qua sunt alienissimi, assignant. Dicunt Patrem et Filium et Spiritum sanctum. Verba quidam pia ; sed extremam ipsis impietatem subjiciunt. Non enim ut catholica et Apostolica Dei Ecclesia sentiunt, dum sic loquuntur ; sed dicta inde excerpta, impiissimis sententiis adjuncta celebrant, et libentissime dicunt : « Anathema sint, quotquot non credunt in Patrem et Filium et Spiritum sanctum. » Patrem statim non omnipotentem illum, ac cœli terræque opificem, visibiliumque omnium et invisibilium prædicantes ; sed Patrem

A μοσάτων ἐστὶν ἡ Μανάναλις (36), ἥτις τῆς Γεγναισίου (37), τοῦ καὶ Τιμοθέου, διδασκαλίας ἐχρημάτισε. Ταύτῃ δὲ τὴν Ἀχαΐαν ἐπιφημίζουσιν· ὅσοι δὲ τοῦ ἐξ Ἰωσὴφ Ἐπαφροδίτου καὶ Ζαχαρίου τοῦ μισθωτοῦ ποιμένος, μαθηταὶ ἐχρημάτισαν, τούτοις δὲ τὴν τῶν Φιλιππησίων ἐπιγράφουσιν. Τοῖς δὲ ἐν Ἀργαΐ τῇ πολίχνῃ τῶν Λαοδικέων ἐπιφημίζουσι. Καὶ τοὺς ἐν Μοψουεστίᾳ εἰς τὴν Ἐφεσίων μεταπλάττουσιν, ὥσπερ καὶ τοὺς λεγομένους Κυνοχωρίτας εἰς τὴν τῶν Κολοσσαέων ἀναφέρουσιν. Τούτων δὲ τῶν τριῶν Ἐκκλησιῶν καὶ τὸ σύστημα καὶ τὴν διδασκαλίαν εἰς Σέργιον, τὸν καὶ Τυχικὸν, ἀνάπτουσί τε καὶ ἀνατιθέασιν. Ἀλλ' οἱ μὲν διδάσκαλοι καὶ αἱ λεγόμεναι αὐτῶν Ἐκκλησίαι ἐν τούτοις, οὐκ ἐκ μιᾶς δέ τινος πλάνης, ἀλλ' ἐκ πολλῶν καὶ ποικίλων τὸ πολύ-
B πλοκον τοῦτο τῆς ἀποστασίας συνέστηκε φρόνημα.

Ϛ'. Δύο μὲν ἀρχὰς (38) ὁμολογοῦσιν, ὡς οἱ Μανιχαῖοι. Φασὶ δὲ ἕτερον μὲν εἶναι Θεὸν, τὸν ἐπουρά-νιον Πατέρα, ὃν καὶ τῆς τοῦδε τοῦ παντὸς ἐξουσίας ὑπερορίζουσι, τοῦ μέλλοντος μόνον τὸ κράτος αὐτῷ ἐγχειρίζοντες· ἕτερον δὲ τὸν Δημιουργὸν (39) τοῦ κόσμου, ᾧ καὶ τὸ κῦρος τοῦ παρόντος αἰῶνος χαρίζονται. Καὶ τοὺς μὲν ἀληθῶς ὄντας Χριστιανοὺς Ῥωμαίους, (40) οἱ τρισαλιτήριοι ὀνομάζουσιν. Ἑαυτοῖς δὲ τὴν κλῆσιν, ἧς ἀλλότριοι παντελῶς καθεστήκασι, τῶν Χριστιανῶν (41) περιάπτουσιν. Λέγουσι δὲ Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα, λέξεις μὲν εὐσεβεῖς, ὑποβάλλοντες δὲ ταύταις τὴν ἰσχάτην ἀσέ-
C βειαν. Οὐ γὰρ ὡς ἡ τοῦ Θεοῦ καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ Ἐκκλησία, οὕτω καὶ οὗτοι φρονοῦντες λέγουσιν. Ἀλλὰ τὰς λέξεις ἐκεῖθεν ἀποσπαράξαντές δυσσεβεστάταις ἐννοίαις ταύτας ἐπιφημίζουσι, καί φασι προθύμως, ὡς « Ἀνάθεμα εἴησαν, ὅσοι μὴ πιστεύουσιν εἰς Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα, » Πατέρα εὐθέως οὐ τὸν παντοκράτορα καὶ ποιητὴν

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(36) Μανάναλις. Ita et noster : Euthymius habet Μάναλις. Nostra lectio sæpius infra recurret, et a Cedreno ac Petro Siculo confirmatur.

(37) Γεγναισίου. Euthymius iterum Γενεσίου.

(38) Ἀρχὰς. Videbis in sequentibus sex commemorari capita errorum, quibus Pauliciani capti fuerint. Totidem vero, et interdum vel iisdem, vel affinibus, verbis recenset Petrus Siculus, p. 16 sqq. Quod illustre est convenientiæ inter utrumque scriptorem argumentum.

(39) Δημιουργόν. Hoc scilicet nomen Deo, tanquam conditori, rectius quam ποιητοῦ convenire, Aristoteles credidit, si fides habenda Philopono in lib. I, *De generatione*, quemadmodum vicissim Justinus martyr in Protreptico ad Græcos p. 21 ποιητὴν potius quam δημιουργὸν Deum appellandum censuit. Vide plura apud Suicerum in *Thesauro ecclesiast.*, p. 346. Ad creationem omnino hac voce respexisse videntur Pauliciani.

(40) Ῥωμαίους. Cur Romanos vocarunt reliquum Christianorum cœtum ? num forte ideo, quod, quemadmodum Roma olim gentium et urbium domina ac regina dicta est (vide Ezechielem Spanhemium *De usu et præstantia numismatum*, p. 880, edit. in-4 ; et *Ad Julianum*, p. 30 : nec non Joan. Dougthæum in *Analectis Novi Testamenti*, excurs. 106). Ita, isto Paulicianorum ævo, eadem per episcopos suos res Christianorum præ cæteris administrare crederetur ? Spectat etiam huc Sozomeni *Elogium*, lib. III, c. 8 *Histor. eccles.* Romam Ἀποστόλων φροντιστήριον καὶ εὐσεβείας μητρόπολιν ἐξ ἀρχῆς γεγενημένην appellantis. Cæterum Judæos hodie Christianos Romanorum (רומיים) nomine vocare, pervulgatum est. Vide Jo. Andr. Eisenmengerum in *Judaismo detecto* part. I, p. 632 ; et Cl. Georg. Eliez. Edzardum in Notis ad Avoda Sara, cap. 1, p. 151 et seq.

D (41) Χριστιανούς. Ita agebant exemplo hæreticorum antiquiorum, de quibus ita Augustinus epist. 56. « Videmus nullum jam errorem se audere extollere ad congregandas sibi turbas imperitorum, qui non Christiani nominis velamenta conquirat. » Similes aliorum Ecclesiæ doctorum querelas lege apud B. Christianum Kortholtum in Notis ad Justini Martyris *Apolog.* I. p. 7 et 21. Primi veritatis testes a magistratibus interrogati, hoc uno prolato nomine, quid sentirent, professi sunt, ceu variis veterum locis commonstravit Guil. Cave in libro *De primitivo Christianismo*, part. I, c. 4. Idem nomen hodie Æthiopes, in regno Maroccitano habitantes, admodum aversari testatur auctor Gallus libri, *De statu imperii Maroccitani* exponentis, quemadmodum recentiori memoria apud Italos quosdam Christiani nomen inter ignominiosa numeratum esse accipimus.

οὐρανοῦ καὶ γῆς, ὁρατῶν τε πάντων καὶ ἀοράτων ἀνακηρύττοντες, ἀλλὰ πατέρα φάμενοι, τὸν ἐπουράνιον (42) ἐπισυνάπτουσιν, ᾧ καὶ τὴν ἐξουσίαν τοῦ οὐρανοῦ τε καὶ τῶν ἐν αὐτῷ οὐδαμῇ οὐδαμῶς ἐπιτρέπουσι. Τινὲς δὲ τοῦ μὲν οὐρανοῦ τὴν ἐπιστασίαν αὐτῷ ἐγχειρίζουσι, τῶν δὲ ἐμπεριεχομένων οὐκ ἔτι. Καὶ τὸ μὲν πρῶτον αὐτῶν τῆς δυσσεβείας τοιοῦτον.

A ποιμένος (77) ἐπώνυμον τοῖς πολλοῖς περιεποιήσατο. Ἰωσὴφ δὲ ἄρα, τοῖς ποσὶ μὲν ὥσπερ ὁ Ζαχαρίας οὐ πιστεύων, πανουργίαν (78) δὲ καὶ μηχανὴν ῥάψαι ταχύτερος ὤν, καὶ πίστεως διαφορὰν οὐ θέλων εἰδέναι (ἐτύγχανε γὰρ ἀποδιδράσκων κατ' αὐτὴν τὴν τῶν πολεμίων ἔφοδον), οὗτος δὴ τοῖς ἐῤῥημένοις θαῤῥήσας, καὶ μακρόθεν τὸ πολέμιον ἐπιφερόμενον θεασάμενος, ἀναστρέφει μὲν τῆς φυγῆς αὐτὸς, ἀναστρέψαι δὲ τά τε ὑποζύγια καὶ τὰς ἁμάξας τοῖς ἑπομένοις προστάττει. Καὶ δὴ κατασχηματίσας ἑαυτόν τε καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ πρὸς τὸ τῶν αὐτομόλων σχῆμα, τὴν ἀντιπρόσωπον ἤλαυνε τοῖς πολεμίοις. ὡς δῆθεν αὐτοῖς ἐπιοῦσιν προσχωρῶν ἅμα τοῖς (79) συνεπομένοις, καὶ δόξας τῷ πλάσματι πιθανὸς καὶ τὰ ἐκείνων στέργειν ἐπομοσάμενος (80), ἀφείθη (81) τε σὺν τοῖς B ἑπομένοις τοῦ θανάτου, καὶ τῶν ἄλλων οὐδενὸς τὴν ζημίαν ὑπέστη. Καιροφυλακῶν δὲ τὸν δρασμὸν, ἐπείπερ αὐτῷ τὸν μελετώμενον καιρὸν ἐπιτήδειον εὗρεν, φεύγει μετὰ τῶν ἑπομένων, εἰς δὲ τὴν πολλάκις ὀνομασθεῖσαν κώμην Ἐπίσπαριν παραγίνεται, καὶ λαμπρᾶς παρὰ (82) τῶν ἐνοικούντων τῆς ὑποδοχῆς τυχὼν (καὶ γὰρ ἦν τῶν τῆς ἀποστασίας ἐραστῶν τὸ χωρίον ἐργαστήριον), ὥστε καὶ λαμπάδας (83) αὐτῷ κατὰ τὴν εἴσοδον παρ' αὐτῷ προσανάπτεσθαι καὶ τὴν ἄλλην πᾶσαν θεραπείαν καὶ τιμὴν, δση Χριστοῦ μαθηταῖς ἐποφείλεται· οὗτος δὴ οὕτω δεξίωθεὶς χρόνον τινὰ διετέλει πλανῶν τε καὶ πλανώμενος, καὶ τοὺς πειθομένους εἰς τὸ τῆς ἀπωλείας κατασύρων βάραθρον. Ἀνὴρ δέ τις Κρικοράχης C ἔχων ἐπώνυμον, τοῖς δὲ τέλεσι τῶν ἐπιχωρίων ἀρχόντων (84) ἐξεταζόμενος, θεοσεβὴς μὲν τὸ δόγμα, εὐσταθὴς δὲ τὸ ἦθος, τόν τε ζῆλον ἀξιάγαστος, καὶ τοὺς θεοστυγεῖς μυσαττόμενος, μαθὼν τὸν πλάνον ἐπιχωριάσαντα, καὶ τὴν ἀποστασίαν ἔτι μᾶλλον εἰς ἐπίδοσιν χωροῦσαν (85), χεῖρα λαβὼν στρατιωτικὴν, καταλαμβάνει τὸν τόπον, ἐν ᾧ τὰ τῆς ἀποστασίας ἐτελεῖτο μυστήρια· καὶ κυκλωσάμενος τὴν οἰκίαν, αὐτὸν μὲν τὸν τῆς δυσσεβείας ἔξαρχον, οἷα δὴ συμβαίνει (86), ἄλλων πρὸς ἄλλα τρεπομένων, ἐν ταῖς αἰφνι-

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(77) Αντὶ ποιμένος. Ita recte Coislinianus: Noster nullo sensu ἀντιποιούμενος. Petrus Siculus, p. 52, clarius ut solet, mentem exponit his verbis: Διὸ ὠνειδίσθη ὁ Ζαχαρίας παρὰ τῶν ἄλλων, ὡς D μισθωτὸς, καὶ οὐκ ὢν ποιμήν.

(78) Πανουργίαν. Ita lego cum Nostro, pro quo Coislinianus πανουργία in dandi casu. Cum vero πανουργίαν ῥάπτειν æque bene dici possit ac ῥάπτειν μηχανήν, nil video causæ, cur non eumdem utrinque casum admittamus, ut taceam, incongrue dici πανουργίᾳ ῥάπτειν μηχανήν, æque ac Latine vix dixeris, *fraude dolos nectere*.

(79) Ἅμα τοῖς. Ita cum Nostro pro ἅμα τῶν. Dandi enim casus huic particulæ convenit.

(80) Ἐπομοσάμενος. Sic Noster recte; ἐπομνύειν enim vel ἐπομνύεσθαι frequentissimum est apud Græcos. Coislinianus ὑπομοσάμενος minus bene: τὸ ὑπομόσασθαι enim ex genuina sua notione locum hic habere non potest. Vide Suidam tom. I, voce ἀνθυπομόσαθαι et compara ibi notas Kusteri.

(81) Ἀφείθη. Ita Noster, pro quo Coislinianus ἀφέθη· utrumque recte. Paulo post ms. noster mendose habet τὸν θάνατον, pro τοῦ θανάτου, quem casum verbum requirit.

(82) Παρά, recte pro περί, quod in Nostro exstat.

(83) Λαμπάδας. Illustre hoc erat et gaudii et cultus argumentum. Lege de hoc more plura apud Ciampinum, part. I. *Veterum Monumentorum*, cap. 22.

(84) Τοῖς δὲ τέλεσι τῶν ἀρχόντων. Ita Noster fere pleonastice: nam simpliciter τέλος de *magistratu* accipi solet apud Græcos. Sic οἱ ἐν τέλει ὄντες, etc. Confer notas ad Philostrati Vitas Sophistarum, p. 490. Alias vox τέλος nomini addita eam rem simpliciter denotat, quæ nomine isto exprimitur. Ita τέλος πολέμου idem est, quod πόλεμος. Confer. Jac. Perizonii Notas ad Æliani *Varias Historias*, III, 43.

(85) Καὶ τὴν ἀποστασίαν ἔ. μ. ε. ἰ. χωροῦσαν. Non agnoscit Noster, librarii oscitantis culpa, qui ex voce ἐπιχωριάσαντα in affinem sono χωροῦσαν præpropere delapsus videtur.

(86) Συμβαίνει. Ita Noster recte, pro συμβαίνειν Coisliniani.

δίοις ἐπιδρομαῖς τε καὶ ἐφόδοις, οὐχ εἷλεν· ἔλαθε (87) γὰρ διαφυγών· τοὺς δὲ μάθητὰς συνέσχε τοῦ πλάνου, καὶ τὴν νομὴν τίως τοῦ τηλικούτου κακοῦ φερομένην ἐπίσχε καὶ ἀνεχαίτισεν. Ὁ δὲ τῆς ἀποστασίας οὗτος θερμὸς διδάσκαλος Ἰωσὴφ (ἦν δὲ αὐτῷ καὶ ὁ Ἐπαφρόδιτος ὄνομα) κραταιῶς ἐλασθεὶς ὅθεν εἴρηται (88), καὶ τὴν φυγὴν ἐπὶ Φρυγίαν ποιούμενος, χρόνῳ ὕστερον βραχεῖ καταλαμβάνει τὴν ἐν Πισιδίᾳ Ἀντιόχειαν, ἐν ᾗ παροικήσας, καὶ ἀδείας τῶν δακνόντων λαβόμενος, ἅτε δὴ τούτων ὡς πορρωτέρω διαστὰς, πολλοὺς μὲν τῶν ἐπιχωρίων τῆς αὐτοῦ λύμης ἔργον ἀπέδειξεν, πολλῆς δὲ τῆς παρ' ἐκείνων ἠξίωται δεξιώσεως· καὶ τὴν ἀσέβειαν ἔτεσιν ὅλοις τριάκοντα κηρύξας, μόλις ποτὲ τὸν ἐξάγιστον καὶ ἐβδελυγμένον καταλύει βίον, ἐν προαστείῳ τῆς εἰρημένης πόλεως οὐ πόρρω διακειμένῳ, καὶ τὴν ὀνομασίαν Χορτοκοπίον (89) ἔχοντι.

A insequentibus, utpote qui ab illis longissimo spatio distaret, multos incolarum ad pestiferam suam sectam abduxit, magnamque apud eos benignitatem expertus est, qui postquam impiam illam doctrinam per annos quadraginta plenos prædicaverat, scelestam exsecrandamque vitam cum morte commutavit in suburbio prædictæ urbis, quod Chortocopium vocatur.

Κ'. Ἔτι δὲ τοῦ τρισαλιτηρίου τῷ βίῳ παροντος καὶ ἀκμάζοντος τὴν ἀσέβειαν, μία τις τῶν συνήθων αὐτῷ ἀνδρὶ διὰ γάμον ἡρμοσμένη, ἐξυβρίζει μὲν τὴν ἀνύβριστον κοίτην, ἔκδοτος δὲ γίνεται μοιχείᾳ. Τὸν δὲ διαῤῥήξαντα (90) τοὺς ἀλλοτρίους γάμους ἕνα μὲν εἶναι τῶν μαθητῶν φασι τοῦ πλάνου· ἐξ Ἑβραίων δὲ πρὸς τὴν ἄθεον θρησκείαν μεταβληθῆναι. Πλὴν ἐκ τοιαύτης ἀδίκου τε καὶ ἐβδελυγμένης μίξεως τίκτεται τῇ μοιχαλίδι τὸ ἐπ' αἰσχρότητι καὶ βδελυρίᾳ περιβόητον ἄγος, ὁ ῥυπαρὸς καὶ ἀκάθαρτος Βαάνης. Οὗτος οὖν τὴν κορυφὴν τῶν κακῶν ὁ χείριστος διαδέχεται (91) τὸν εἰρημένον Ἐπαφρόδιτον ὁ Βαάνης· ὃς πάντα μὲν τὰ τῶν πρὸ αὐτοῦ, οἷς συνεκροτεῖτο ἡ ἀσέβεια, στέργων, ἀκαθαρσίᾳ δὲ βίου καὶ σωμάτων μίξεσιν ἀῤῥήτοις καὶ ταῖς ἄλλαις ἀθεμιτουργίαις τοὺς ἔμπροσθεν φιλονεικῶν ἀποκρύψασθαι, διετέλει διδάσκων τοὺς πειθομένους τὴν ὁλέθριον μάθησιν. Ὑπὸ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους συναναφύεται τῷ πολυμόρφῳ τούτῳ καὶ βδελυρῷ θηρίῳ ἕτερόν τι παραπλήσιον δρακοντείου γένους ἰοῦ. Κώμη δὲ ἦν αὐτῷ πατρὶς ἡ Ἀνία (92), τῇ Ταβίᾳ πλησιάζουσα πόλει, καὶ Δρυΐνος ἦν τῷ δειλαίῳ τὸ ὄνομα, τῆς κλήσεως θριαμβευούσης τὸν ἰοβόλον καὶ φθοροποιὸν ὄφιν (93) κρυπτόμενον ἐν ἀνθρωπίνῳ (94) σκηνώματι. Τούτῳ τῷ θηρίῳ τίκτεται παῖς, ἐξ αὐτῶν, οἶμαι, τῶν ἰοβόλων μᾶλλον σπερμάτων τοῦ ἀρχεκάκου (95) ὄφεως, ἢ ἐκ τοῦ προσεχῶς ῥύντος ἕλκων τὰς ἀπαρχὰς τῆς γενέσεως. Τίθεται δ' οὖν ὁ πατὴρ τῷ γεννηθέντι κλῆσιν τὴν Σέργιον,

XXI. Cum autem superstes adhuc esset, et impietate floreret, mulier quædam ipsi familiaris, quæ viro nupta erat, inviolabilem connubii torum despexit, et fornicationi se dedidit. Aiunt porro eum, qui alienas nuptias violavit, seductoris discipulum fuisse, qui ex Hebræis ad impiam illam religionem transmigraverat. Ex indigna porro et abominanda hujusmodi commistione adultera mulier famosum illud turpissimumque scelus peperit, exsecrandum nempe Baanem. Hic igitur nequissimus Baanes memoratum Epaphroditum excipit, qui omnia prius stabilitæ impietatis dogmata retinens, impuritate autem vitæ et nefandis corporum mistionibus aliisque sceleribus prædecessores suos occultare studens perniciosam disciplinam sequacibus tradere perseveravit. Eodem porro tempore huic multiformi et horrendæ feræ alia similis adnascitur, draconis veneno plena. Huic patria erat Ania, vicus Tabiæ urbi proximus : scelestoque nomen erat Dryinus, quod vocabulum latitantem in humano corpore venenosum perniciosumque serpentem indicabat. Feræ hujusmodi nascitur filius, ex ipsis, ut puto, veteris serpentis venenosis seminibus potius ortum ducens, quam ex parente suo. Proli suæ pater nomen imponit *Sergius*, quod vas esse totius diaboliceæ nequitiæ capax sequentia demonstrarunt. Is erat ad pervadendam et prædicandam impietatem natus, versatus in occultanda, tempore ita suadente, sententia sua, ad simulandam virtutem composi-

B

C

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(87) Ἔλαθε. Hæc Nostri lectio est, proba omnino, et cum altera Coisliniani ἥλασε omnino permutanda. Sic Demosthenes : Ἔλαθον ἡμᾶς ἀποδράντες· *clam nobis fugerunt.*

(88) Κραταιῶς ἐλαθεὶς ὅθεν εἴρηται. Noster pro ἐλαθεὶς, (vel ἐλασθεὶς ex ἐλαύνω) legit ἐρασθεὶς, forte non parum melius, eo sensu, quod Josephus ille, qui et Epaphroditus dictus sit, valde fuerit amutus a suis, adeoque ægre dimissus, et hinc a Pisidensibus amice exceptus. Lectio ista et interpretatio confirmatur sequentibus verbis ὅθεν εἴρηται, i. e. *unde appellatus est*, scilicet Epaphroditus, quod nomen hominem venustum atque amabilem infert. Ita omnia optime sibi constant, nec hic τὸ ὅθεν εἴρηται verti debet, quod vis vocum non patitur, per *ut dictum est.*

(89) Χορτοκοπίον. Petrus Siculus, p. 52. Χορτοκοπεῖον, quod illi puto præferendum.

(90) Διαῤῥήξαντα. Noster legit διορύξαντα, D quod non illibenter alteri isti substituerim. Vox enim hæc de rebus minime violandis, ubi violatæ sunt, v. c. *sepulcris* usurpari solet, ut proinde aptissime ad violatas conjugii sanctissimas leges transferri queat. Facile autem fieri potuit, ut librarius διαῤῥήξαντα cum διορύξαντα τῷ η per ι pronuntiato scriberet.

(91) Διαδέχεται. Non habet Noster, sine quo tamen sensus non elicitur.

(92) Πατρὶς ἡ Ἀνία. Noster, ordine mutato, ἡ Ἀνία πατρίς. Ἀννίαν appellat Petrus Siculus, p. 54.

(93) Ὄφιν. Δρυΐνὸς enim non solum *quernum* denotat, sed et venenatum genus serpentum a quercubus appellatum infert, teste Dioscorid., lib. VII, c. 12.

(94) Ἀνθρωπίνῳ. Noster ἀνθρωπείῳ.

(95) Ἀρχεκάκου. Ita cum Nostro pro ἀρχαϊκάκου Coisliniani.

tus; acutus ad dolos struendos, et ad pelliciendas in perniciem animas; atque ut compendio dicam, omnium qui ante se defectioni nomen dederunt, ad quodvis technarum genus paratissimus, et ad pervadendum aptissimus. Hic itaque maledictus homo cum alia multa deceptis sequacibus tradidit, tum, quid circa se ipsum sentiendum esset, paulatim de se sublimi modo proponens, et ad credendum inducens, non dubitavit, nec inhorruit: o linguam et animam et mentem et ora Dei inimica! et se ipsum et illos vocare Spiritum sanctum. Hæc porro tradidit impius ille, ut clam et mystice sic loquerentur, et crederent, talium mysteriorum externos auditores indignos esse jactitans. Illi autem miserrimi et ejus mystagogia revera digni tantam sceleris atrocitatem neque respuebant, neque detestabantur; sed recipiebant eam, etsi nulla major unquam impietas fuerit, suisque calamis et suffragiis illam confirmabant. Sic miserum illud animal homo, cum a Creatore suo recesserit, et ab ejus providentia se sequestraverit, statim præda maligni spiritus efficitur, in omnemque nequitiam demergitur. Se item nequissimus ille stellam splendidissimam dicebat, et multa alia, quæ potius silentio tegi, quam publicari debent. Improbus porro ille Sergius, etsi impiissimo patre natus esset, ut diximus, non a parente mysteriis apostasiæ initiatus est; sed cum adhuc teneræ esset ætatis, a muliere quadam, quæ perniciosa Manichæorum dogmata tuebatur et prædicabat, initiatus, et diuturna mysteriorum tractatione in impietate consummatus, Antichristi prodromus efficitur. Par erat enim, par erat detestandæ hujus et Deo inimicæ apostasiæ doctores et præcones alios Agarenorum prolem esse, alios servitutis contumeliosis notis inustos, alios adulteriorum partus, alios muliebris insaniæ et furiosæ doctrinæ discipulos comprobari. Cæterum, ut paucis dicam. Sergius apostasiæ disciplinam sic accipere incipit. Prædicta Manichæa mulier, ubi primum cum illo colloquia miscuit: Cur, inquit, divina non legis Evangelia? Ille vero, qui nondum apostasiæ virus in præcordiis tam profunde positum habebat, non licere inquit ei, qui laicorum ordinem impleret, sic impudenter tremendorum eloquiorum lectionem aggredi: illud enim sacerdotum officium esse. Tum a furiosa illa muliere audit, frustra se tantam reverentiam exhibere, nullam enim esse personarum acceptionem apud Deum, qui vellet omnes salvos fieri, et ad cognitionem veritatis venire. Sed, ait, quod ita reverenter vos habeatis circa Dominica eloquia, non ad honorem

A σκεῦος ὕστερον ἀναδειχθέντα πᾶσαν τοῦ διαβόλου τὴν κακίαν χωρῆσαι δυνάμενον· πιθανὸν μὲν κηρύξαι τὴν ἀσέβειαν, δραστήριον δὲ καιροῦ κελεύοντος κρύψαι τὸ φρόνημα, καὶ δεινὸν μὲν τὴν ἀρετὴν σχηματίσασθαι, ὀξὺν δὲ δόλους ῥάψαι καὶ ψυχὰς ἀνθρώπων συνελκύσαι πρὸς ἀπώλειαν, καὶ συντόμως φάναι τῶν ἐν τῇ ἀποστασίᾳ πώποτε γεγονότων πρὸς πᾶσαν δραματουργίαν δεινότατόν τε καὶ πιθανότατον. Οὗτος ὁ ἐπάρατος ἄλλᾳ τε καὶ ἔκθεσμα τοὺς ἠπατημένους μυσταγωγῶν καὶ τὴν περὶ αὐτοῦ δόξαν, κατὰ μικρὸν εἰς τὸ ἐξηρημένον τούτοις παρατιθείς, καὶ καταπιστεύων (96) οὐδὲ παράκλητον, οὐδὲ Πνεῦμα ἅγιον (ὢ γλώσσης καὶ ψυχῆς καὶ νοῦ καὶ στομάτων θεομάχων!) καλεῖν ἑαυτὸν, κἀνείνους ὀνομάζειν τε καὶ νομίζειν οὐ μὲν οὖν οὔτε φρικτὸν ἦγεν,
B οὔτε ἀθεώτατον. Παρεδίδου δὲ ταῦτα μυστικῶς καὶ φρονεῖν καὶ λέγειν πρὸς ἀλλήλους, τοὺς ἔξωθεν ἀκροατὰς ἀναξίους εἶναι τελετῆς τοιαύτης καὶ μυστηρίων, ὁ θεομάχος διατιθέμενος. Καὶ οἵγε τρισάθλιοι καὶ τῆς αὐτοῦ (97) μυσταγωγίας ὡς ἀληθῶς ἄξιοι τὴν τοιαύτην (98) τοῦ ἄγους ὑπερβολὴν οὔτε διέπτυον, οὔτε ἐμυσάττοντο, ἀλλ' ἀπεδέχοντό τε τὴν μηδεμιᾷ ἀθεότητι ὑπερβολὴν λιποῦσαν ἀσέβειαν, καὶ τοῖς παρ' ἑαυτῶν ἐπεκύρουν ψηφίσμασιν. Οὕτω τὸ ἄθλιον, οἶμαι, ζῶον ὁ ἄνθρωπος, ἐπειδὰν ἀποστῇ τοῦ Πλάστου καὶ τῆς ἐκεῖθεν αὐτὸν προνοίας ἀπονέμῃ (99), ὅλως γίνεται θήραμα τοῦ Πονηροῦ καὶ πρὸς πᾶσαν κακίαν ὑποβρόχιος φέρεται. Ἔλεγεν δ' οὖν ἑαυτὸν ὁ ἐξάγιστος ἐκεῖνος καὶ λυχνοφανῆ ἀστέρα, καὶ πολλὰ ἄλλα, σιγᾶσθαι μᾶλλον ἢ θριαμβεύεσθαι
C ἄξια (1). Ἀλλὰ γὰρ οὗτος ὁ θεοβλαβὴς Σέργιος, πατρὸς γεγονὼς δυσσεβεστάτου, ὡς μοι ἐῤῥηται, οὐκ ἐκ τοῦ φύντος τὰ τῆς ἀποστασίας τελεῖται μυστήρια· ἔτι δὲ τὴν ἡλικίαν νέαν ἄγων προσφθείρεται (2) γυναικί τινι πρεσβευούσῃ τε καὶ κηρυττούσῃ τὰ Μανιχαίων ὀλέθρια δόγματα, καὶ συχνὸν χρόνον τελεσθεὶς ὑπ' αὐτῆς καὶ συντελεσθεὶς τὴν ἀσέβειαν, γίνεται τοῦ Ἀντιχρίστου πρόδρομος. Ἔδει γὰρ, ἔδει τοὺς τῆς βδελυρᾶς ταύτης καὶ θεομάχου ἀποστασίας διδασκάλους καὶ κήρυκας, τοὺς μὲν Ἀγαρηνῶν εἶναι γεννήματα, τοὺς δὲ τοῖς τῆς δουλείας κατεστιγμένους ὁρᾶσθαι καὶ ὕβρεσι καὶ παθήμασιν, ἄλλους μοιχείας προελθεῖν βλαστήματα, ἑτέρους δὲ παραφροσύνης γυναικείας καὶ ἐμμανοῦς
D γνώμης μαθητὰς ἐπιγινώσκεσθαι. Πλὴν ἀλλ' ὅγε Σέργιος, ὡς διὰ βραχέων φάναι, ὧδέ πη τὴν τῆς ἀποστασίας κατήχησιν ἄρχεται παραδέχεσθαι. Ἡ προειρημένη Μανιχαία γυνὴ, ἡνίκα τὸ πρῶτον εἰς ὁμιλίαν αὐτῷ κατέστη Ἵνα τί, φησὶν, εἰπέ μοι, τὰ θεῖα οὐκ ἀναγινώσκεις Εὐαγγέλια; Ὁ δὲ (οὔπω γὰρ ἦν αὐτῷ δι' ἐγκάτων βαθύνας ὁ τῆς ἀποστασίας ἰὸς), μὴ ἐξεῖναι φήσας τὴν τῶν λαϊκῶν πλη-

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(96) Καταπιστεύων. Noster simpliciter πιστεύων, sed prius bonum est.

(97) Αὐτοῦ, Noster habet ἐκείνου, sensu eodem.

(98) Τοιαύτην. Noster τοσαύτην, forte rectius.

(99) Ἀποτέμῃ. Hoc reposui ex Nostro pro διατέμῃ. Prius enim requirit vox προνοίας in genitivo casu posita.

(1) Ἄξια. Ex Nostro, quod dictionis series requirit pro ἄξιον.

(2) Προσφθείρεται. Vox in versione omissa infert clandestinam familiaritatem, in qua cum muliere illa versatus sit, fortasse et furtivos amores. Petrus Siculus exprimit per προσομιλεῖ.

ροῦντι τάξιν ἀνέδην (3) οὕτως τὴν τῶν φρικτῶν λογίων ποιεῖσθαι ἀνάγνωσιν· ἀνεῖσθαι γὰρ τοῖς ἱερεῦσιν τὸ ἔργον· ἀκούει παρὰ τῆς μαινάδος ὡς μάτην αὐτῷ ἡ τοσαύτη (4) περὶ ταῦτα τιμᾶται εὐλάβεια· μὴ γὰρ εἶναι προσωποληψίαν παρὰ τῷ Θεῷ· πάντας γὰρ βούλεσθαι (5) αὐτὸν σωθῆναι καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν. Ἀλλὰ τόγε διακεῖσθαι εὐλαβῶς ὑμᾶς περὶ τὰ Κυριακὰ λόγια, οὐ τιμῆς ἐκείνων ἐστὶ πρόνοιά, μηχανὴ δὲ καὶ σόφισμα τῶν λεγομένων ὑμῶν ἱερέων, οἱ τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ καπηλεύειν (6) ἐθέλοντες, καὶ τῶν ἐν Εὐαγγελίοις μυστηρίων ἀμετόχους εἶναι σπουδάζοντες. Διὰ τοῦτο μὴ παραπλησίως (7) ὑμᾶς ἐκείνοις ἀναγινώσκειν ταῦτα ἀπείργουσιν· ἐπεὶ καὶ ὅσα ὑμῖν εἰς ἐπήκοον (8) ἀναγινώσκουσι, περικόπτοντες τοῦ ὅλου σώματος καὶ ἀποσπαράσσοντες, οὕτως ὑμᾶς ἀκροατὰς τῶν λεγομένων παραλαμβάνουσιν. Οὕτως μέν τὴν πρώτην πεῖραν ἡ μαχλὰς καὶ μαινὰς τῷ πεσεῖν ἑτοίμῳ προσῆκεν, ὑπορύττουσά τε τὸν νοῦν τοῦ ἀθλίου καὶ διαμοχλεύουσα. Ἐφεξῆς δὲ προσηρώτα, Τί δὲ βούλεται δηλοῦν τὸ Κυριακὸν λόγιον ἐκεῖνο, τὸ λέγον· Πολλοὶ ἐροῦσίν μοι ἐν τῇ ἐκείνῃ ἡμέρᾳ λέγοντες· Κύριε, Κύριε, οὐ τῷ σῳ ὀνόματι προεφητεύσαμεν, καὶ τῷ σῷ ὀνόματι δαιμόνια ἐξεβάλομεν, καὶ τῷ σῷ ὀνόματι δυνάμεις πολλὰς ἐποιήσαμεν; Καὶ τότε ὁμολογήσω αὐτοῖς, ὅτι Οὐδέποτε ἔγνων ὑμᾶς· ἀποχωρεῖτε ἀπ' ἐμοῦ οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν. Τίνες οὖν (9) εἰσιν οὗτοι πρὸς οὓς ὁ Κύριος λέγει, Οὐκ οἶδα ὑμᾶς; Ἀλλ' ἡ μὲν ταῦτα διηρώτα· ὁ δὲ τῶν ἀγελαίων εἰς ὢν ἔτι καὶ ἀγροίκων, καὶ τῶν θείων λογίων παντεκῶς ἀμαθὴς, ἐξαπορούμενος μὲν ἐσιώπα· ἐζήτει δὲ παρ' αὐτῆς τῆς διαπυνθανομένης (10) τὸν νοῦν τῶν ἐπηρωτημένων ἀναμαθεῖν. Ἡ δὲ τοῦτο μὲν εὐθὺς οὐκ ἐποίει. Δεινὸν γὰρ γυνὴ θηρεῦσαι δι' ἀναβολῆς τὸν σπουδαζόμενον, εἰς ἐπιθυμίαν δὲ μᾶλλον τὸν ἠπατημένον τῶν ζητουμένων ἐκκαίουσα, καὶ προσαναφλέγουσα, οὗ μὲν ἐγλίχετο τυχεῖν, οὐκ ἐδίδου, προὔτεινε δὲ αὐτῷ ῥητὸν εὐαγγελικὸν ἕτερον, περὶ τίνων εἰπεῖν νομίζει τὸν Κύριον, ὅτι Πολλοὶ ἀπὸ ἀνατολῶν καὶ δυσμῶν ἥξουσι καὶ κλιθήσονται μετὰ Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ, ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν· οἱ δὲ υἱοὶ τῆς βασιλείας ἐκβληθήσονται εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον. Τίνας δὴ τοὺς υἱοὺς τῆς βασιλείας ὑπονοεῖς (11), καὶ πῶς ταύτης ἀποβρίπτούμενοι τῷ ἐξωτέρῳ σκότει παραπέμπονται;

A illorum ita provisum est, sed illud est artificium et techna eorum, qui apud vos sacerdotes dicuntur, qui verbum Dei adulterare volentes, curantesque, ne mysteriorum, quæ in Evangeliis sunt, participes sitis; ideo vetant, ne perinde atque ipsi vos ea legatis. Siquidem ea, quæ vobis audientibus legunt a tota serie detruncantes et dilacerantes, sic vos, auditores, intercipiunt. Ita captiose illa mænas primum de illo ad lapsum jam prono experimentum accepit, miseri mentem succutiens ac pelliciens: iterumque interrogabat: Quid significat dictum illud Domini: *Multi dicent in die illa: Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus, et in nomine tuo dæmonia ejecimus, et in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis, quia nunquam novi vos, discedite a me, qui operamini iniquitatem* [5]. Quinam illi sunt, quibus Dominus ait: *Non novi vos.* Hæc ipsa interrogante, ille, qui ex gregalium numero adhuc erat, homo rudis et divinorum eloquiorum prorsus imperitus, dubius silebat, ab illa vero, quæ interrogaverat, quæstionis solutionem requirebat. Illa vero non statim rationem dabat. Callidum enim est mulierum genus ad captandum procrastinatione discendi cupidum: utque magis desiderium ejus, quem decipere volebat, ad quæsitorum notitiam adipiscendam incenderet, solutionem non dabat, sed aliud proponebat evangelicum dictum, nempe, de quibusnam putaret dixisse Dominum: *Multi ab Oriente et Occidente venient, et recumbent cum Abraham et Isaac et Jacob, in regno cœlorum: filii autem regni ejicientur in tenebras exteriores* [6]. Quos esse putas filios regni, et quomodo ab hoc rejecti in tenebras exteriores abjicientur? Hæc et similia fallaciæ organum, muliebri forma, miserrimo offerens, et eum paulatim præstigiis alliciens, ubi vidit illum omnino pronum et se tanquam doctorem auscultantem, priora resumens: Regni filii, inquit, qui ab illo ejecti ad tenebras exteriores damnantur, ii sunt, quos et tu, et ii, qui tuæ sectæ sunt, sanctos vocatis et existimatis, qui et dæmonas ejiciunt et morbos sanant quibus cultum exhibere soletis, uno vivente et immortali relicto Deo. Hi sunt, hi, inquam, sunt, qui a justo illo judice audiunt: *Recedite a me, quia nunquam novi vos.* Ex hoc itaque nequissimo et pernicioso semine jam paratum ad

B C D

[5] Matth. VII, 22, 23. [6] Matth. VIII, 11.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(3) Ἀνέδην. Vocem hanc inserui præeunte ms. nostro, quæ ex Græco forte casu excidit in edito, quia interpretatio Latina exprimit per *impudenter*.

(4) Τοσαύτη. *Tanta;* ita lego cum Nostro pro τοιαύτη Coisliniani.

(5) Βούλεσθαι. Recte, pro eo quod Noster habet βουλεύεσθαι.

(6) Καπηλεύειν. Respexit procul dubio ad II Cor. II, 17.

(7) Παραπλησίως. Ita scripsi cum Nostro pro παραπλησίους.

(8) Ἐπήκοον. Hoc malui, quam ὑπήκοον Coisliniani quamvis et Petrus Siculus hic habeat εἰς ὑπήκοον ὑμῶν. Τὸ ὑπήκοον enim obedientiam potius et obsequium, quam auditionem infert, de qua tamen hic potissimum agitur. Sic Plato, *De legibus*, lib. II, ἐν ἐπηκόῳ αὐτοῦ, id est, *eo audiente*.

(9) Οὖν. Non habet Noster.

(10) Διαπυνθανομένη. Noster utitur verbo simplici πυνθανομένη.

(11) Ὑπονοεῖς. Noster ὑπονοεῖ, quod locum habere prorsus nequit, nisi scripsisse auctorem putes ὑπονοῇ, id est, *quem censeat*.

zizianorum agriculturam sibi concilians, reliqua impietatis germina facile in eo pullulare fecit, ejusque animam ut agrum exitii et corruptionis fructibus omnigenis plenum exhibuit : ita ut omnes, qui ante fuerant impietate conspicui, in hac maxime hæresi, velut pueri putarentur esse comparati cum illius vafritie et captiosis moribus, aliisque ad fallaciam compositis machinamentis atque commentis. Nam ejus prædecessores, etiamsi in cœno lasciviæ, nefariis operibus, ingentibusque contra Deum blasphemiis prima tenuerint ; et illi abominandi et exsecrandi apud omnes fere habebantur : nam detestandorum facinorum conspicuitas omnium ipsis odium conciliabat, paucosque vidisses illorum fallaciis circumventos, quia aperte et sine ullo artificio res infames ignominiosæque proponebantur, ipsaque defectionis impudentia ad cautelam satis erat, ne quis facile ad eam declinaret, neve homines a maligno caperentur.

A Ταῦτα καὶ τοιαῦτα ἕτερα τὸ γυναικόμορφον ἐκεῖνο τῆς ἀπάτης ὄργανον τῷ τρισαθλίῳ προτείνουσα καὶ κατὰ μικρὸν ὑπογοητεύουσα, ἐπείπερ ὅλον αὐτῇ προσκλιθέντα εἶχε καὶ καθάπερ διδασκάλῳ (12) προσέχοντα ἴδεν, ὑπολαβοῦσα δὴ (13), Τῆς βασιλείας, ἔφησεν, υἱοὶ οἱ ταύτης μὲν ἐκβαλλόμενοι, τῷ σκότει δὲ τῷ ἐξωτέρῳ καταδικαζόμενοι, οὗτοί εἰσιν, οὓς σύ τε καὶ οἱ κατὰ σὲ ἁγίους καλοῦσι καὶ νομίζουσι, οἳ καὶ δαίμονας (14) φυγαδεύουσιν καὶ πάθῃ θεραπεύουσι, οἷς καὶ προσάγειν διεγνώκατε σέβας, τὸν μόνον ζῶντα καὶ ἀθάνατον καταλιπόντες (15) Θεόν · οὗτοι γὰρ οὗτοι καὶ παρὰ τοῦ δικαίου ἐκεῖθεν ἀκούουσι κριτοῦ, Ἀποχωρεῖτε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι οὐδέποτε ἔγνων ὑμᾶς. Ἐκ ταύτης οὖν (16) τῆς πονηρᾶς καὶ ὀλεθρίου σπορᾶς τὸν ἕτοιμον εἰς γεωργίαν τῆς ζιζανίων ἑαυτῆς ποιησαμένη, τὴν λοιπὴν τῶν ἀσεβημάτων βλάστην εὐχερῶς εἶχεν αὐτόματον ἀναφυομένην, καὶ οὕτω πάσης λύμης καὶ διαφθορᾶς τὴν ἐκείνου ψυχὴν καρποφόρον χωρίον (17) ἀνέδειξεν, ὡς καὶ τοὺς ἔμπροσθεν πάντας ἐπ' ἀσεβείᾳ βεβοημένους, καὶ μάλιστα ταύτῃ παῖδας νομισθῆναι τῇ ἐκείνου παραμετρουμένους ῥᾳδιουργίᾳ τε καὶ τοῖς ἐπικλόποις ἤθεσι, καὶ τῇ ἄλλῃ τῆς ἀπάτης μηχανουργίᾳ τε καὶ περινοίᾳ. Οἱ μὲν γὰρ πρὸ αὐτοῦ εἰ καὶ τῷ βορβόρῳ τῆς ἀκολασίας καὶ τῇ ἄλλῃ τῶν ἔργων ἀῤῥητουργίᾳ καὶ ταῖς εἰς Θεὸν ἀνυπερβλήτοις βλασφημίαις τὸ πρωτεῖον εἶχον, ἀλλ' οὖν βδελυκτοί τε καὶ ἀποτρόπαιοί μικροῦ πᾶσιν ἐνομίζοντο τοῖς ἀνθρώποις τῷ προδήλῳ τοῦ μύσους, ὧν ἐτόλμων πάντας ἔχοντες μισοῦντας. Καὶ ὀλίγους (18) ἦν ὁρᾶν, πρὸς τὴν ἐκείνων ἀπάτην μεταχωροῦντας, ἀπερικαλύπτων (19) καὶ χωρὶς τεχνασμάτων τῶν ἀσέμνων ἔργων προκειμένων, καὶ τῆς ἀναίδην ἀποστασίας εἰς προφυλακὴν ἀρκούσης τοῦ μὴ θᾶττον πρὸς αὐτὴν ὑπολισθαίνειν καὶ ἀθρόον θήραμα τοῦ Πονηροῦ τ' ἀνθρώπινα γίνεσθαι.

XXII. Hic vero, quæ turpiora erant, resecans, reliqua obtegens, si qua ob impietatem auditu intolerabilia essent, aut comprimens aut cum tolerabilioribus commiscens, et, ut summatim dicam, pelle ovis lupum abscondens, multis doctor pietatis et dux salutis esse videbatur ; multos ex improviso adortus in extremæ perniciei barathrum præcipitavit. Etenim quod prædecessores sui non neglexerant, id ille majore cum diligentia observavit ; nempe ut non ab ipso statim principio iis, qui ad initiationem accederent, sublimiores impietates concrederet, neque horribiliora proponeret mysteria ; quorum caput est abnegatio Dei omnimoda, et diaboli gloria

C ΚΑ'. Οὗτος δὲ τὰ τῶν μιασμάτων πρόδηλα περικόπτων, καὶ ἃ κατέλιπε τῆς ἀκολασίας ἐπικαλύπτων, τά τε μηδ' ἀκοῇ φορητὰ τῶν ἀσεβημάτων ἢ συστέλλων ἢ καταμιγνὺς τοῖς ἀνεκτοτέροις (20), καὶ σύμπαν εἰπεῖν κωδίῳ (21) προβάτου τὸν λύκον ἐναποκρύπτων (22), πολλοῖς μὲν ἔδοξε διδάσκαλος εὐσεβείας καὶ ὁδηγὸς σωτηρίας, πολλοὺς δ' ἀπροόπτως αὐτῷ καταποθέντας τῷ βαράθρῳ τῆς ἐσχάτης ἀπωλείας κατεκρήμνισε. Καὶ γὰρ οὐδὲ τοῖς πρότερον ἀμελούμενον ὅμως καὶ τοῦτο αὐτῷ σπουδαιότερον μεμηχάνηται, ὥστε μὴ κατ' ἀρχὰς εὐθὺς τοῖς αὐτῷ μυεῖσθαι προσερχομένοις τὰ τελειότερα (23) τῶν ἀσεβημάτων, θαῤῥεῖν, μηδὲ τῶν μυστηρίων

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(12) Διδασκάλῳ. Ita recte Coisliniano pro διδασκαλίῳ, seu, ut scribendum erat, διδασκαλείῳ Nostri.

(13) Δέ. Ex Nostro, quod ad perficiendam orationis seriem requiri videtur.

(14) Οἳ καὶ δαίμονας. Ita edenda hæc putavi, quæ in Coisliniano misere corrupta sunt, qui sic habet : Οἳ καὶ πάθει δαίμονας θεραπεύουσι, καὶ δαίμονας πάθει φυγαδεύουσι. Rectius ex parte Noster, οἳ καὶ δαίμονας θεραπεύουσι, καὶ πάθη φυγαδεύουσι, qui tamen in eo errat librarii lapsu, quod bina illa verba non suis locis collocavit, sed confudit. Scribi enim debebat, ut edidi. Ita res ipsa requirit, et Petrus Siculus confirmat, cujus hæc sunt verba : Οὗτοί εἰσιν οἱ ἅγιοί σου, οἱ τοὺς δαίμονας φυγαδεύοντες, καὶ τὰ πάθη θεραπεύοντες τῶν ἀνθρώπων. Scilicet ludibrio femina habuit consuetudinem, illa ætate jam receptam, qua invocatis sanctis dæmones expellebantur.

(15) Καταλιπόντες. Hoc malo præ καταλείποντες, quod est in Coisliniano.

D (16) Οὖν. Non agnoscit Noster.

(17) Χωρίον. Addidi ex Nostro, quam vocem requirere videtur allegorica loquendi ratio, quæ se hic auctori probavit, de germinibus loquens, quibus ager ridere solet.

(18) Ὀλίγους. Noster ὀλίγοις, mendose.

(19) Ἀπερικαλύπτων. Ita Noster melius, quam Coislinianus, qui habet ἀπερικάλυπτον.

(20) Ἀνεκτοτέροις. Optime Coislinianus pro συνεκτοτέροις, quod Noster affert.

(21) Κωδίῳ. Ex Nostro pro κωδίου, quod perarum vitio ante legebatur.

(22) Ἐναποκρύπτων. Sic iterum Noster pro simplici ἀποκρύπτων Coisliniani.

(23) Τελειότερα. Ita lego pro τελειώτερα, pro quo Noster habet ταχεώτερα, vocem nihili. Per τέλειος autem alluditur iterum, quod solemne Nostro est, ad gentilium sacra, quibus qui non tam initiati quam imbuti erant, τέλειοι dicebantur.

προτιθέναι τὰ ἐξάγιστα, ὧν ἐστι (24) τὸ κεφάλαιον ἄρνησις παντελὴς Θεοῦ, καὶ τοῦ διαβόλου δόξα καὶ κράτος, καὶ δημιουργίας ἰσχὺς, καὶ τιμὴ καὶ οἰκείωσις. Οὐδὲν οὖν ἐκεῖνος τοιοῦτον κατεπίστευεν τοῖς ἄρτι μυουμένοις. Ἀλλὰ πρῶτα μὲν τοῖς εὐαγγελικοῖς ἐπειρᾶτο κατρύθμίζειν ῥήμασιν αὐτῶν τὰ ἤθη, καὶ ἃ μηδὲν ἐκέλευσε περὶ δόγματος. Καὶ τούτοις τέως κατακηλεῖν τε καὶ καταγοητεύειν ἐπεχείρει, καὶ χειροήθεις ἀπεργάζεσθαι τοὺς μυσταγωγουμένους. Ἐπειδὰν δ' εὔνους εἶχεν καὶ ὡς διδασκάλῳ καὶ σωτηρίας ἐῶρα προσανέχοντας ὁδηγῷ, τότε καὶ τὸν ὅλον τῆς ἀποστασίας ἰὸν χανδὸν αὐτοῖς παρεῖχεν ἐκροφεῖν, καὶ τετελεσμένους ὁμοίως ἐκείνῳ ἀνηγόρευέν τε καὶ ἀνεκήρυττεν τὴν ἀσέβειαν. Τυχικὸν δ' αὐτὸν καὶ οὗτος ὁ τρισαλιτήριος ἐπωνόμαζεν, οὐ τὴν κλῆσιν ἐκκλέπτων μόνον τοῦ μακαρίου Παύλου μαθητῶν, ἀλλὰ καὶ αὐτὴν τὴν ὕπαρξιν καὶ ὑπόστασιν εἰς ἑαυτὸν μεταπλάσσων καὶ παραχαράσσων, καὶ ὑποβαλλόμενος· οὐ γὰρ ἄλλον τινὰ, (ὦ μωρᾶς γλώσσης, μωροτέρας δ' ἀκοῆς τῶν παραδεχομένων!) ἀλλ' ἐκεῖνον εἶναι τὸν Τυχικὸν ἑαυτὸν ἐτερατολόγει, ἐν ταῖς Ἐπιστολαῖς τοῦ Ἀποστόλου φερόμενόν τε καὶ πολλαχοῦ (25) μνήμης ἐπαινουμένης ἀξιούμενον. Τοῦτο δὲ τὸ κακόπλαστόν τε καὶ ἀναιδὲς καὶ ἠλίθιον καὶ ἄθεον, καὶ οὗ μή (26) ἐστι παρ' οὐδεμιᾷ τῶν πώποτε γεγενημένων αἱρέσεων παραπλήσιον, τοῦτο δὴ καταβαλὼν (27) καὶ προθεμελιώσας ταῖς τῶν ἠπατημένων ψυχαῖς ἐκεῖθεν ἐπφκοδόμει τὰ ἄλλα· κήρυκά τε γὰρ ἀπεστάλθαι πρὸς αὐτοὺς παρ' αὐτοῦ, καὶ ἃ διαγγέλλει, καὶ λέγει, μὴ τῆς αὐτοῦ σοφίας εἶναι, τοῦ δὲ διδάξαντος καὶ ἀπεσταλκότος Παύλου παραγγέλματα. Καὶ ὁ πολλάκις τοῖς ἔτι (28) μᾶλλον μυστικωτέροις τὴν ἀσέβειαν Πνεῦμα καὶ Παράκλητον ὑμνῶν ἑαυτὸν, εἰς τὸν χορὸν τῶν μαθητῶν τοῦ θεσπεσίου Παύλου πρὸς τὸ ἄλλο πλῆθος κατέλεγεν ἑαυτὸν, ἑπτακοσίων ἐτῶν ἐγγὺς μεταγενέστερος καὶ Παύλου καὶ Τυχικοῦ γεγονώς. Καὶ γὰρ ὁ κατάρατος οὗτος καὶ τερατίας ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς ἐγνωρίζετο χρόνοις, κήρυξ τῆς ἀσεβείας ὡς (29) οὔπω τις διάπυρος ἕτερος. Πολλὰς γὰρ ὁ πλάνος πόλεις περιῆλθεν καὶ χώρας, θηρῶν, ἁπατῶν, καὶ (30) παγιδεύων τὰς τῶν ἁπλουστέρων, οἴμοι, ψυχὰς, ὡς καὶ αὐτὸς ὁ τοῦ ψεύδους ὡς ἀληθῶς υἱὸς ἐν μιᾷ τῶν αὐτοῦ σησιν ἐπιστολῶν· « Ἀπὸ ἀνατολῶν καὶ δυσμῶν, καὶ βορρᾶ καὶ νότου ἔδραμον κηρύσσων τὸ Εὐαγγέλιον Χριστοῦ τοῖς ἐμοῖς γόνασιν. » Εἰ γὰρ ὡς ἐν πᾶσιν οὕτω κάνταῦθα ἠλαζονεύετο, ἀλλ' οὖν οὐκ ὀλίγον δρόμον ὑπὲρ τῆς ἑαυτοῦ καὶ τῶν πειθομένων ἀπωλείας κατεβάλετο (31). Ἐγγὺς δὲ καὶ οὗτος τριάκοντα ἔτη ἐπὶ τοῖς τέσσαρσι τῆς ἀσεβείας προέστη, καὶ τὸν ἀγῶνα τῆς πλάνης διήνυσεν. Εἰρὴν δὲ τηνικαῦτα τὸ φιλόθεον ἐκεῖνο καὶ

A ac imperium, vis creandi, honor et famulatus. Nihil itaque simile recens initiatis concredebat; sed primo eorum mores, nec non alia, quæ nihil ad doctrinam spectabant, evangelicis verbis aptare studebat; deinde ipsos pellicere, et præstigiis suis illaqueare initiatosque ad manum et obtemperantes sibi reddere conabatur. Postquam autem eos sibi benevolos, et tanquam salutari duci morigeros esse conspiciebat, tunc totum apostasiæ virus hiantibus ipsis sorbendum propinabat; atque initiatis eamdem quam ipse tenebat, impietatem tradebat. Tychicum autem se scelestissimus homo denominabat, neque solum sibi nomen ex discipulorum numero tribuebat, sed ipsam exsistentiam usurpabat, et ad se pertinere comminiscebatur. Non enim se alium, o

B stultam linguam, stultioresque auditores! esse portentose dicebat, quam ipsum illum Tychicum, qui in epistolis Pauli memoratur, honorabili ejus mentione sæpe facta. Hoc commentum teterrimum, impudens, insanum, impium, cui simile nunquam apud hæreses, quæ ante fuerunt, exstitit, hoc inquam, ceu fundamentum ponens in deceptorum animis, cætera deinceps ædificabat; nam se ab Apostolo ad ipsos præconem missum esse dictitabat, et ea, quæ annuntiaret ac diceret, non suæ sapientiæ, sed Pauli docentis et mittentis esse præcepta mentiebatur. Ac qui sæpe perfectioris in impietate

C initiationis discipulis se Spiritum et Paracletum esse jactitabat; rudiori multitudini se inter divini Pauli discipulos connumerabat, qui septingentis pene annis post Paulum et Tychicum vixit. Etenim maledictus ille et portentosus homo nostris pene temporibus cognitus est, impietatis præco, quo nullus alter ardentior fuit. Multas enim seductor ille urbes et regiones peragravit, multos captans, decipiens, illaqueans, o damnum! simpliciorum animas; et ipse mendacii vere filius in aliqua epistolarum suarum ait: « Ab Oriente et Occidente, ab Aquilone

D et Meridie annuntians Evangelium Christi, genuum meorum labore cucurri. » Etiamsi enim hic ut alibi semper jactatione utatur; verum tamen est eum non modicum cursum in suam sequaciumque suorum perniciem confecisse. Triginta autem et quatuor annis impietati præfuit, et erroris certamen consummavit. Irene porro, religiosa illa et Deo accepta mulier, imperium moderabatur, quo tempore Dei hostis et impius ille apostasiæ doctrina florebat, ex quo usque ad præsens tempus, quæ nunc in nostris regionibus grassatur, impietas, ab ejus doctrina profluxit. Fama autem cæteris ipsius æmulis impietatibus præstat, licet et hæc et illæ ipsi succenturiatæ in eamdem perniciem deducant. Tantum au-

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(24) Ἐστι. Lectio nostri codicis proba et genuina pro ἔστη, quod est in Coisliniano.

(25) Πολλαχοῦ. Vide Act. xx, 4, Ephes. vi, 21; Coloss. iv, 7; Tit. iii, 13, et II, Tim. iv, 12.

(26) Οὗ μή. Sic Noster rectissime, pro οὐ μὴ Coisliniani: prius requirit series orationis, οὗ μὴ ἐστι παραπλήσιον, quod et versio recte indicat.

(27) Καταβαλών. Noster, καταβάλλων, rectius.

(28) Ἔτι. Noster ἐπὶ forte recte. Nimis enim πλεονάζειν videtur ἔτι μᾶλλον μυστικωτέρους.

(29) Ὡς. Noster non agnoscit, quod tamen recte contextu vindicatur.

(30) Καί. Ex Nostro adjeci.

(31) Κατεβάλετο. Noster κατεβάλλετο.

tem ipsi honoris exhibent ejus miseri discipuli, ut tum alia absurda, quæ ne auditu quidem tolerari possunt, de ipso narrent, tum etiam in nomine ejus orationes, seu potius latratus suos obsignent. « Oratio, inquiunt, Spiritus sancti miserebitur nostri. » Porro ille tortuosus serpens se ipsum ostiarium, pastorem et ducem vocabat. Scribit enim Coloniensibus : « Probationem fidei vestræ præscientes, vos commonefacimus quod, sicut Ecclesiæ, quæ ante fuerunt, pastores et doctores susceperunt, » dicit autem Constantinum et alios, qui supra numerati sunt : « Sic et vos lampadem lucidam et lucernam splendentem suscepistis : secundum id, quod scriptum est : *Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus lucidum erit*[7]. » Et paucis interpositis : « Nemo vos decipiat ullo modo. Has autem promissiones habentes a Deo, confidite. Nos enim persuasi in cordibus nostri scripsimus vobis, quod ostiarius et pastor bonus, et dux corporis Christi et lucerna domus Dei ego sim, et vobiscum sim omnibus diebus usque ad consummationem sæculi. » Hic igitur, o quid illo dignum dixeris ! attamen mortalium nequissimus et impiissimus, qui sese supra modum jactabat et extollebat, in promeritam, ut narrabitur, ruinam dejectus est. Hic, inquam, ad Leonem quemdam Montanum scribens : « Tu autem, ait, cave tibi, ne fidem dividas indeclinabilem : quam enim accusationem habes adversum nos ? Num aliquem circumveni, aut superbe egi ? Non potes dicere : et si dicas, testimonium tuum verum non est. Mihi vero absit ut te odio habeam ! sed solum te oro, quemadmodum apostolos et prophetas suscepisti, qui quatuor numero sunt, ita pastores et magistros suscipias, ne ferarum præda fias. » Ita se in sexcentas formas convertebat, ut ad diversos eorum, qui decipiebantur, mores se accommodaret, modo gigas, modo simia, nunc leo, nunc vulpes, modo illum, modo alium morem simulans, et præferens. Alibi vero iterum dicit : « Prima fornicatio, qua ex Adamo circumdamur, beneficium est ; secunda autem major, de

A Θεομακάριον γύναιον τῆς βασιλείου ἀρχῆς ἐπεστάτει, ἡνίκα τῷ φρονήματι τῆς ἀποστασίας ὁ θεομάχος οὗτος καὶ θεοβλαβὴς ἤκμαζεν, ἐξ οὗ χρόνου μέχρι τοῦ παρόντος ἡ νῦν (32) ἐπιχωριάζουσα ἀσέβεια τῆς ἐκείνου μὲν ἤρτηται διδασκαλίας. Παρευδοκιμεῖ (33) δὲ τὰς ἀντιτέχνους (34), κἂν πρὸς τὸν αὐτὸν αὐτή τε καὶ αἱ παρασπίζουσαι ταύτῃ φέρωσιν (35) ὄλεθρον. Ἐπὶ τοσοῦτον δ' αὐτὸν οἱ τάλανες τῶν μαθητευθέντων θειάζουσιν, ὥστε ἄλλα τε ἄτοπα περὶ αὐτοῦ καὶ ἀκοῇ ἀνύποιστα φθέγγονται, καὶ δὴ καὶ ἐν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ τὰς ἰδίας προσευχὰς, μᾶλλον δὲ ὑλακὰς, ἐπισφραγίζουσιν, « Ἡ εὐχὴ, λέγοντες, τοῦ ἁγίου Πνεύματος (36) ἐλεήσει ἡμᾶς. » Ἐκάλει δ' οὗτος ὁ σκολιὸς ὅφις ἑαυτὸν καὶ θυρωρὸν καὶ ποιμένα καὶ ὁδηγόν. Γράφει γὰρ τοῖς ἐν Κολωνίᾳ· « Τὸ δόκιμον B ὑμῶν τῆς πίστεως προεγνωκότας ὑπόμνησιν πρὸς ὑμᾶς ποιούμεθα, ὅτι ὥσπερ αἱ παρελθοῦσαι Ἐκκλησίαι ποιμένας καὶ διδασκάλους ἐδέξαντο. » Λέγει δὲ Κωνσταντῖνον, καὶ τοὺς ἄλλους, οὓς ὁ λόγος ἀνωτέρω ἠριθμήσατο. « Οὕτως καὶ ὑμεῖς λαμπάδα φαεινὴν καὶ λύχνον φαίνοντα καὶ ὁδηγὸν σωτηρίας ἐδέξασθε κατὰ τὸ γεγραμμένον. Ἐὰν ὁ ὀφθαλμός σου ἁπλοῦς ᾖ, ὅλον τὸ σῶμά σοτ φωτεινὸν ἔσται. » Καὶ μετ' ὀλίγα. « Μηδεὶς ὑμᾶς ἐξαπατήσῃ κατὰ μηδένα τρόπον, ταύτας δὲ τὰς ἐπαγγελίας ἔχοντες παρὰ Θεοῦ θαρσεῖτε, Ἡμεῖς γὰρ πεπεισμένοι ὄντες ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν ἐγράψαμεν ὑμῖν, ὅτι ὁ θυρωρὸς καὶ ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς καὶ ὁδηγὸς τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ, καὶ ὁ λύχνος τοῦ οἴκου τοῦ Θεοῦ, ἐγώ εἰμι καὶ μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας ἕως τῆς συν- C τελείας τοῦ αἰῶνος. » Οὗτος οὖν, ὦ τί ἂν τις αὐτὸν εἰπὼν ἀξίως εἴποι ; ὀλλ' οὖν ὁ κάκιστος καὶ ἀθεώτατος ἀνθρώπων ὑπεράνω φέρων ἑαυτὸν καὶ ὑμῶν, ἀξίαν μὲν (37), ὡς ὕστερον δηλωθήσεται, πτῶσιν κατηνέχθη· γράφει δ' οὖν καὶ πρὸς Λέοντά τινα Μοντανον (38). « Σὺ δὲ τήρησον σεαυτὸν, ἔνδος τὸ τέμνειν τὴν ἀκλινῆ πίστιν· τίνα (39) γὰρ κατηγορίαν ἔχεις καθ' ἡμῶν ; μή τινα ἐπλεονέκτησα, ἢ ὑψηλοφρόνησα ; οὐ δύνασαι (40) εἰπεῖν. Εἰ δὲ καὶ εἴπῃς, ἡ μαρτυρία σου οὐκ ἔστιν ἀληθής· ἐμοὶ δὲ μὴ γένοιτο μισῆσαί σε· ἀλλὰ παρακαλέσαι (41) ὡς ἐδέξω ἀπο-

[7] Matth. VI, 22.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(32) Ἡ νῦν. Noster recte habet pro ἡμῶν. Innuere enim vult Noster, eam, quæ cum maxime obtineat, impiam doctrinam illius hominis esse fetum.

(33) Παρευδοκιμεῖ. Hoc malo cum Nostro et Colbertino pro παρευδοκιμεῖται, quod exhibet Coislinianus. Sic Aristophanes in Equitibus : Παρευδοκιμεῖ τὴν ἀκρίβειαν τῶν ἔργων ἡ τῆς ὑποθέσεῶς καινοτομία.

(34) Ἀντιτέχνους. *Æmulis* verti pro *oppositis*. Ἀντιτεχνος enim vi vocis et usu eum notat, qui eamdem cum altero artem facit, sed ita, ut alterum in studio vincere conetur. Res tralatitia est et pervulgata. Confirmat notionem hanc sequens παρασπίζουσαι, id est, *succenturiatæ*. Id scilicet sibi vult Photius, alios eo tempore similibus sententiis addictos, et principatum affectantes in secundis substitisse.

(35) Φέρώσιν. Ita scripsi pro φέρουσιν, astipulante Nostro.

D (36) Τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Eum scilicet appellantes. Tychicum volebant, qui seipsum Spiritum et Paracletum discipulis suis jactabat, quod Noster paulo ante monuit.

(37) Ἀξίαν μέν. Ita recte Coislinianus, Noster mendose ἄξια ὑμῖν, sensu nullo : prior lectio commode refertur ad sequentem vocem πτῶσιν.

(38) Μοντανόν. Vertere malui *Montanum*, ut nomen hominis sit, non sectæ *Montanistarum* : sic enim vocandus videbatur Μοντανιστής.

(39) Τίνα. Hoc reposui ex Nostro, pro τήν Coisliniani. Astipulatur Petrus Siculus, p. 66, qui Tychici hanc scriptionem iisdem verbis recitat.

(40) Δύναμαι. Recte Coislinianus : mendose Noster οὐ δύναμαι· neque enim de se loquitur Tychicus, sed alterum alloquitur, quod sequens : εἰ δὲ καὶ εἴπῃς, evincit.

(41) Παρακαλέσαι. Ita recte Coislinianus, pro quo Noster παρακαλεῦσαι.

στόλους, καὶ προφήτας, οἵτινές εἰσι τέσσαρες, δέξαι καὶ ποιμένας καὶ διδασκάλους, ἵνα μὴ θηριάλωτος γένῃ. » Οὕτως μυρίαις ἑαυτὸν μετέπλαττεν μορφαῖς πρὸς τὰ διάφορα τῶν ἀπατωμένων ἁρμοζόμενος ἦθη. Καὶ νῦν μὲν γίγας, νῦν δὲ πίθηκος, νῦν δὲ λέων, νῦν δ' ἀλώπηξ, νῦν δ' ἄλλο τι καὶ ἄλλο τι καὶ ἄλλο τυπούμενός τε καὶ διαπλαττόμενος. Ἀλλαχοῦ δὲ πάλιν λέγει · « Ἡ πρώτη (42) πορνεία, ἣν ἐκ τοῦ Ἀδὰμ περικείμεθα, εὐεργεσία ἐστίν, ἡ δὲ δευτέρα μείζων ἐστί, περὶ ἧς λέγει καὶ ὁ Ἀπόστολος, Ὁ πορνεύων (43), εἰς τὸ ἴδιον σῶμα ἁμαρτάνει. » Πορνείαν δὲ ταύτῃ λέγων ὁ ἐξάγιστος τὴν ἐκ τῶν αὐτοῦ βδελυρῶν δογμάτων ἀναχώρησιν, ἐκάλει δὲ σῶμα Χριστοῦ ἑαυτόν. Διὰ τοῦτο τοὺς ἀποφοιτῶντας αὐτοῦ τε καὶ τῶν θεοστυγῶν αὐτοῦ ἐντολῶν τῷ τῆς πορνείας ἀλῶναι διελοιδορεῖτο πάθει. Πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα τῆς αὐτῆς ἐχόμενα θεοβλαβείας καὶ τερατολογίας ἐν πολλοῖς αὐτοῦ τῶν μιαρῶν γραμμάτων ἔστιν ἐνιδεῖν (44) ἃ δευτέρου ἂν εἴη λόγου καὶ ἰδιάζοντος καθεξῆς διελθεῖν καὶ στηλιτεῦσαι, καὶ εἴ τι ἄλλο τούτοις συνήρτηταί τε καὶ συνδιαπλέκεται. Καὶ γὰρ καὶ ἅπερ εἴρηται πρὸς ἔνδειξιν μόνον ἐρρέθη τῆς πολυπλόκου ταύτης καὶ πολυμηχάνου θεομαχίας.

A qua dicit Apostolus : Qui fornicatur, in proprium corpus peccat. » Fornicationem autem cum hic memorat sceleratissimus homo, secessum ab abominandis ejus dogmatibus ita vocat, corpusque Christi seipsum dicit. Quamobrem eos qui a se et a Deo perosis suis præceptis abscedebant, ut fornicationis nomine reos insectabatur. Multa quoque alia perinde impia et monstri similia in fœdissimis ejus scriptis videre est, quæ in secundo, et ad hanc rem « destinato libro » persequi operæ pretium erit, nec non si qua alia, ab his pendeant, vel cum his complicentur. Nam quæ supra diximus, ad specimen solum multiplicis hujus et callidissimæ impietatis dicta sunt.

ΚΒ'. Μηδεὶς δὲ οἰέσθω ῥίζης ἑτέρας βλάστημα εἶναι, παρ' ἣν ἐρρίζωσεν ὁ θεομάχος Μάνης τὴν παραφυάδα ταύτην τῶν δυσσεβῶν Σεργίου δογμάτων. Μία μὲν γάρ ἐστι καὶ ἡ αὐτὴ καὶ τὸν αὐτὸν ψυχόλεθρον καρπὸν φέρει. Ἡνίκα δὲ Σέργιος τοῦ διδασκαλικοῦ τῆς ἀποστασίας ἐπέβη θρόνου, θέλων πολλοὺς ἀποπλανῆσαι (45) τῆς καθολικῆς τοῦ Χριστοῦ Ἐκκλησίας, σχίζεται μὲν περιφανῶς, μέχρι τότε καιροῦ συναγελαζομένων ἀλλήλοις, τοῦ ῥυπαροῦ Βαάνους. Ἀναδίχεται δὲ κατ' ἐνώπιον τῶν μαθητῶν καὶ τὴν κατὰ πρόσωπον αὐτοῦ φιλονεικίαν, καὶ μάχην, καὶ ἡ στάσις αὐτοῦ δραματουργεῖται δημοσίῳ θεάτρῳ, δι' ἧς ἐτέχναζεν δελεάζειν, καὶ τῆς οἰκείας πλάνης ἕλκειν ὀπίσω ἄλλους τε ὅσους ἐδύνατο καὶ οἵτινες ἡταιρίζοντο τὸν Βαάνην. Ἦν δὲ αὐτῷ καὶ σκηνὴ ἀρετῶν προβεβλημένη, μέγα δέλεαρ τῶν προσιόντων, καὶ ταπεινὸν (46) ἦθος καὶ δεξιώσεως κατεσχηματισμένος τρόπος καὶ ἡμερότης οὐ τοὺς οἰκείους ὑποσυναίνουσα μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς τραχύτερον διακειμένους ὑπολεαίνουσά τε καὶ συλαγωγοῦσα. Ἀλλὰ γὰρ τὸ μὲν ῥυπαρὸν τῶν μιαρῶν πράξεων τοῦ ἀντιστασιώτου Βαάνους στηλιτεύειν τε καὶ ἀποπέμπεσθαι, μάλιστά γε (47) κατὰ τὸ ἐμφανὲς μέλετην εἶχεν · πρὸς δὲ τὰ δυσσεβῆ τῶν δογμάτων κατ' οὐδὲν (48) ἀντιπίπτων οὐδὲ διαφερόμενος ὤφθη. Ὁ μὲν οὖν Βαάνης ἀσυνηγόρητον ἔχων τὴν τῶν ἐκθέσιμων ἔργων ἐπίδειξιν ἐπὶ τοὺς πρὸ αὐτοῦ μόνον καταφεύγειν, καὶ διὰ τῆς τῶν προσώπων ποιότητος, ὡς ἐνόμιζε, τὸ κίβδηλον αὐτοῦ καὶ κατεστυγημένον τοῦ φρονήματος συνεκρότει τε καὶ ἀπεσέμνυνε, μαθητὴν ἑαυτὸν τοῦ Ἐπαφροδίτου εἶναι μεγαλαυχῶν, καὶ τὴν ἐκείνου τιμῶντα παράδοσιν, πρὸς τὰς

XXII. Cæterum nemo putet hunc impurissimum surculum ab alia, quam Manetis, radice prodire, una quippe eademque radix est, quæ eumdem animæ perniciosum fructum profert. Quando autem Sergius doctrinalem apostasiæ thronum conscendit, cum multos ab Ecclesia catholica in errorem abducere vellet, aperte scinditur ab impuro Baane, quia hactenus conventus celebrabat : et in conspectu discipulorum adversus illum certamen init, contentioque ejus in publico theatro repræsentatur, qua re id moliebatur, ut multos inescaret, et ad errorem suum pertraheret, quotquot videlicet potuisset ex iis, qui Baanis sodales erant. Ipsi autem virtutum species et scena proposita erat, magna decipula iis, qui accederent ; tum modestia inerat, atque ementita benignitatis et mansuetudinis species, quæ non suos modo domesticos commoveret, sed etiam eos, qui asperiori essent affectu, deliniret et raperet. Contra vero fœditatem gestorum adversarii ipsius Baanis palam facere et traducere, maxime vero publicis in locis, toto studio curabat. Quod ad impia vero dogmata spectabat, nihil ab eo differre videbatur. Baanes porro cum facinorum declarationem nulla posset ratione excusare, ad prædecessores tantum suos confugiebat, et ex conditione personarum turpitudinem suam, ut putabat, nec non, quod in sententia sua odiosum erat, defendebat et cohonestabat. Se esse discipulum Epaphroditi gloriabatur, utpote qui ejus traditionem veneraretur, circa illa abominanda gesta nihil dubitationis vel pudoris habere dicebat, ac si non facienda essent. Sergium vero quasi novitium con-

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(42) Ἡ πρώτη. Recte : noster corrupte ἣν · quod forte ex proxime sequenti formatum est.

(43) Πορνεύων. Ita legitur I Cor. VI, 18, et apud Petrum Siculum ; at noster habet πορνεύσας.

(44) Ἐνιδεῖν. Noster simpliciter ἰδεῖν.

(45) Ἀποπλανῆσαι. Ita scripsi ex Colbertino ; pro quo Coislinianus habet ἀπολανεῖσθαι, inconvenienter legibus grammaticis, noster autem ἀποπλανᾶσθαι, melius quidem eo, sed non satis recte ; sermo enim noster est de Tychici studio avertendi alios a veritate. Siculus expressit per ἀποσπᾶσαι.

(46) Ταπεινόν. Noster ταπεινῶν ἦθος, eodem sensu.

(47) Μάλιστά γε. Noster μάλιστα δέ γε.

(48) Κατ' οὐδέν. Noster mendose πρὸς οὐδέν.

viciis insectabatur, qui nullum ex insignibus magistris vel vidisset, vel audisset : ideoque cum nihil inde lucis mutuatus esset, in errore et fallacia incederet. Scelestissimus itaque Baanes his æmulum et adversarium suum impetebat, seseque jactabat. Versipellis autem illa fera Sergius, qui non aperte in luto scelerum volutaretur, neque pravum impuritatis odorem præferret, ut Baanes, sed illam multis et verborum et fictionum involucris obtegeret, ita invaluit, ut apostasiam in duas partes scinderet, et quotquot in Baanis factione manebant, respuens Baanitas appellaret. Ille vero ut ipsi contumeliæ vicem redderet, eos, qui ex parte Sergii stabant, aversatus, Sergiotas similiter denominavit, quotidie vero contentio et dissidium inter eos augebatur et invalescebat, indeque odium inter detestandas illas factiones irreconciliabile factum est.

A ἀποτροπαίους τῶν πράξεων καὶ βδελυρὰς οὐδὲνα δισταγμὸν ἢ ἐρύθημα φέρειν, ὡς οὐ χρὴ πράττεσθαι (49). Νεοφανῆ δὲ Σέργιον ἐλοιδορεῖτο, καὶ μηδένα τῶν ἐπισήμων διδασκάλων μήτε ἰδεῖν, μήτε ἀκροατὴν (50) χρηματίσαι, καὶ διὰ τοῦτο μηδὲν ἐκεῖθεν σπάσαντα φωτὸς ἐν πλάνῃ καὶ ἀπάτῃ διαπορεύεσθαι. Ὁ μὲν οὖν ἐξάγιστος Βαάνης τούτοις τε τὸν ὁμότεχνον καὶ ἀντιστασιώτην ἔβαλεν καὶ ἑαυτὸν ἐμεγάλυνεν. Τὸ δὲ ποικίλον θηρίον ὁ Σέργιος τὸ μὴ βεβυθίσθαι περιφανῶς οὕτως τῶν πράξεων τῷ βορβόρῳ, μηδ' οὕτως ἀπόζειν ὥσπερ ὁ Βαάνης τὴν ἀκαθαρσίαν, ἀλλὰ πολλοῖς ταύτην καὶ ῥημάτων καὶ φασμάτων παρακαλύμμασι περιστέλλειν ἔλαθεν ἰσχὺν εἰς δύο τὴν ἀποστασίαν σχίσαι (51), καὶ τοὺς μὲν ὅσοι τῆς μερίδος ὤφθησαν τοῦ Βαάνους, αὐτὸς διαB πτύων Βαανίτας ἐκάλει. Ἐκεῖνος δ' ἀμειβόμενος τὴν ὕβριν, ἀποτροπαίους τε οὓς ἡ μοῖρα εἶχε τοῦ Σεργίου ἐποιεῖτο, καὶ Σεργιώτας ὠνόμαζεν ὁμοίως. Καὶ ἦν μὲν αὐτοῖς ἡ ἔρις καὶ στάσις καθ' ἡμέραν αὐξομένη τε καὶ κραταιουμένη καὶ τὰς μιαρὰς μερίδας εἰς ἄσπονδον ἔχθραν καθεστῶσα.

XXIII. Insequenti vero tempore vita functo Sergio in tantam discipuli ejus contra Baanitas contentionem eruperunt, ut non ultra verbis et contumeliis, sed manibus et gladiis, decerneretur, et magna cædes fieret Baanistarum. Prævalebat enim Sergii factio tum multitudine, tum, qui militum qui apud illos erat, præfectus, Sergio assentiebat, ac Baanitæ a contribulibus et consectaneis internecione deleti fuissent, nisi quidam, nomine Theodotus, cultu impius, si quis alius Sergii comperegrinus, grassantem cædem compescuisset, et sedasset, tum blanditiæ plenis verbis usus, tum etiam communi rei conferre dictitans, atque multis gestis C verbisque probans, utramque factionem ejusdem esse originis, iisdemque consuetudinibus accrevisse, communem habuisse victum, concordia sibi securitatem parasse, cum in dubiis circa doctrinam nihil magni momenti esset; annisque multis ita perseverasse usque ad Sergii magistri inaugurationem : non oportere tot annorum consensum et societatem in sanguinem et cædes desinere, neque par esse eos, quin in rebus præcipuis etiam nunc conjuncti et ejusdem opinionis essent, ob quasdam recentes controversias ultro citroque subortas, quasi omnino heterodoxos et impios gladio et exitio tradi. Talibus ille dictis mutuam cædem compescuerat, quod utinam factum non fuisset : lues enim illa tot D animarum perniciem non parasset.

ΚΓ'. Χρόνῳ δὲ ὕστερον θανάτῳ τὸν βίον καταστρέψαντος Σεργίου, ἐπὶ τοιοῦτων οἱ τούτου μαθηταὶ εἰς τὴν πρὸς τοὺς Βαανίτας ἀνερράγησαν μάχην, ὡς οὐκ ἔτι λόγοις καὶ λοιδορίαις, ἀλλὰ καὶ χερσὶ καὶ ξίφεσι κρίνεσθαι τὴν ἔριν, καὶ πολὺν φόνον τῶν Βαανίτων ῥυῆναι. Ἐπεκράτει γὰρ ἡ μερὶς Σεργίου τῷ τε πλήθει, καὶ ὅτι τῆς ἐν αὐτοῖς ὁπλιτικῆς δυνάμεως ὁ ἄρχων τῇ δόξῃ προσαπέκλινε Σεργίου· καὶ ἂν εἰς τέλος, ὥσπερ ἦν ἄξιον, οἱ Βαανῖται ὑπὸ τῶν ὁμοδόξων καὶ ὁμοφύλων χειρῶν ὠλοθρεύθησαν, εἰ μή τις Θεόδοτος ὄνομα, δυσσεβὴς εἰ καί τις ἄλλος τὴν θρησκείαν, συνέκδημος Σεργίου λεγόμενος τὸν φόνον ὀξέως ῥέοντα ἀνέσχε τε καὶ ἀνέκοψεν, ἄλλοις τε πολλοῖς αἱμυλίοις λόγοις καὶ τὸ κοινῇ συνοῖσον εἰσηγούμενος, φάμενός τε καὶ διατεινόμενος, καὶ πολλοῖς κατασκευάζων ἔργοις, καὶ λόγοις τὸ προτεινόμενον, ὡς ἑκατέρα μερὶς τῆς αὐτῆς εἰσι βλαστήματα σπορᾶς καὶ τοῖς αὐτοῖς ἔθεσι συνηυξήθησαν καὶ κοινὴν (52) τὴν δίαιταν εἶχον, καὶ ὁμονοίᾳ περιετειχίζοντο οὐδὲν μέγα περὶ τῶν ἀμφιβαλλομένων στασιάζοντες, καὶ τοῦτο ἐκράτει χρόνοις πολλοῖς μέχρι τῆς τοῦ διδασκάλου Σεργίου ἀναδείξεως καὶ ὡς οὐ χρὴ οἰ μὲν οὖν τὴν ἐν τοσούτοις χρόνοις σύμπνοιάν τε καὶ συνάφειαν εἰς αἵματα καὶ σφαγὰς διαλῦσαι, οὐδὲ τοὺς εἰς αὐτὰ τὰ καίρια (53) καὶ νῦν συνημμένους (54) τε καὶ ὁμοφρονοῦντας διά τινάς προσφάτως (55) ἀναῤῥιπισθείσας διαφορὰς ὡς (56) ἑτεροπίστους παντελῶς καὶ ἀθέους εἰς τὸν διὰ ξίφους ὄλεθρον (57) ἀφειδῶς παραπέμπειν. Ἀλλ' ὁ μὲν τοιούτοις τισὶ ῥήμασι τὸν κατ' ἀλλήλων (ὡς εἴθε μὴ ὤφελεν· οὐ γὰρ ἂν ὁ ψυχ-
ὀλέθρος πλείους ἐπενεμήθη ψυχὰς) ἔστησε φόνον.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(49) Πράττεσθαι. Recte, pro eo quod noster habet πραττεύεσθαι.

(50) Ἀκροατήν. Optime ; noster mendose ἀκροατάς. De uno enim Sergio sermo hic est, tanquam qui multos ex præstantioribus doctoribus audiverit.

(51) Σχῖσαι. Recte pro σχίσθαι, quod in nostro legitur.

(52) Κοινήν. Ita restitui ex nostro, pro κοινῇ, quod habebat Coislinianus.

(53) Καίρια, id est, *præcipuæ*, *palmariæ*. Sic rhetoribus καίρια vocantur ea argumenta, quæ rem conficiunt. Vide Longinum Περὶ Ὕψους, sect. 10, 1. Confer Claud. Salmasium, *Ad Simplicium*, p. 4.

(54) Συνημμένους. Optime pro συνηγμένους, quod noster legebat. Prius proprie conjunctos animo, posterius loco junctos denotat.

(55) Προσφάτως. Recte Coislinianus : noster προσφάτους, eodem quidem sensu, sed minus eleganter, cum adverbium hic magis quadret, quam participium.

(56) Ὡς. Recte, pro quo mendose in nostro εἰ.

(57) Ὄλεθρον. Noster θάνατον legite odem sensu.

1. Postquam, vir inter sanctos dilectissime, homines a Manete instar surculorum recens orti, disputationes ingressi sunt, sententias suas ut pudendas prodiderunt. Olim illi versati frequenter sunt cum Nicephoro, hactenus quidem a nomine illo re ipsa nondum cognito. Nam ne fidem quidem amplexus is est, quæ mundum vicit: sed potius in apostasiæ reliquiis occupatus, nomen inde suum nactus est: *Berzelis* enim appellabatur. Quoniam

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(77) Ἐπιδείξωμεν. Sic scribere jubet orationis series. Ms. habet ἐπιδείξομεν.

(78) Ἀποστρέψει. Sic rescribendum putavi pro ἐπιστρέψει, quod ms. exhibet. Ratio in promptu est.

(79) Ἀποστήσει. Ita lego pro ἀποστῆσαι, quod codex habet. Posterius hoc non invenit in orationis serie verbum, a quo regatur.

(80) Ἀρσενίῳ. Arsenii hujus alibi mentionem fieri non memini. Nomen hoc alioquin pluribus viris, in vetere Ecclesia celebratis, commune fuit. Inter cæteros eminet Arsenius abbas, cujus dicta et res memorantur in *Apophthegmatibus Patrum*, apud Cotelerium, tom. I *Monumentorum Ecclesiæ Græcæ*, p. 367. Hujus quanta fuerit existimatio ex ejusdem Cotelerii Notis, p. 799, harum rerum cupidus intelliget. Is autem vixit Theodosii imperatoris temporibus, Arcadii et Honorii, principum, præceptor, atque adeo Nostrum hunc aliquot sæculis antevertit.

(81) Νικηφόρῳ. Hic itaque Photii tempore inter Paulicianos eminuit, et, more his hominibus recepto, nomen suum cum altero illo Berzelidis permutavit. Metonomasias hujusmodi exempla in libro I lector inveniet. Subinnuit vero hic Photius, recte nomen illud abjectum fuisse, cujus scilicet mensuram non impleverit, vincendo mundo minime omnium accommodatus.

(82) Λόγους ἐκείνους. Respicit Photius binos sermones superiores, quos, contra Manichæos publice habitos, litteris consignaverat, sed temporum calamitate ipse amiserat. Eos ipsum velle res ipsa evincit. Qui enim hanc scriptionem cum superioribus illis comparaverit, intelliget eam istorum compendium sistere, quemadmodum et ipsa illa capita, quæ statim commemorat Photius, in istis duobus sermonibus pertractantur. Hinc inde tamen novum argumentum reliquis accedit, et ut plurimum etiam eadem argumenta nova quadam ratione tractantur et ornantur. Euthymio hic postremus libellus vel cognitus non fuit, vel talis habitus, cujus excerptis carere posset. Neque enim in Panoplia ejus, ubi tres priores libelli excerpuntur, postremi hujus vestigia inveneris. Cæterum, quoniam horum libellorum mentionem commemorationi Nicephori istius jungit, vero simile fit, cum istis scribendis occasionem suppeditasse.

ligitur sermones illos, scripto comprehensos, desiderasti, rapina vero librorum, etiam illorum irreparabilem jacturam attulit, neque ad manus nunc est ista commentatio ; tibi vero illis, quæ ista continentur, cum maxime opus est; scias ea omnia, quæ ex evangelicis et apostolicis oraculis germina novi illius Manichæorum surculi cum radicibus evellunt (nam illa sane præ cæteris omnibus inevitabilem, qua exscindantur, falcem immittunt), hæc, ut summatim dicam, evincere, quod gratia Mosaicæ de creato mundo narrationi consonet, nec minus ea omnia, quibus nunc ratio et instituta Deum cognoscendi continentur et diriguntur : imo et quod idem corpoream et visibilem creaturam ex non exsistentibus verbo creaverit, qui intelligibilem et invisibilem pro simili sapientiæ copia produxit. Præterea vero, quod corpus humanum æque ac anima ab eadem providentia benefica et hominum amante profectum sit; quodque insuper illi, qui in veteri œconomia inclaruerunt, Deum verum et bonum coluerunt, et malitiæ se opposuerunt. Atque ista quidem, quoad per vires licuerit, difficultasque temporum permiserit, commentationi nostræ destinantes, quibus ipsis etiam, puto, desiderium tuum absolvitur, sanctitati tuæ nunc mittimus. Quod si sperata inveneris, id quidem precibus tuis et orationi in fide factæ tribuendum fuerit. Si vero inveneris, quod non exspectasses, id perpetuæ invaletudini, qua cum corpusculum meum conflictatur, et temporum difficultati acceptum feres. Si quando fortasse divina providentia ad peccata nostra conniveat, rebusque nostris benignius consulat, hominumque iram non promeritam in mansuetudinem convertat, atque sic id, quod initio petiisti, ad manus tuas perveniat ; non miraberis, ista relegens, si pleraque eorum, quæ ibi exstant, hic comprehensa inveneris. Sed nec miraberis vicissim, si illa non adsint. Nam oblivio sæpe in ea dominatur, quæ et præstabat et necesse erat scire, in primis ubi conflictum cum rebus præsentibus infert. Simul vero nec illud, velim, prætermittas; quod non aliam novamque commentationem in medium afferre constitutum sit, sed tantum in hac rerum inopia aliquid in solatium jacturæ prioris et oblivionis medelam nobis et amicis hoc qualecunque suggerere.

II. Initium aciei nostræ, contra adversarios instruendæ, ipsa Domini opera et verba sunt. Neque enim nos aliunde possumus pugnare felicius, neque hostibus quidquam, quam inde nos oppugnare, magis obvium est, neque iisdem ulla alia, quam

γραφὴν ἀναληφθέντας ἐπεζήτησας, ἡ δ' ἁρπαγὴ τῶν βιβλίων (83) κἀκείνοις ὑπερόριον ζημίαν ἐπέβαλε, καὶ οὐ πάρεστι τὸ συνταγματιον· τῶν δὲ ἐν αὐτῷ κατάτεταγμένων προηγουμένη σε χρεία κατέχει· ὅσα διὰ τῶν εὐαγγελικῶν καὶ ἀποστολικῶν ῥημάτων τῆς Μανιχαϊκῆς ἀποσπάδος πρόῤῥιζον τὴν βλάστην ἐκτέμνει (καὶ γὰρ καὶ ταῦτα κατ' αὐτῶν ἐστι μᾶλλον τῶν ἄλλων ἄφυκτον τὸ τῆς ἐκτομῆς ἐπαφιέντα δρέπανον), τάδε, ὡς ἐν κεφαλαίῳ φάναι, ἐπιδείκνυσι, ὡς ἡ χάρις τῇ Μωσαϊκῇ κοσμογενείᾳ συμφθέγγεται, καὶ ὅσοις ἄλλοις ἄρτι πολιτεία Θεὸν γινώσκειν καθισταμένη παιδαγωγεῖται καὶ κατευθύνεται. Ναὶ δὴ καὶ ὅτι τὴν σωματικὴν καὶ ὁρατὴν κτίσιν ἐκεῖνός ἐστιν ὁ ἐκ μὴ ὄντων λόγῳ ὑποστησάμενος, ὃς καὶ τὴν νοεράν τε καὶ ἀόρατον παραπλησίῳ σοφίας πλούτῳ παρήγαγεν. Ἀλλ' ὅτι καὶ τὸ ἀνθρώπινον σῶμα τῆς αὐτῆς ἐστι φιλανθρώπου καὶ ἀγαθουργοῦ πρὸνοίας, ὥσπερ καὶ ἡ ψυχὴ φιλοτέχνημα, καὶ ὡς οἱ τῇ νομικῇ πολιτείᾳ διαπρέψαντες Θεόν τε τὸν ἀληθῆ καὶ ἀγαθὸν ἐθεράπευον, καὶ κατὰ τῆς πονηρίας παρετάττοντο. Ταῦτα δὴ, ταῦτα, καθόσον οἷόν τέ ἐστιν ἡμῖν, καὶ ἡ τοῦ καιροῦ συγχωρεῖ βαρύτης, καθυποβάλλοντες ἐκδοσει (ἐν τοῦτοις γὰρ, οἶμαι, περιγράφεταί σου καὶ τὸ αἴτημα), τῇ σῇ διεπεμψάμεθα ὁσιότητι. Καὶ εἰ μὲν εὕροις, ὡς ἤλπισας, τῆς σῆς ἂν εὐχῆς εἴη, καὶ τῆς κατὰ τὴν πίστιν αἰτήσεως ἡ ἐνέργεια. Εἰ δὲ τὰς ἐλπίδας ἐκνικήσει τὸ ἀδόκητον, τοῦτο δὴ ταῖς τε συνεχέσιν ἀῤῥωστίαις, αἷς οὐ λήγει παρενοχλοῦν ἡμῶν τὸ σωμάτιον, καὶ τῇ τοῦ καιροῦ λογίζου χαλεπότητι. Ἂν δήποτε τῆς θείας ἐπισκοπῆς παρορώσης μὲν οἷς ἁμαρτάνομεν, εὐμενέστερον δὲ διατιθεμένης τὰ ἡμέτερα, καὶ τὴν ἀνθρωπίνην καὶ ἀναίτιον ὀργὴν διαλυούσης εἰς πραότητα, τὸ κατ' ἀρχὰς αἰτηθὲν (84) ταῖς σαῖς χερσὶ περιενεχθείη, μηδὲν θαυμάσῃς ἀναλεγόμενος, εἰ (85) τὰ πλείω τῶν ἐν αὐτῷ κάνταῦθα συμπεριείληπται, ἀλλὰ τοὐναντίον εἰ μὴ παρεῖται. Λήθη γὰρ πολλάκις καὶ τῶν ἄμεινον εἰδέναι καὶ τῶν ἀναγκαίων ἐπεκράτησε, μάλιστά γε συμμαχίαν τὴν ἐκ τῶν παρόντων εἰ συνεπάγοιτο. Ἅμα δὲ μηδὲ ἐκεῖνο δίδου παρορᾶν, ὅτι μὴ προάγειν ἄλλην πραγματείαν, ἀλλ', ὡς ἐν ἀπόροις, τῆς ἐστερουμένης παραμύθιον καὶ λήθης φάρμακον ἑαυτοῖς καὶ φίλοις ἀντεισάγοντες.

Β'. Ἀρχὴ δὲ ἡμῖν τῆς κατὰ τῶν ἀντιπάλων παρατάξεως, αὐτὰ τὰ Δεσποτικὰ ἔργα καὶ ῥήματα. Οὔτε γὰρ ἡμῖν ἀλλαχόθεν στρατηγεῖσθαι βέλτιον, οὔτε τοῖς πολεμίοις βάλλειν εὐστοχώτερον, ἀλλ' οὐδὲ ἐκείνους πίπτειν φοβερώτερον ἢ ἀθλιώτερον. Ὅρα γοῦν

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(83) Ἁρπαγὴ τῶν βιβλίων. Quando illa Photio acciderit, difficulter forte conjectura assequaris. Constat quidem Photium sede sua patriarchali his pulsum esse, ceu diligenter exponit Martinus Hanckius, *De Byzantinarum rerum Scriptoribus*, part. I, c.18.Cum alterutra hac calamitate librorum jacturam conjunctam fuisse crediderim, et fortasse cum posteriore, in qua, nunquam pristinæ sorti restitutus, obiit, in quadam urbe Armeniorum, quam regionem Paulicianis abundasse liber I docet.

(84) Αἰτηθέν. Petierat scilicet Arsenius priorem illam Photii commentationem, duobus libris comprehensam.

(85) Εἰ. Ita scripsi pro εἰς.

ὅπως ἐξ αὐτῆς συμβολῆς ὁ βασιλεὺς τῶν ὅλων, καὶ Σωτὴρ ἡμῶν καὶ στρατηγὸς τὸν χάρακα τῶν ἐχθρῶν ἐξ αὐτῶν κρηπίδων ἀνασπᾷ καὶ καταστρέφει, καὶ συγχεῖ τὸ φρόνημα, καὶ διασκεδάζει τὸ θράσος τῶν ἀποστατῶν. Τί βουλεύων καὶ τίνα τέχνην κινῶν, οὐδὲν μεμηχανημένον, οὐδὲ δι' ἀγώνων καὶ καμάτων προϊὸν, ἀλλ' ἅμα τε φωνὴν ἀφῆσι μόνον, καὶ πάντα τὰ τῶν πολεμίων ἠφάνισται. Πᾶσα γὰρ, φησὶ, βασιλεία μερισθεῖσα καθ' ἑαυτῆς ἐρημοῦται, καὶ πᾶσα πόλις ἢ οἰκία μερισθεῖσα καθ' ἑαυτῆς οὐ σταθήσεται. Ὁρᾷς, ὅπως ὁ φθόγγος ἠχήσας μόνον τῆς σάλπιγγος τῆς βασιλικῆς, τὸ χαράκωμα τῶν ἐχθρῶν διέφθειρέ τε καὶ ἐξερήμωσε. Καὶ τί λέγω χαράκωμα; ἀλλὰ καὶ τὴν πόλιν, καὶ αὐτὸ τῆς ἀποστασίας, ὅπερ ταῖς αὐτῶν δυσσεβεστάταις καὶ πεπλανημέναις ἐπινοίαις ἀνεπλάσαντο τε καὶ ὠχύρουν βασίλειον. Εἰ γὰρ βασιλεία μεριζομένη ἐφ' ἑαυτῆς οὐχ ὑφίσταται, ἀλλ' αὐτὴ περὶ αὐτὴν θᾶττόν τε καταῤῥεῖ καὶ ἀφανίζεται, ἡ δὲ δημιουργὸς τῶν ὅλων ἀρχὴ καὶ βασιλεία δι' αἰῶνος μένει, ὡς ἂν οὐδ' αὐτὸ τὸ τῆς ἀποστασίας ἀποθρασυνθεὶη ἐξαρνήσασθαι. Οὐδὲ γὰρ οὐδὲ μέχρι νῦν ὁ πάντα νεωτερίζων χρόνος οὐδένα παρέδειξεν εἰς τοιαύτην λύσσαν ἐκλυσσήσαντα. Εἰ οὖν ἡ τοῦ Ἀγαθοῦ ἀρχὴ, ὡς πᾶσιν ἐπίδηλον, κρείττων πάσης διαλύσεως, πῶς οὐ μᾶλλον ἐπιδηλότερον, ὡς αἷς αὐτοὶ τὸ ὁλόκληρον αὐτῆς ταῖς τόλμαις διασπαράσσοντες πονηρὰν ἀρχὴν σκηνοποιοῦσιν καὶ παραπηγνύουσι, τὴν μὲν τοῦ κοινοῦ καὶ ἀγαθοῦ Δεσπότου βασιλείαν προπηλακίζειν μανίαν εἵλοντο, ἣν δὲ ἀνταναιστῶσιν, ἅμα τε πλάττουσι καὶ ἅμα λύουσιν; Ἀμερίστου γὰρ τῆς τοῦ Ἀγαθοῦ βασιλείας συντηρουμένης (ὁδὸς γὰρ ὁ μερισμὸς εἰς διάλυσιν), ὅτι τε τὸ (86) ἄλυτον τὸν μερισμὸν ἀποπέμπεται, καὶ πρό γε τῆς ἐπιβολῆς ταύτης ὁ Δεσπότης ἀνεῖπε τὸ μεριζόμενον διαλύσεσθαι. Καὶ ἡ κτίσις τοσούτοις αἰῶσιν ἐξ αὐτῆς παραγωγῆς κατά γε τὴν ὁλοκληρίαν κρατεῖν τῆς λύσεως ἐκληρώσατο. Ὁρᾶται δὲ περιφανῶς καὶ τοῖς οὐρανίοις ἀλληλουχούμενά τε καὶ συνεχόμενα τὰ ἐπίγεια, τά τε νοερὰ καὶ νοητὰ τῶν σωματικῶν καὶ ταῖς αἰσθήσεσι κρινομένων διὰ τῆς ἀδιαδόχου προνοίας οὐ διιστάμενα, ἀλλὰ καὶ περιφανεστάτην φέροντα τὴν συνάφειαν. Οὐ μὴν ἀλλά γε καὶ αὐτὸ λογικὸν ζῶον ὁ ἄνθρωπος ἐξ ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων μερῶν ἡρμοσμένος συνέστηκεν. Εἰ οὖν ἡ τοῦ ἀγαθοῦ Θεοῦ δημιουργία τε καὶ βασιλεία τομὴν καὶ μερισμὸν οὐκ ἐπιδέχεται, ἣν δὲ αὐτοὶ ἀνακλάττουσι, μερίδα τινὰ τῆς ὅλης δημιουργίας τῇ γλώσσῃ ἀποσπαράξαντες, τοῖς τῆς ἀποστασίας προάγουσι ῥήμασι καὶ Ἐχθρὸν ἐν αὐτῇ βασιλεύειν καθιδρύουσι· πῶς αὐτὴ καθ' ἑαυτὴν δέξοιτο στάσιν αὐτῇ; πῶς δ' ἂν ὑποσταίη, αὐτὴν τὴν γένεσιν ἐκ μερισμοῦ καὶ λύσεως λαβοῦσα, καὶ τομῆς καὶ διαιρέσεως, ἃ καὶ τὸ ὁλόκληρον εἰς φθορὰν καταστρέφει, προελθοῦσα καὶ ἀποῤῥυεῖσα, εἰ καὶ μὴ δυσφημούσης γλώσσης ὑπῆρχεν ἀνάπλασμα; Πῶς δ' οὐχ ὥσπερ ἡ τοῦ Ἀγα-

A hinc accepta clades, luctuosior aut gravior esse potest. Vide igitur, quomodo sub ipsam congressionem rex universi, et Servator noster, et dux belli vallum hostium ab ipsis fundamentis convellat et evertat, eorum molitiones confundat, et audaciam apostatarum dissipet. Quid meditetur, quidve moliatur, non longa arte quæritur, nec a contentione aut labore procedit, sed vix vocem emittit, et omnes hostium molitiones difflantur. *Omne enim*, inquit, *regnum, contra se ipsum divisum desolatur, et omnis urbs aut domus contra se divisa non consistet* [81]. Videsne, quomodo sonus buccinæ Dominicæ vix auditus vallum hostium everterit et destruxerit? Et quid dico vallum? imo et urbem, et regiam, quam apostatæ impiis suis B et errorum plenissimis ratiociniis exstruxerunt et muniverunt. Si enim regnum, in se ipsum divisum, non consistit, sed ipsum per se citius diffluit et disturbatur, imperium certe Creatoris et regnum in æternum manet, quod nec apostatæ ipsi negare ausint. Neque enim hucdum tempus, omnia innovans, quemquam exhibuit, eo insaniæ provectum. Si igitur boni Dei imperium, ceu omnibus constat, omni dissolutione superius est, nonne multo magis manifestum est, quod, quibus illi institutis, integritatem ejus turbantes, malum principium effabricant, et a latere exstruunt, iisdem regnum quidem communis et boni Domini averruncandi insanum consilium ceperunt, simul vero id, quod ex adverso erigunt, et struunt, et solvunt. C Dum enim boni principii regnum indivisum manet (namque divisio viam ad dissolutionem pandit), quia indissolubile divisionem omnem aversatur, Dominus noster etiam ante hanc incursionem prædixit fore ut divisum dissolvatur. Imo et creaturæ ipsi, tam multis sæculis, inde ab ipsa productione, pro integritate sua, solutione ejusmodi superiori esse licuit. Manifestum vero est terrestria cœlestibus arctissime juncta esse, et in eadem compage contineri, nec ea, quæ mente ac cogitatione investigantur, a corporeis sensuique subjectis rebus per continuam providentiam sejungi, sed eximiam connexionem præ se ferre. Et quod magis valet, ipsum illud animal rationale, homo, ex visibilibus et invisibilibus rebus compactus, D consistit. Si igitur boni Dei imperium et regnum divisionem et separationem non admittit, id vero, quod ipsi inferunt, partem scilicet quamdam totius administrationis lingua sua subtrahentes, verbis apostaticis producunt, et hostem ejus regem constituunt; quomodo illa pars per se discordiam sibi conciliabit? quomodo vero consistet, quæ ortum suum ex divisione et dissolutione habeat, quæque separatione et sejunctione, per quas substantia integra perditur, provenit primum et defluxit? Sane

[81] Matth., XII, 25.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(86) Τό. Ita lego pro τὸν, quod est in manuscripto.

vel hoc evincit totum linguæ infamis figmentum esse. Quomodo vero non eodem modo, quo Boni principium tanquam indissolubile consistit, et, quo longius progreditur, tum constans est, tum in melius proficit: quomodo non, inquam, eodem modo principium illud quod, amentia hominum, in Deum injuriorum, invehit, siquidem non in nudis hominum calumniantum labiis exsistit, citius, quam ortum est, corrumpetur, et amasios suos risui ac ludibrio exponens peribit? Ita enim pœnam quasi repetit ab eis commentitiæ inaugurationis, per quam ipsi illi vano vel potius impio et improbissimo conatu reginæ nomen, quod nec ancillæ locum tuebatur, vindicarunt. Adeo omnipotens et militaris cæterisque omnibus dominus potestas copias hostium evertere, adeo spoliare hostes valet. Adeo ostendit ipsa illa tyrannide præliatores et satellites ejus ac quoscumque habet propugnatores vel uno verbo debellandi et ludibrio omnium exponendi potestate insuperabili pollere. Itaque defectores illos, propugnacula sua confestim diruta, et nec sonum regiæ buccinæ sustinentia videntes, neque imperio, quod novitatis cupidi sibi ipsis finxerunt, omnibus jam ad interitum spectantibus, militare amplius decebat, neque, sublata tyrannide, ad tyrannum se convertere, sed potius, cognito communi omnium Domino, imperio ejus se submittere, factaque vera conversione pœnitentiam seriam testantes confiteri, se manuum ejus opus esse et creaturam, ac ab ejusdem providentia et benignitate regi et gubernari: vicissim vero fas erat, odisse eosdem et aversari hostem maximum, eidemque nullis suis in vita actionibus potestatem imo nec excursum in se permittere.

A θοῦ ἀρχὴ τῷ ἀδιαλύτῳ συνέχεται, καὶ προϊοῦσα μᾶλλόν τε διαμένει καὶ μεταβάλλει προκόπτουσα πρὸς τὸ ἄμεινον· οὕτως καὶ ἦν καινίζει τῶν θεοβλαβῶν ἡ ἀπόνοια, οὐχὶ τὴν ὕπαρξιν ἐν αὐτοῖς μόνοις τοῖς βλασφήμοις ὀνειροπολήσασα χείλεσι, θᾶττόν τε ἢ προῆλθεν εἰς ἀφανισμὸν καταδύσεται, καὶ γέλωτα καὶ χλεύην τοὺς ἐραστὰς καταλιποῦσα οἰχήσεται, δίκην ὥσπερ ταύτην αὐτοὺς ἀντεισπράττουσα τῆς συμπεπλασμένης καὶ ἀνυποστάτου ἀναῤῥήσεως. δι' ἧς μάτην αὐτῇ, μᾶλλον δὲ δυσσεβῶς καὶ ἀθέως, τὸ τῆς βασιλείας (87) ὄνομα, οὐδὲ θεραπαινίδος ἐχούσῃ χώραν, περιέθεντο. Οὕτω καταστρέφειν στρατόπεδον τῶν ἐχθρῶν ἡ παντοκρατορικὴ καὶ στρατηγὸς οἶδε καὶ τῶν ἄλλων κατεξουσιάζουσα ἀρχή· οὕτως σκυλεύειν τοὺς ὑπασπιστὰς καὶ δορυφόρους, καὶ ὧν B ἐκείνη ἀγώνισμα, στηλιτεύειν τε καὶ παραδειγματίζειν, καὶ ταῦτα διὰ μιᾶς φωνῆς τὸ κράτος ἅμαχον ἐπιδείκνυσιν. Ἔδει μὲν οὖν τοὺς ἀποστάτας αὐτοδοεὶ καθορῶντας αὐτὰ ἀνατραπέντα, καὶ μηδὲ πρὸς τὸν ἦχον ἀντισχόντα τῆς σάλπιγγος τῆς βασιλικῆς, μήτε αὐτὰ μήτε τὴν βασιλειαν, ἣν πρὸς νεωτερισμὸν ἰδόντες ἑαυτοῖς ἀνετυπώσαντο, ἀλλὰ πάντων αὐτοῖς εἰς ἐρήμωσιν περιεστηκότων, μηκέτι προσφιλονεικεῖν, μηδὲ τῆς τυραννίδος ἀφανισθείσης πρὸς τὸν τύραννον ἐπιστρέφεσθαι, ἀλλὰ τὸν κοινὸν Δεσπότην ἐπιγνόντας προσδραμεῖν αὐτοῦ τῇ βασιλείᾳ καὶ δι' ἐπιστροφῆς γνησίας καὶ θερμῆς μετανοίας ἀνομολογῆσαι μὲν ἑαυτοὺς τῆς αὐτοῦ χειρὸς εἶναι, καὶ πλάσμα καὶ δημιούργημα, διακυβερνᾶσθαι δὲ καὶ διεξάγεσθαι τῇ αὐτοῦ προνοίᾳ, καὶ φιλανθρωπίᾳ· μισῆσαι C δὲ καὶ ἀποστραφῆναι τέλεον τὸν Ἐχθρὸν, ὡς μηδὲν οἷς πράττουσι κατὰ τὸν βίον μηδεμίαν αὐτῷ καταλιπεῖν ἐξουσίαν, ἀλλὰ μηδὲ πάροδον.

III. Quod si vero profundæ defectionis tenebræ ipsorum sensus adeo hebetaverunt, ut, ne destructo quidem ac debellato hoc imperio, evigilantes ex sopore detrectare valeant, sed sub eo magis, quam optimi Dei regno, contineri malint, age, ostendamus regem universalem non in eo vindictam suam ab illis qui regnum suum inficiantur, sumendam sistere, ut principem eorum evertat, deleat, et spoliet; sed iisdem, post probatam multam longanimitatem et patientiam, emendari nesciis interitum immittere. Fortasse istum sibi imminere videntes, sensu quodam facinoris sui capientur, nec amplius cogitabunt, vel dicent, nolle se ut sibi dominetur, aut corporibus suis reliquisque visibilibus creaturis Dominus et Rex universi imperet. Vide enim, quam graviter et severe is, qui natura sua hominum amans est, contra illos sententiam ferat. *Hostes meos*, inquit ille, *qui noluerunt me super se regnare, adducite huc, et mactate coram me* [83]. Quid ais? stupesne hanc sententiam? fugisne cædem illam?

Γ'. Εἰ δ' ὁ βαθὺς αὐτῶν ἐπικρατήσας τῆς ἀποστασίας σκότος οὕτως αὐτῶν ἠμαύρωσε τὰ νοήματα, ὡς καὶ τῆς τυραννίδος ἤδη λελυμένης τε καὶ ἠφανισμένης μηδ' οὕτως αὐτὴν ἀνανήφουσιν ἐξομόσασθαι, ἀλλ' ὑπ' ἐκείνην μᾶλλον ἢ τὴν τοῦ Ἀγαθοῦ βασιλείαν νεανιεύονται τάττεσθαι, φέρε, δείξωμεν, τὸν Βασιλέα τῶν ὅλων ὅπως ἀρνουμένους αὐτοῦ τὴν βασιλείαν οὐ μέχρι τοῦ καταστρέψαι τὴν ἀρχὴν αὐτῶν καὶ ἐξαφανίσαι καὶ σκυλεῦσαι τούτους τὴν δίκην ἵστησιν, ἀλλὰ μετὰ τὴν πολλὴν μακροθυμίαν D καὶ ἀνοχὴν ἀνιάτως ἔχουσι, τὴν σφαγὴν ἐπαφίησιν. Ἴσως κἂν γοῦν ταύτην αὐτοῖς ὁρῶντες ἐπιφερομένην, συναισθησίν τινα τοῦ τολμήματος λάβωσι καὶ μηκέτι μήτε διανοηθεῖεν, μήτε λέγοιεν, μὴ θέλειν ἐπ' αὐτοὺς βασιλεύειν, μηδ' ἄρχειν αὐτῶν τῶν σωμάτων, μηδὲ τῆς ἄλλης ὁρατῆς κτίσεως τὸν Δημιουργὸν καὶ Βασιλέα τοῦ παντός. Ὅρα γὰρ μεθ' ὅσης τῆς ἀποτομίας καὶ σφοδρότητος τὴν τιμωρὸν ἐπάγει ψῆφον κατ' αὐτῶν ὁ φύσει φιλάνθρωπος· Τοὺς ἐχθρούς μου, φησὶν ἐκεῖνος, τοὺς μὴ θελήσαντάς με

[83] Luc. XIX, 27.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(87) Τῆς βασιλείας. Legendum puto βασιλίδος, quæ vox magis convenit sequenti θεραπαινίδος.

βασιλεῦσαι ἐπ' αὐτοὺς, ἀγάγετε ὧδε, καὶ κατασφάξατε ἔμπροσθέν μου. Τί λέγεις; φρίττεις τὴν ψῆφον, καὶ φεύγεις τὴν σφαγήν; καὶ τοῦ διχάζειν ἀφίστασαι τὴν βασιλείαν τοῦ ἀγαθοῦ Θεοῦ; καὶ πρὸς ἐπιστροφὴν ὁρᾷς, ἐφ' ᾧ τὴν Δεσποτικὴν ἀρχὴν ὁλόκληρον μὲν ὁμολογεῖν, καὶ τῶν σωμάτων δὲ καὶ τῆς ψυχῆς ἀναφέρεσθαι τὴν κυριότητα εἰς αὐτήν; ἢ μέχρι τοῦ παθεῖν, ἃ παθεῖν ἀθλιώτατον, καὶ οὗ μὴ ἔστι μηδὲ ῥήματι δηλῶσαι χαλεπώτερον, φιλονεικεῖς; Καὶ γὰρ οὐδ' ἀποκτείνει μόνον, οὐδὲ τῆς παρούσης ἀπάγει ζωῆς, ἀλλὰ μετὰ τὸ ἀποκτιννύναι ἐν ἀτελευτήτῳ καὶ ἀδιαδόχῳ γεέννῃ πυρὸς, καὶ τὴν ψυχὴν καὶ τὸ σῶμα τιμωρεῖσθαι παραπέμπει. Ἀλλὰ γὰρ ἐγώ σοι καὶ ἕτερα πλείονα, εἴτε βέλη βούλει τιτρώσκοντα καὶ ἐξαφανίζοντα πολυτρόπως τε καὶ πολυμερῶς ἔτι τόσον ἀσεβὲς φρόνημα, εἴτε σωτήρια φάρμακα τῆς νόσου καὶ ἰάματα ἐκ τῆς αὐτῆς φιλανθρώπου καὶ παντοκρατορικῆς γλώσσης λαβὼν, ἂν ἄρα σοι τῆς ὑγείας ἔρως, ἀντὶ τοῦ κατακεῖσθαι τετραυματισμένῳ, περιγέγονε, προοίσω, καὶ πρὸς τὴν ἀπαλλαγὴν συναγωνίσομαι τοῦ νοσήματος.

desistisne a dividendo imperio Dei Optimi? Convertisne te ad pœnitentiam, ut imperium Domini plenarium confitearis, et ad idem tum corporum tum animæ dominium transferas? an potius pugnare contra illud amas, usque dum ea perpetiaris, quæ perpeti tristissimum est, et quibus graviora verbis exprimi non possunt? Namque non occidit solum, et ex præsenti vita tollit, sed postquam interemerit, te in perpetuam nec finiendam unquam gehennam ignis, anima et corpore puniendum, ablegat. Enimvero et alia tibi plura, sive tela mavis, impiam hanc sententiam variis modis conficientia et confodientia, sive salutaria contra morbum medicamina ex verbo oris omnipotentis et hominum amantis desumpta afferam, et ad propulsandum morbum studium conferam, si forte sanitati restitui potius, quam ex vulneribus perpetuo decumbere cupias.

Δ'. Ἐκήρυσσε τὸν Χριστὸν ὁ Ἰωάννης μήπω τῆς χάριτος μετασχὼν, ἀλλ' ἔτι τῷ νόμῳ παιδαγωγούμενος. Ἐκήρυσσε δὲ θεολογῶν μὲν αὐτὸν, οἷς τοῦ κόσμου τὴν ἁμαρτίαν αἴρειν ἅπασι διεμαρτύρατο, καὶ οἷς αὐτὸν Υἱὸν Θεοῦ καὶ ἐν πυρὶ καὶ ἐν ἁγίῳ βαπτίζοντα Πνεύματι, τουτέστι τῇ ἐμπύρῳ καὶ πρηστηρίῳ (88) τοῦ Πνεύματος δυνάμει τὴν καταπεσοῦσαν ἡμῶν φύσιν ἀναχωνεύοντά τε καὶ ἀνακαινίζοντα ἐλευθέρᾳ φωνῇ ἀνεδίδασκεν. Ἐκήρυσσε δὲ καὶ τὸν Πατέρα, θεολογῶν τε αὐτὸν, καὶ ἐκ τῶν λίθων ἐγεῖραι τέκνα τῷ Ἀβραὰμ τὴν ἰσχὺν ἀκώλυτον ἔχοντα. Καὶ τὸ Πνεῦμα δὲ, οἷς τε ἐξ οὐρανοῦ προελθεῖν ἐθεάσατο, καὶ οἷς ἐπὶ τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ τὸν μονογενῆ ἐπεφοίτησέ τε, καὶ ὡς ὁμοουσίῳ προσέμενε, καὶ τό γε θεολογικώτερον, οἷς κοινωνὸν αὐτὸ τῆς ἐργασίας ἀνομολογεῖ (89), δι' ἧς ἡ σωτηρία τοῦ κόσμου ἐπαῤῥησιάζετο. Καὶ γὰρ κοινὴν αὐτοῖς τὴν τῶν ἀνθρώπων σωτηρίαν ἀνατίθησιν· εἴπερ ὁ μὲν αἴρει τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, αὗτη δὲ τῷ παναγίῳ Πνεύματι καθαίρεταί τε καὶ ἀποσμήχεται. Καὶ γὰρ λαμπρῶς ἀνακέκραγεν, ὡς ὁ κόσμος, τῆς ἁμαρτίας τὴν ἐλευθερίαν δεχόμενος, καὶ τῆς σωτηρίας ἀξιούμενος, τῷ παναγίῳ Πνεύματι εἶτα καὶ πυρὶ βαπτιζόμενος, δι' οὗ τὴν πυρφόρον καὶ δραστικὴν καὶ καθάρσιον τοῦ Πνεύματος ἰσχὺν ἔστιν ἐκμανθάνειν, τῆς τηλικαύτης εὐεργεσίας ἀπολαύουσιν. Ὧν δὲ τὸ ἔργον κοινὸν καὶ ἀμέριστον, καὶ τότε κόσμου ἀνακαινισμὸς καὶ ἀνάπλασις, πῶς οὐχ ἡ αὐτὴ μὲν τούτοις φύσις, ἡ αὐτὴ δὲ ἰσχὺς, ἡ αὐτὴ δὲ φιλανθρωπία καὶ πρόνοια; Οὕτω γοῦν ἐξ αὐτῆς

IV. Prædicavit Christum Joannes, fœderis gratiæ nondum particeps, sed secundum legem adhuc ductus. Prædicavit autem eum, et Deum professus est iis locis omnibus, quibus testatus est eum peccata mundi tollere, et quibus ipsum Dei Filium igne et Spiritu sancto baptizantem, id est, ignea et fulminea Spiritus virtute naturam nostram depressam excitantem et renovantem libera voce demonstrat. Prædicavit vero et Patrem, eumque, ut Deum, indubiam potestatem etiam ex lapidibus Abrahamo filios procreandi habere professus est. Prædicavit vero etiam Spiritum sanctum, quando eum ex cœlis prodiisse, et in Filium Dei unigenitum descendisse, et super eo tanquam ejusdem essentiæ consedisse videt, imo, quod magis Deum infert, quando eum ut participem operis celebrat, in quo salus mundi se conspiciendam præbuit. Namque utrique causam salutis hominum acceptam fert. Alter enim tollit peccatum mundi, hoc autem per Spiritum sanctissimum mundatur et abstergitur. Clare enim clamavit, quod mundus, a peccato liberatus, et salute dignus habitus, tum vero Spiritu sancto ac poseta igne baptizatus, per quem vim Spiritus sancti igneam, efficacem et expiatoriam intelligere licet, tanto beneficio fruatur. Quorum vero opus commune est et indivisum, quod mundi renovatione et reparatione continetur, quomodo illis non eadem natura, eadem vero etiam potestas, eadem denique humanitas et providentia fuerit? Qui igitur in ipso limine Deum trinum prædicavit, et tremendum ac

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(88) Καὶ πρηστηρίῳ. Varias phraseos, ἐν Πνεύματι καὶ πυρὶ, quæ Matth. III, 11, exstat, explicationes apud Patres inveneris, quarum partem exhibet Jo. Casp. Svicerus, in *Thesauro Ecclesiast.* tom. I, p. 629 seq. Ad nostri Photii illam proxime accedit Cyrillus Alexandrinus lib. III, *Glaphyror.* in Exodum, p. 322, ita scribens: Πυρὶ τῷ νοητῷ τὸν ἐν ἡμῖν δαπανῶντι συρφετὸν, καὶ τὸν ἐξ ἁμαρτίας ἐκτήκοντι βόπον, καὶ ἀποψύχεσθαι πρὸς ἐκτόπους ἡδονὰς οὐκ ἀφιέντι τὸν νοῦν, ἀποτετελέσμεθα δὲ ταύτῃ τοι τῷ πνεύματι ζέοντες· hoc est: *Igne spirituali consumente fœces nostras, et peccati sordes absumente, nec permittente, ut mens inordinatis voluptatibus frigescat, hac autem ratione perfecti sumus facti spiritu ferventes.* Vide quæ paulo post Noster affert plura.

(89) Ἀνομολογεῖ. Ita rescripsi pro ἀνομολογεῖν.

venerandum dogma hoc in introitu concionis suæ proposuit, quod Servator post resurrectionem discipulis suis clarius explicavit, num is aliunde hæc hausisse, et dixisse ac prædicasse tibi videtur, ut vel legem gratiæ contrariam dixerit, vel negarit, eum, qui ex lapidibus Abrahamo semen excitare possit, Servatorem mundi filium suum et dilectum esse, omnibus demonstrasse? Si vero, qui sub lege gratiæ præcones fuerunt, et ipse quoque legislator Deus, qui totum vetus testamentum instituit, Filium proprium Deum Bonum et mundi Servatorem renuntiavit, eumque aqua baptizatum, quomodo non omnia, quæ in lege et gratia sunt, ejusdem providentiæ, curæ et bonitatis opera ac præcepta habenda erunt?

V. Considera vero simul, quibus encomiis Joannem mactet Servator, quando eum divitiis omnibus superiorem, et supra omnem mundi fastum collocatum, in fide præterea firmum, ac in sententiis bonis rectisque tuendis immotum pronuntiat[88]. Ab his ipsum celebrans, vide, quam longe altius virum efferat, neminemque inter genitos ex mulieribus cum eo comparandum, sed palmam omnibus præripientem, sistat. Postea a virtute ita laudatum etiam prophetam et propheta majorem appellat, prophetam quidem, ut ostenderet, prophetarum nomem ejusque usum ejusmodi operibus et prærogativis, quæ bonitatis dona sunt, accommodatum esse. Propheta autem majorem vocat, quod qui æqualem eum illis gratiam nactus est, ut futura prævideret, idem adhuc plus habuit ut scilicet videret eum de quo illi vaticinati sunt et dignus haberetur, qui baptizaret aqua illum, qui mundum igne et Spiritu baptizaturus erat, et a peccatis mundaturus. Num igitur gratia cum lege pugnat? nonne potius magna est inter utramque consensio et affinitas? Quomodo vero, siquidem Joannes ab alio erat principio, gratiæ auctor hæc de eo testatus est, quæ paucis eisque selectis tempore novi testamenti patrata esse constat? Quomodo item, cum boni Patris bonus sit Filius, idemque bonitatis fons, legali et manui et voci, quas apostatæ oppositi principii opus et præceptum dicere audent, immaculatum caput suum submittere, et baptismum per aquam recipere sustineat, o linguam venenum serpentis effundentem! si aqua non sit a bono creatore profecta?

V. Quod vero amplius valet, non commemoro. Id vero tale est, quod nemo sine horrore dicere suscipiat, illis vero, in quibus error hic exsultat, confiendis maxime aptum sit, atque adeo cum maximo fructu et studio a nobis exponendum. Natus enim est boni Patris bonus Filius ex Virginis utero, in mundi salutem, ita ut carnem nostram sibi ex immaculato sanguine formaret, et homo vocaretur. Atque id quidem veteres impietatis pa-

[88] Matth. xi, 7.

A ἐστίας θεολογῶν τὴν Τριάδα, καὶ τὸ τῆς θεολογίας φρικτὸν καὶ σεπτὸν μάθημα ἐν προθύροις τοῦ κηρύγματος ἀπαγγέλλων, ὃ μετὰ τὴν ἀνάστασιν τοῖς μαθηταῖς ὁ Σωτὴρ τηλαυγέστερον παρεδίδου, ἆρά σοι ἄλλοθεν ἐπιπνεῖσθαι ταῦτα καὶ λέγειν καὶ κηρύσσειν δόξειεν, ἢ ὡς νόμος ἀσύμφωνος ὑπάρχει τῇ χάριτι, ἢ ὡς ὁ ἐκ λίθων ἐγείρων τέκνα τῷ Ἀβραὰμ Θεὸς, οὐχ ὁ αὐτὸς Υἱὸν ἑαυτοῦ εἶναι καὶ ἀγαπητὸν, τὸν Σωτῆρα τοῦ κόσμου πᾶσιν ἐτράνωσεν; Εἰ δὲ οἱ ἐν τῷ νόμῳ τῆς χάριτος κήρυκες καὶ ὁ νομοθέτης Θεὸς, ὁ πᾶσαν τὴν Παλαιὰν διαθέμενος, τὸν ἀγαθὸν Θεὸν καὶ Λυτρωτὴν τοῦ κόσμου Υἱὸν ἴδιον ἀνεκήρυξε, καὶ τότε βαπτιζόμενον ἐν τῷ ὕδατι, πῶς εὐχὶ καὶ τὰ ἐν τῷ νόμῳ πάντα καὶ τὰ ἐν τῇ χάριτι τῆς αὐτῆς εἶσι προνοίας καὶ δημιουργίας καὶ ἀγαθότητος ἔργα καὶ
B διατάγματα;

Ε'. Συνεπισκόπει δὲ καὶ ὅσοις τὸν Ἰωάννην ἐγκωμίοις ὁ Σωτὴρ στέφει, κρείττω μὲν ἐπιψηφιζόμενος χρημάτων, πάσης δὲ περιγείου δόξης ὑπεριδρυμένον, στερρὸν δὲ τὴν ἐπὶ τῇ πίστει κρίσιν, καὶ ἁπλῶς τὴν ἐπ' ἀγαθοῖς πᾶσι γνώμην ἀκλόνητον. Τούτοις δὲ αὐτὸν ἀνακηρύξας, ὅρα πῶς ἐπὶ μείζω τὸν ἄνδρα ἐπαίρει, καὶ τῶν ἐν γεννητοῖς γυναικῶν οὐδένα τίθησιν ἐξισούμενον, ἀλλὰ κατὰ πάντων τὸ πρεσβεῖον φέροντα. Εἶτα πρὸς ἀρετὴν αὐτὸν οὕτως ἀνυψώσας καὶ προφήτην ἀποκαλεῖ, καὶ προφήτου περισσότερον· προφήτην μὲν, ἵνα δείξῃ τὸ τῶν προφητῶν ὄνομα καὶ τὴν χρείαν τοιούτοις ἔργοις καὶ ἀξιώμασιν, ἃ τῆς ἀγαθότητός ἐστι δῶρα, προσαρμοζόμενον. Προφήτου
C δὲ περισσότερον, ὅτι τὴν ἴσην ἐκείνοις χάριν λαβὼν τοῦ προορᾷν τὰ ἐσόμενα, πλέον εἵλκυσε τὸ καὶ τὸν προφητευόμενον ἰδεῖν, καὶ τὸ καταξιωθῆναι ὕδατι βαπτίσαι τὸν πυρὶ καὶ Πνεύματι ἁγίῳ τὸν κόσμον βαπτίζοντα, καὶ τῶν ἁμαρτημάτων καθαίροντα. Ἆρα οὖν ἡ χάρις τῷ νόμῳ διαμάχεται; ἢ οὐ πολλή τίς ἐστιν ἐν αὐτοῖς συμφωνία καὶ συνάφεια; Πῶς δ' εἴπερ ἦν ὁ Ἰωάννης ἄλλης ἀρχῆς, ὁ τῆς χάριτος νομοθέτης ταῦτα προσεμαρτύρησεν αὐτῷ, ἃ ὀλίγοις ἔστιν εὑρεῖν, καὶ ταῦτα τοῖς ἐκλεκτοῖς τῶν ἐν τῇ χάριτι κατορθούμενα; Πῶς δ' ἂν ἠνέσχετο, Παῖς
D Ὢν ἀγαθὸς ἀγαθοῦ Πατρὸς, καὶ πηγὴ ἀγαθότητος, τῇ νομικῇ καὶ χειρὶ καὶ φωνῇ, ἃ οἱ ἀποστάται τῆς ἀντικειμένης ἔργον τολμῶσι λέγειν καὶ πρόσταγμα, τὴν ἄχραντον αὐτοῦ κεφαλὴν ὑποκλῖναι, καὶ τὸ ἐξ ὕδατος ὑποστῆναι βάπτισμα (ὦ γλώσσης ἰὸν ἀσπίδος προχεούσης!), οὐκ ὄντος τοῦ ὕδατος τῆς τοῦ Ἀγαθοῦ δημιουργίας;

Ϛ'. Ἀλλὰ γὰρ τί τὸ μεῖζον, οὐ λέγω. Ἔστι δὲ τὸ αὐτὸ τῷ τε λέγοντι χωρὶς φρίκης εἰπεῖν ἀπορώτατον, καὶ καθ' ὧν ἡ πλάνη χορεύει, σφοδρότατόν τε καὶ τιμητικώτατον, καὶ ὅσον ῥηθῆναι χρειωδέστατόν τε καὶ σεβασμιώτερον. Γεγέννηται μὲν γὰρ ὁ τοῦ ἀγαθοῦ Πατρὸς ἀγαθὸς Υἱὸς ἐκ παρθενικῶν λαγόνων διὰ τὴν τοῦ κόσμου σωτηρίαν, καὶ σάρκα τὴν ἡμετέραν ἐκ τῶν ἀχράντων ἑαυτῷ διαπλάσας αἱμάτων ἐχρημάτισεν ἄνθρωπος. Καὶ τοῦτο τοῖς μὲν πάλαι

τῶν ἀσεβῶν παρεγράφετο (90), τοῖς δὲ ἐκεῖθεν φυεῖσιν, οὐκ οἶδ' ὅπως ἔργῳ τὴν ἄρνησιν ἀγαπῶσι, τῆς ἐν λόγοις τιμῆς οὐκ ἐκβάλλεται. Καὶ γὰρ σεμνολογουμένους ἔνεστιν αὐτοὺς ὁρᾷν, οἵς τε τὰς εὐαγγελικὰς Γραφὰς τιμᾷν ἰσχυρίζονται, καὶ οἷς τὸν Ἀπόστολον καὶ θεοφόρον Παῦλον τοῦ οἰκείου φρονήματος δογματιστὴν καὶ διδάσκαλον καταψεύδονται. Σάρκα τοίνυν προσλαβόντος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· (καὶ γὰρ ὁ τῆς βροντῆς ἀνακέκραγεν Υἱός· Καὶ ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν. Καὶ τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ τὴν γέννησιν ἄλλος πάλιν τῶν εὐαγγελιστῶν ἀναγράφει ἐκ Πνεύματος ἁγίου γεγονέναι, καὶ τεκεῖν τὴν Παρθένον, τὸν Υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον, καὶ καλέσαι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν·) ὁ δὲ τούτοις ὢν ὁμόχορος καὶ συνθιασώτης, οὐ τὸν ἄληπτον τόκον μόνον ἀπαγγέλλει, ἀλλὰ καὶ τὸν ἀπόῤῥητον καὶ προηγησάμενον ἐπὶ μέρους τρόπον (91), καθ' ὃν ἐκυοφορήθη, καὶ ὡς τεχθέντα τὸν Υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον ἐσπαργάνωσεν ἡ Παρθένος καὶ ἐν τῇ φάτνῃ ἀνέκλινε· καὶ ὡς Σωτὴρ ἐτέχθη τῷ κόσμῳ Χριστὸς Κύριος ἐν πόλει Δαβίδ, τῶν ἀγγέλων ὁ δῆμος ἀνύμνησε. Καὶ πρός γε τούτοις· (ὃ τοὺς φαντασιαστὰς τοῦ μυστηρίου, τὴν χάριν εἰς λῆρον ἀπάγοντας, ἔτι μᾶλλον ἐπιστομίζει καὶ καταισχύνει, μεθ' οὓς καὶ τὴν ἐκείνων ἀποσπάδα, καθ' ἧς ὁ λόγος κεκίνηται·) τούτους οὖν ὑφὲν ἀποῤῥαπίζων καὶ καταστρεφόμενος, καὶ τὴν κατὰ τὸν νόμον περιτομὴν τῆς σαρκὸς ὑποστῆναι τὸν τεχθέντα Σωτῆρα ἡμῶν ἐκδιδάσκει, ἡνίκα καὶ τὴν Ἰησοῦ προσηγορίαν κἀν τῷ παρόντι μέρει τὰς Μωσαϊκὰς ἐντολὰς πληροῦντα συμπαραδίδωσι δέξασθαι. Τῆς δὲ τοῦ Λόγου ἐνσωματώσεως ἢ σαρκώσεως καὶ ἐνανθρωπήσεως οὕτω περιφανεστάτης οὔσης (ἀλλὰ μέχρι τούτων κατὰ ῥοῦν τε ὁ λόγος ἡμῖν καὶ δι' ἡδονῆς καὶ χαρίτων ἐφέρετο, τὸ δὲ ἐντεῦθεν ἴλιγγός τε καὶ δέος προσίσταται. Πλὴν εἰπεῖν ἀνάγκη καὶ ἀγωνίας πληρούμενον, ἃ παρελθεῖν ὁ τῆς πλάνης ἔλεγχος οὐκ ἐᾷ), πότερον, ὦ τολμῶν σὺ τὰ ἀτόλμητα, τοῦτο δὴ τὸ Κυριακὸν σῶμα τῆς φαύλης ἂν θείης ἀρχῆς, ἢ τὸν ὄγκον εὐλαβηθήσῃ τοῦ δυσσεβήματος; Εἰ μὲν γὰρ καὶ σὲ τρόμος ἔχει καὶ φόβος κατάλαβε, ἀφαιρήσεις αὐτὸ πάντως τῆς πονηρᾶς καὶ πλάσεως καὶ ἀρχῆς, μᾶλλον δὲ τῆς σῆς βλάσφημίας, καὶ σαυτοῦ τὴν τόλμαν ταύνην συναποσκευάσασθαι πολλὴν ἐπιδείξεις τὴν σπουδήν. Εἰ δὲ καὶ πρὸς τὴν θείαν ὀργὴν καὶ τῶν λογισμῶν τὴν κρίσιν καὶ κατάγνωσιν καὶ τὴν εἰς ἀνθρώπους αἰδὼ τὴν σὴν ἀντανασχεῖν ἐπωρώθης γνώμην, πῶς, εἰπέ, τὸ Πονηρὸν συνήφθη τῷ Ἀγαθῷ, καὶ πῶς ὑπέστη ὁ ἀγαθὸς Θεὸς διὰ τοῦ Πονηροῦ τὴν τοῦ κόσμου σωτηρίαν καταπράζασθαι, καὶ τὸ θαυμασιώτερόν γε καὶ φρικωδέστερον, τῷ θρόνῳ συνεδριάζει τῷ πατρικῷ; τοῦτο γὰρ ὁ τῶν ἀποῤῥήτων

troni refugerunt ; illi autem, qui hinc orti sunt, et qui nescio quomodo, opere ipso negare id malunt, in sermonibus commemorare non refugiunt. Videas enim eos speciose loqui, quando et evangelica scripta se colere affirmant, et Paulum divinitus actum sententiæ suæ auctorem et doctorem mentiuntur. Cum itaque carnem assumpserit Dominus noster Jesus Christus : namque ille tonitru filius exclamavit : *Et Sermo caro factus est, et habitavit in nobis* [83a]. Et Jesu Christi nativitatem alius iterum evangelistarum ex Spiritu sancto factam scribit, traditque Virginem peperisse Filium suum primogenitum, et vocasse nomen ejus Jesum [84]. Horum vero collega et sodalis, non solum incomprehensibilem partum, sed et absconditum ac ex parte antegressum conceptionis modum significat. Quomodo vero Filium suum promogenitum Virgo fasciis involverit, et in præsepi reposuerit [85] ; quomodo item Servator Jesus Christus mundo natus sit in civitate David, angelorum turba cecinit. Præterea vero idem (id quod homines mysterium hoc specie tenus tenentes, et gratiam in nugas convertentes, nec minus illorum asseclas, contra quos his disputatur, adhuc magis compescit et confundit) penitus eosdem debellans et dejiciens, docet Servatorem nobis natum etiam circumcisionem carnis lege præceptam recepisse, ac præterea eumdem, etiam hac in parte Mosaica præcepta implentem, Jesu appellationem recepisse profitetur. Cum itaque incarnatio Verbi, seu carnis assumptio et nativitas tam manifesta sit (hucus que enim prono cursu sermo nos cum voluptate detulit : jam vero vertigo me fere et pavor occupat : sed dicendum tamen omnino est, quamvis non sine trepidatione, quod confutatio prætermittere non sinit), nunquid tu, qui non audenta audes, Dominicum hoc corpus ad malum principium referre mavis, an gravitatem flagitii hujus agnoscere ? Si enim horror te capit, et timor occupat, subtrahes illud omnino malo conditori et principio, vel, ut rectius loquar, omni studio efficies, ut facinus hoc, blasphemiæ tuæ fœtum, amoliaris. Quod si vero, non habita ratione iræ divinæ, neglectoque rectæ rationis judicio, imo ipso erga homines pudore, sententiam tuam mordicus tueri pertinaciter constituisti, quomodo, quæso, Malum Bono junctum est, et quomodo bonus Deus salutem mundi per Malum reparare sustinuit, et, quod magis admiratione ac horrore dignum est, in thronum patrium collocat? id enim absconditarum rerum sciens et doctor tradit. Aut igitur has res omnes negare te oportebit, quod scilicet Verbum carnem assumpserit, in mun-

[83a] Joan. I, 14. [84] Matth. I, 25. [85] Luc. II, 7.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(90) Παρεγράφετο. Eos innuit ex veteribus hæreticos, tum Valentinianos, tum Manichæos, aliosque hujus generis, qui Christum verum hominem fuisse negarunt. Lege eos, in suas classes distinctos, apud Forbesium, lib. II *Instruction. historico-theolog.* c. 1, p. 77 seqq.

(91) Τρόπον. Vult Photius id, quod sanctus Lucas I, 36, memorat de Elisabetha, quæ ex parte præter naturam filium conceperat ante Mariam.

dum per nativitatem in partu venerit, humanum genus redemerit, assumptumque corpus throno patrio vindicarit; aut relinquitur, si ea non negaris, negare te bonitatem Dei, quem, ipsa hac conjunctione astructa, malitiæ suspicione oneres et injuria afficias; quippe qui et malitiam, cum nec tum retinere possis, in bonum converterit. Et sane, si omnino contra Deum pugnare constitutum habeas, magis in promptu erat prius impietatis caput, quam posterius eligere. Fuit enim tempus, quo in flagitii hujus pœnam non vocabantur, qui priora illa nesciebant, eaque tanquam nondum exsistentia, non reverebantur. Qui vero Dei bonitatem in malum transtulerunt, aut hoc, tanquam Boni particeps factum, illustre reddiderunt, eos nulla non ætas Inevitabili pœna dignos judicavit.

VII. Cum vero audacia hæc et impietas amasios suos tot malis circumdet, illi tamen adeo ab errore suo se non avertunt, ut potius, veriti quasi, ne satietate quadam Deum oppugnandi corripiantur, novæ cuidam profanationi Boni naturam exponant. Cum enim vetus ejus testamentum, atque eos, qui in eodem præ cæteris eminuerunt, ad mali principii potestatem ejusque cultum referant, cum tamen ad David et Abraham, ex quibus Christus quod ad carnem, ejusdem ordinis exstiterint, manifestum est quod Dominum universitatis rerum duplici injuria afficiunt, semel quidem, quod corpus, quod assumpsit, a Malo esse contendunt; deinde vero, quod illud non ab alio populo deducunt, quam eo, qui secundum legem, ab ipsis contemptam, vixit. Quod si enim Bonum Mali inest opus, quomodo, quæso, ab aliis illud evitari poterit? Nunquam vero ad insolentiam hominis accessio fieri potest, qui duplici crimine se obstringat? Et enim propriam creaturam ad peccatum aversam, per ejus assumptionem servare, maximæ curæ et bonitatis argumentum est: vicissim si alieni quid clanculum obrepat, quod natura alteri sit adversum, et contrarietate sua cum eo pugnet, nonne illam et curæ et bonitatis eminentiam in partem oppositam convertere judicandum est? Itaque non est ulla opinio vel insana magis, vel impura, vel impia, quam eorum, qui vel corpus vel legem Mosaicam a Malo repetunt. Præter hæc, si corpora a Creatore malo sunt, non vero a Patre et Filio et Spiritu sancto, una divinitate et potentia, quomodo ab alienis et malis corporibus, quæ sane Mali sunt opera, morbos propellit Deus optimus, et mirabilem iis affert medicinam? Hoc enim nihil foret aliud, quam ornare opus, ad cujus potestatem destruendam venerat, atque adeo augere vires ejus, qui ab initio defectionem procuraverat. Imo si fruges terræ non

μύστης καὶ μυσταγωγὸς ἐδιδάξατο. Ἡ γοῦν τούτων ἁπάντων οἰκειώσῃ τὴν ἐξάρνησιν, ὡς ὁ Λόγος οὐ σεσάρκωται, οὐ προῆλθε τῷ κόσμῳ διὰ γεννήσεως ἐν τῷ τόκῳ, οὐ (92) γένος διέσωσεν, οὐ τὸ προσληφθὲν σῶμα τῷ πατρικῷ θρόνῳ συγκαθιδρύσατο· ἣ ταῦτα λείπεται μὴ ἐξαρνούμενον, ἀρνεῖσθαί τε (93) τὴν ἀγαθότητα τοῦ Θεοῦ, εἰς κακίαν τῇ συναφῇ καθυβρίζοντα. Καὶ δὴ κἀκείνην, ὅτε μηδὲ τὸ σὸν ἔχειν σοι καταλείπεται, εἰς ἀγαθότητα μεταβάλλουσαν· καὶ ἦν ἄν σοι, θεομαχεῖν πάντως ἠρημένῳ, κουφοτέρα μᾶλλον τῶν προτέρων ἢ τῶν δευτέρων δυσσεβημάτων ἡ αἵρεσις. Καὶ γὰρ ἦν ποτε τοῖς μὲν οὐκ εἰδόσι τὰ πρότερα οὐδὲ διὰ τὸ μήπω παρεῖναι τιμῶσιν, οὐδὲ μιᾶς ἐπαφιεμένη δυσσεβείας εἴσπραξις. Ἀπάγειν δὲ τὴν τοῦ Θεοῦ ἀγαθότητα πρὸς κακίαν, ἢ ταύτην σεμνύνειν τῇ μετουσίᾳ τῆς ἀγαθότητος, οὐδεὶς οὐκ ἔστιν αἰὼν ὃς μὴ τὴν τιμωρίαν ἀπαραίτητον τοὺς ἑλομένους οὐκ εἰσπράττεται.

Ζ'. Τηλικούτοις δὲ κακοῖς τῆς τόλμης καὶ τῆς ἀσεβείας πανταχόθεν τοὺς ἐραστὰς περιστοιχιζούσης, οἱ δὲ πρὸς τῷ μὴ τῆς πλάνης ἀναφέρειν, ἀλλά γε καὶ κόρον ὥσπερ τοῦ θεομαχεῖν λαβεῖν τινα δεδιότες, καὶ δευτέρᾳ βεβηλώσει τὴν τοῦ Ἀγαθοῦ καθυποβάλλουσι φύσιν· Τῆς γὰρ αὐτοῦ διαθήκης τὴν ἀρχαιοτέραν καὶ τοὺς ἐν αὐτῇ διαπρεπῶς πολιτευσαμένους εἰς τὴν τῆς πονηρᾶς ἀναρτῶντες ἐξουσίαν τε καὶ θεραπείαν, ἐπείπερ καὶ Δαβὶδ καὶ Ἀβραὰμ, ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς τὸ κατὰ σάρκα, τῆς αὐτῆς χοροστασίας ὑπῆρχον, δῆλον ὡς διπλῇ βεβηλώσει τὸν τῶν ὅλων καταστίζουσι Δεσπότην· μιᾷ μὲν ὅτι πονηρᾶς ἀποφαίνουσιν, ὃ προσείληφε σῶμα, δημιουργίας· δευτέρᾳ δὲ, ὅτι μὴ ἐξ ἄλλου γένους, ἀλλ' οἷς ὁ βίος ἡ παρ' αὐτῶν προπηλακιζομένη κατὰ νόμου λατρεία. Καίτοιγε εἰ κακίας ἔργον τῷ Ἀγαθῷ, πῶς ἂν εἴη, τοῦτο ἀπαραίτητον προσλαβεῖν; τίς ἀτοπίας καταλείπεται ὑπερβολὴ τῷ καὶ διπλαῖς ἐνεχομένῳ αἰτίαις; Τὸ μὲν γὰρ τὸ οἰκεῖον πλάσμα, πρὸς ἁμαρτίαν ἀποῤῥυὲν, διὰ τῆς προσλήψεως ἀνασώσασθαι, τῆς ἄκρας ἦν προνοίας καὶ ἀγαθότητος. Τὸ δὲ τὸ ἀλλότριον ὑπελθεῖν καὶ ταῦτα φύσει καὶ διχόθεν ἀντανιστάμενον πρὸς ἀλλοτριότητα, πῶς οὐχὶ καὶ τῆς προνοίας καὶ τῆς ἀγαθότητος οὐκ εἰς τὸ ἐναντίον περιτρέπει τὸ ἀξίωμα; Οὕτως οὐκ ἔστιν ὅλως, οὐκ ἔστιν οὔτε τῶν τὸ σῶμα λεγόντων, οὔτε τὴν Μωσαϊκὴν νομοθεσίαν τοῦ Πονηροῦ, οὔτ' ἐμμανέστερον οὐδὲν, ἀλλ' οὔτε μιαρώτερον, οὔτ' ἀθεώτερον. Ἄλλως τε δὲ, εἰ τὰ σώματα πλάσεώς ἐστιν ἐναντίας, ἀλλ' οὐχὶ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος, τῆς μιᾶς θεότητος καὶ ἐξουσίας, πῶς τῶν ἀλλοτρίων καὶ φαύλων σωμάτων, ὅτι Φαύλου ποιήματα, τὰς νόσους ἐλαύνων ὁ ἀγαθὸς Θεὸς τὰς παραδόξους ἀντεισῆγε θεραπείας; Οὐδὲν γὰρ τοῦτο ἀλλ' ἢ συγκροτεῖν τὸ ἔργον, οὐ καθελεῖν παρεγένετο τὴν τυραννίδα, καὶ αὔξειν τὸ κράτος τοῦ τὴν ἐξ ἀρχῆς ἀποστασίαν ἐπανῃρημένου. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ εἰ τὰ βλαστήματα τῆς γῆς, οὐ τῆς ἀγαθότητος ἀσχῆς,

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ

(92) *Οὐ*. Particulam hanc, in ms. desideratam, sensus addere me coegit.
(93) *Τε*. Malim legere *σε*.

πῶς τοὺς ἄρτους, ἃ ἐκ τῶν ἀλλοτρίων σπερμάτων ἐζυμώθη, αὐτός τε (ὦ βαθείας μέθης!) προσεφέρετο, δυνάμενος μάλιστα ἐκ μὴ ὄντων ἑαυτῷ τροφὴν παρασκευάσαι; Ὁ δὲ καὶ τούτους πληθύνων ἔτρεφε χιλιάδας, ὕλην τῆς θαυματουργίας τὴν τοῦ Πονηροῦ παραλαμβάνων κτίσιν, καὶ κοινωνὸν ποιῶν τῆς ὑπερφυοῦς εὐεργεσίας τὸν Ἀντικείμενον, ὥσπερ οὐκ ἐξὸν αὐτῷ ἐξ ἑτέρας ἐνεργουμένης τρέφειν ὕλης ἑαυτόν τε, καὶ τοὺς, ὅσοι τοῖς αὐτοῦ προσανεῖχον καὶ κατηρτίζοντο ῥήμασιν. Καὶ τῶν ἐν τῷ νόμῳ δὲ βεβιωκότων οἱ φύλακες, εἰ μὴ τῆς ἀγαθουργοῦ Θεότητος ὑπῆρχον θεράποντες, πῶς τοὺς μαθητὰς μάτην ἐγκαλουμένους ὑπὸ τῶν διυλιζόντων μὲν φαρισαίων τοὺς κώνωπας, καταπινόντων δὲ τὰς καμήλους, ὅτι πεινῶντες τοὺς στάχυς ἐν τῷ Σαββάτῳ ἔτιλλόν τε καὶ ἤσθιον, τὴν τοῦ σώματος παραμυθούμενοι ἔνδειαν δι' ἐκείνων, κρείττους τε τῆς αἰτίας ἀπέφαινε, καὶ ἀπέλυε τοῦ ἐγκλήματος, τὸν Δαβὶδ εἰς συνηγορίαν καὶ βοήθειάν προτείνων, καὶ τοὺς ἱερεῖς τοὺς κρεανομοῦντάς τε καὶ ξυλοκοποῦντας ἐν τῷ Σαββάτῳ, καὶ τότε διὰ τῆς ἱερᾶς ὑπηρεσίας, ἐφ' ᾗ μᾶλλον ἔδει σώζεσθαι τὸν νόμον, νῆς ἐργασίας προϊούσης;

A a bono sunt principio, quomodo panes, ex alienis seminibus fermentatos, ipse, o profundum stuporem! obtulit, qui sibi ipsi ex rebus non exsistentibus cibum parare poterat? Imo vero idem ille eos multiplicans, aliquot millia, assumpta in miraculi productionem Mali creatura, hosteque suo in beneficentiæ supernaturalis societatem cooptato, cibavit, tanquam cui non liceret ex alia materia et se, et illos, qui verbis ejus attendebant et auscultabant, nutrire. Quod si custodes et principes eorum, qui in veteri testamento vixerunt, non fuerunt ministri Dei benignissimi, quomodo discipulos, præter causam a pharisæis culices percolantibus, et camelos deglutientibus reprehensos, ideo, quod esurientes spicas in Sabbato, quibus corporis famen solarentur, B evellebant et edebant, accusationi huic non obnoxios judicabat, sed a crimine pronuntiabat immunes, Davidem et sacerdotes, carnes scindentes et ligna findentes in Sabbato, in subsidium et patrocinium causæ afferens, atque id quidem eo tempore, quo sacrum ejus munus, quod ad salutem mundi referebatur, cum maxime urgeretur [86]?

Η'. Τίς δ' ἂν σαφέστερος ἔλεγχος ἢ δυνατώτερος, ὅτι μηδενὸς τῶν ἐπιγείων ὁ Πονηρὸς δεσπόζει, τῶν αὐτοῦ ῥημάτων ἐκείνου, δι' ὧν ἑαυτῷ τὴν κτίσιν ὑποβαλλόμενος, ὅτε κρυπτομένῳ καὶ λανθάνοντι τῷ δημιουργῷ τῶν ὅλων καὶ δεσπότῃ ἐπιπειράσαι προσιὼν, καὶ τὰς ἐπιγείους βασιλείας πάσας, καὶ τὴν δόξαν αὐτῶν ἐπιδεικνὺς, ἔλεγε· Ταῦτα πάντα σοὶ δώσω, ἐὰν πεσὼν προσκυνήσῃς μοι; Εἰ γάρ ἐστι ψεύσης, καὶ οὐδέποτε ἐν τῇ ἀληθείᾳ ἔστηκε· (τοῦτο γὰρ ἡ ἐνυπόστατος ἡμᾶς ἐδίδαξεν ἀλήθεια), καὶ οὐκ ἔστιν οὐδεὶς ὅλως τῶν ὁμολογούντων Χριστὸν, ὃς ἂν τολμήσειε τὴν τοιαύτην φωνὴν παραγράψασθαι· πῶς οὐ πάντων ἐστὶ φανερώτερον, ὡς οὐδενὸς τῶν ἐπιγείων κτισμάτων ὁ τοῦ ψεύδους δημιουργὸς ἄρχει, οὐδ' ἐστὶν αὐτῶν ποιητὴς, πλήν γε τῶν θελημάτων ἐκείνων καὶ πράξεων, ὧν αὐτός ἐστιν ὑποσπορεὺς καὶ ὧν τοὺς λογισμοὺς μετεπλάσατο αὐτὸν ἐπιγράφειν κτίστην καὶ δημιουργὸν, οὐχ ὅτι αὐτῶν τὴν ψυχὴν ἐκ μὴ ὄντων, ἢ τὸ σῶμα παρήγαγεν, ἀλλ' ὅτι αὐτὸν ἑαυτοῖς οὗτοι παρηνέχθησαν κύριον ἐπιγράψασθαι; Ὥστε ὅπερ τινὲς τῶν ἀπὸ τῆς πλάνης εἰς παράστασιν τοῦ οἰκείου προβάλλονται δυσσεβήματος, ὅτιπερ ἄρχει τῶν ἐπιγείων ὁ Πονηρὸς, τοῦτο αὐτοῖς εἰς τὸ μηδενὸς αὐτῶν περιέστραπται μετέχειν τῆς ἀρχῆς. Ψεύστης γὰρ ὢν καὶ ψεύδους ἀρχηγὸς αὐτὸς ἀνεῖπεν ἑαυτῷ τῶν ἐπιγείων ἔχειν τὴν ἀρχήν. Ἀλλὰ γὰρ εἰ τὰ σώματά ἐστι τοῦ Πονηροῦ, πῶς οἱ μαθηταὶ τὸ ἅλας ἔσονται τῆς γῆς; Πῶς δὲ τὸ φῶς τοῦ κόσμου; ἐξ ἡμισείας γὰρ καὶ ἁλίσουσι καὶ φωτίσουσι, μᾶλλον δὲ οὐκ ἐξ ἡμισείας. Καὶ γὰρ καὶ τὰ ἡμίση πάλιν τοῦ ἀνθρωπίνου συγκρίματος, ἀλλ' οὐχ ὅλον ποθὲν τὸν ἄνθρωπον. Ἀνεπίδεκτον γάρ ἐστι τὸ ηλάσμα τοῦ Πονηροῦ ἁλισθῆναι, ὥστε μὴ πρὸς

VIII. Quodnam vero illustrius aut efficacius argumentum afferri potest, quo constet nulli rei terrestri dominari Malum, quam ipsa hujus verba, quibus creaturam sibi ipsi subjiciens, cum ad Creatorem omnium occultatum et latentem tentaturus accederet, regnis terrenis omnibus, et gloria illorum demonstratis, dicebat: *Hæc omnia tibi dabo, si* C *procidens me adoraveris* [87]. Si enim mendax est, *neque unquam in veritate perstitit* [88] (ita enim nos docuit ipsissima veritas, neque quisquam est eorum, qui Christum profitentur, qui hanc assertionem admittere nolit), nonne omnium manifestissimum est, quod mendacii auctor nulli rerum terrestrium dominetur, neque ipse earum conditor exsistat, sed tantum auctor voluntatis et actionum illorum hominum sit, quos ipse occulte seminavit, et quorum rationem ita transformavit, ut ipsum conditorem et auctorem rerum inscriberent, non quasi is animam aut corpus eorum ex non exsistentibus produxisset, sed quod adeo in transversum acti sunt, ut eum ipsi sibi Dominum constituerint? Itaque id, quod D nonnulli errantium in defensionem impietatis suæ afferunt, quod scilicet terrestribus dominetur Malus, id, inquam, eo adhiberi potest, ut sub nullo imperio esse dicantur. Qui enim mendax est, et auctor mendacii, ipse sibi imperium rerum terrestrium vindicavit. Si porro corpora sunt a Malo, quomodo discipuli sal erant terræ? quomodo lux mundi [89]? ex dimidia enim tantum parte salient, et illuminabunt, imo vero ne ex dimidia quidem parte. Nam vicissim dimidiam tantum humanæ substantiæ partem, non vero toti homini id præstabunt, Creatura enim Mali saliturum non admittit, ne ma-

[86] Matth. xii, 1 seqq. [87] Matth. iv, 9. [88] Joan. viii, 44. [89] Matth. v, 13.

litia ad putredinem inclinare possit, cum tota putredo exsistat. Neque idem idoneum est ad recipiendas lucis stricturas, præcipue cum erronea eorum doctrina id quoque tradat eos, qui ad ejusmodi quid perpetrandum destinati sint, facultatem illam non habere, sed a delictis suis retineri. Quando vero ipse Servator diserte clamat : *Non veni legem solvere, aut prophetas, sed implere* [90], quomodo impudentissima impiorum mens non veretur dicere, legem et prophetas a malo principio profectas esse, atque huic in vita cultum exhibuisse? Si enim Servator noster implet legem et prophetas, consequeretur ex duobus abominandis, et in ipsorum perniciem vergentibus, alterutrum, vel quod Malum in Bonum convertant, vel si illud malitiæ terminis circumscriptum maneat, quod Christum spontaneum, illius ministrum constituant, qui per infinitam suam bonitatem ideo venit, ut Malum deturbaret de imperio quod inter homines exercet. Illa vero verba : *Amen dico vobis, donec transierit cælum et terra, iota unum aut unus apex non transibit a Lege, donec omnia fiant* [91], nunquam probationis accessionem admittunt. Nonne potius erroris eversionem ebuccinant, aut indomita impiorum ora obturant, etiamsi mordicus adhuc tueri conentur, quod lex et prophetæ a Malo sint?

IX. Quando vero audiveris evangelistam adventum Jesu Christi, Filii Dei, inenarrabilem, ejusque actiones omnem sermonem excedentes inde a principio ad prophetas (tanquam prænuntios) referentem, nonne pudore et pœnitentia duceris, quod eos injuria afficere audeas, quos sacra oracula tanti mysterii, amorem in homines testantis, præcones et doctores constituunt, et quorum vaticinia Evangelii sunt fundamentum? *Initium enim Evangelii Jesu Christi, Filii Dei,* inquit, *sicut scriptum est in prophetis : Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui parabit viam tuam ante te* [93]. Quis vero misit, ut pararetur via boni Filii et Dei, nisi bonus Pater, qui per suos in lege ministros multis sæculis ante nuntiavit, Filium suum usque ad assumptionem carnis et sanguinis exinanitum iri? In fine vero temporum illorum angelum suum, Joannem, misit dicentem : *Parate viam Domini, rectas facite semitas ejus* [92]. Aquam vero, in qua submersus Jesus hominum amantissimus, omnem justitiam implevit, quomodo vel tetigerit, ne dicam, ea omnino tingi sustinuerit, eamque purificandi et mundandi facultate instruxerit, nisi suæ potius, quam

A σαπρίαν τινὰ κακίαν ἀποκλῖναι, ὅλον αὐτὸ τοιαύτη (94) πεφυκὸς σαπρία. Καὶ μὴν καὶ ἀνεπιτήδειον ὑποδέξασθαι τὰς τοῦ φωτὸς μαρμαρυγάς, μάλιστά γε τῆς πλάνης συνυποβαλλούσης, καὶ τοὺς ταῦτα καταπράττεσθαι κεχειροτονουμένους τὴν ἰσχὺν οὐκ ἔχειν, ἅτε δὴ τοῖς ἴσοις αἰτιάμασιν ἐνεχομένους. Ὅτε δὲ αὐτὸς ὁ Σωτὴρ λαμπρῶς ἀνακράζει· Οὐκ ἦλθον καταλῦσαι τὸν νόμον ἢ τοὺς προφήτας, ἀλλὰ πληρῶσαι· πῶς οὐ δέδοικε τὸ ἀναίσχυντον τῶν ἀσεβῶν φρόνημα τὸν νόμον καὶ τοὺς προφήτας πονηρᾶς λέγειν προελθεῖν ἀρχῆς, καὶ ταύτην διὰ βίου τεθεραπευκέναι ; Εἰ γὰρ πληρωτής ἐστιν ὁ Σωτὴρ ἡμῶν τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν, εἴη δὲ αὐτοῖς τὸ ἐπόμενον βλάσφημον περιτρεπόμενον εἰς τὰς κεφαλὰς, δυοῖν θάτερον, ἢ τὴν πονηρὰν μεταπλάττουσιν εἰς τὴν B φόσιν τοῦ ἀγαθοῦ, ἢ τὸ ἀνάπαλιν, μένουσαν ἐν τῇ ἰδίᾳ τῆς κακίας περιγραφῇ, ἐκούσιον ὑπηρέτην ταύτης γενέσθαι, καταδικάζουσι τὸν διὰ πολλὴν ἀγαθότητα, καὶ τῆς ἐν ἀνθρώποις τῶν παθῶν τυραννίδος παραγεγονότα καθελεῖν αὐτήν. Τὸ δὲ, Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἕως ἂν παρέλθῃ ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ, ἰῶτα ἓν ἢ μία κεραία οὐ μὴ παρέλθῃ ἀπὸ τοῦ νόμου, ἕως ἂν πάντα γένηται, τίνα μὲν βεβαιώσεως ὑπερβολὴν ἀπολείπει τινί ; πῶς δ' οὐ τὴν τῆς πλάνης σαλπίξει καταστροφὴν, ἢ τὰ τῶν ἀσεβῶν οὐκ ἐμφράττει ἀπύλωτα στόματα, κἂν ὑπ' ὀδόντα φιλονεικῶσιν ἔτι παραφθέλγεσθαι τὸν νόμον καὶ τοὺς προφήτας εἶναι τοῦ Πονηροῦ ;

nio, intelligentes, revertuntur quidem statim in templum, inveniuntque agentem ea, quæ agere decebat eum, qui et salus mundi erat et gloria Israelis, quæque verbum Dei prænuntiaverat. Postea dicit ei Mater : *Fili, quid fecisti nobis ita? ecce pater tuus et ego cum dolore quærebamus te*[5]. Attende nunc : sed non opus est mentem colligere, adeo omnia clara sunt et ob oculos posita. Respondet enim illis fons veritatis et bonitatis : *Quid quærebatis me? nonne sciebatis me esse debere in iis quæ Patris mei sunt*[6]? Quid hoc clarius est, aut ad ora impiorum compescenda efficacius? Pater meus verus is est, cui templum hoc sacrum est : quæ vero Patris sunt, et mea sunt omnia. Itaque non alibi decebat me quærere, quem licet in iis invenire, quæ Patris sunt. Ita quidem veritas ipsa templum legale et legis præcepta, quæ et docebantur, et disputabantur, Patris sui esse clara voce testatur, servi autem mendacii contradicere non verentur, sed eadem opera duo contraria audent, Patrem quidem Domini nostri Jesu Christi a legibus his et dominio in se repellentes, et Filii testimonium, quem extremis labiis Servatorem et veritatem vocare non defugiunt, perditissimi homines mendacii insimulare audent. Adeo aversatio legis ipsum quoque legislatorem a gratia repellit. Vel potius apostatæ hi jampridem ab initio blasphemiam contra utriusque testamenti auctores parturientes, deinde vero, quamvis ad omnia audaces, a partu perniciosissimo metu auditorum prohibiti, pro eo, quod semen draconis, quod conceperant, perire pati debebant, brevi quidem tempore partum cohibent, deinde vero per ambages quasi et arte quæsita conceptum venenum lingua pariunt. Et effundunt illi quidem venenum contra legem, ab insolentia vero in legem non minus, nisi longe magis in ipsos legum actores abrepti petulanter agunt. Et sic in quantum crassiore insultu uti verentur, convictos omnino se præstant, quod magnitudinem facinoris sui non nesciant, in quantum vero id non ignorantes non recedunt, efficiunt, ut peccatum hoc ipsis non remittatur.

XVII. Videas vero veritatis discipulos, ipsum Dominum nostrum Jesum Christum, non data occasione, aut semel, sed undiquaque circumferentes, et Nazaret patriam ejus appellantes, eosdemque nihil et ne ipsam quidem terrenam nativitatem recensere refugientes. Quantum vero requirebatur ad originem nativitatis ejus edisserendam! Jam si illa perniciosæ manus opus fuisset, nunquid putas bonum boni Patris Filium passurum, ut hæc ipsi pa-

[5] Luc. II, 48. [6] ibid. 49.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(9) Ἑκατέραν. Ita scripsi pro ἑκατέρων, quod exhibebat codex. Sermo hic est de Testamento utroque, et eodem utriusque auctore.

tria vindicaretur, aut permissurum, ut discipuli id auderent, quod si quis alius dicere fuisset ausus, justum ipsi judicium immissurus et ab hac temeritate severe avocaturus fuisset? Atque ita quidem per patriam Domini eorum in communem patriam, vel potius totam creationem insultus evertitur et prosternitur. Si vero alius homo bonus est, alius vicissim malus, quorum ille ex bono thesauro cordis sui bonum profert, hic vero malum ex malo, quis non profiteatur, quod non creatio corporis primæva, nec anima, in conjunctionem et gubernationem ejus data, in hostile principium referenda sit, sed quod liberum arbitrium, in ea scilicet, in quæ non decebat, declinans, hac declinatione sua bonum in malum converterit. Quam enim aliam dederis causam, quod alii homines sint boni, alios vero in malum prospicientes videas, non minus, quod quidem nolim, quam vos? Quæ enim in actionibus et sententiis vestris spontanea est malitia, eadem separavit vos a grege bonorum, sicut et jam ante vos a bona secreverat intentione et consilio. Propterea alii quidem sunt præcones bonitatis Creatoris, suumque et norunt et celebrant Conditorem; alii vero ad eum calumniandum et factis et lingua conversi, se ipsos quidem bonitati ejus et creationi et dominio subtrahunt, obnoxios vero, oh! atultitiamne dicam, an dementiam? manui hostili et rebelli faciunt. Si quis enim rem recte æstimare voluerit, is, qui ex anima (eam enim cor hic significat) bona profert[7], quomodo bonus esse potest, nisi tota substantia bona dicatur? sicut vicissim tota substantia mala est, quæ ex anima sua id, quod reconditum est, malum producit. Sane non video quam sibi veniam reliqua faciant, hi homines qui mihi potius, dum prophetas et legem injuria afficiunt, ejusmodi culpam contrahere videntur, quæ a pœna immunis esse non possit. Ipse enim Servator clamavit: *Multi prophetæ et justi*, ubi clarum est, hos esse eos, qui sub lege erant, *desiderarunt videre et audire, quæ videtis et auditis*[8]. Eadem opera discipulis quidem ostendit rationem dignitatis et gloriæ, ad quam pervenerint, defectionem vero subvertit in eo, quod gratiam quidem ejusque præcones potiores partes, secundas vero prophetas, et eos, qui sub lege vixerint, necnon veritatis bonitatisque studiosos, obtinere testatur. Quomodo vero Servatoris ejusque dogmatum amatores servi adversariæ partis esse possunt? quomodo iidem inspiratione a malo principio potiti sunt, cum per naturam fieri nequeat, eosdem simul et malitiæ indulgere, ne dicam, ab ea fabricatos esse, et desiderio tamen in bonum ferri? Hoc enim nihil aliud est, quam verbum Domini in contraria omnia vertere. Illud enim Bonum ex malo corde

A γράφειν, ἢ καὶ τοὺς μαθητὰς εἶα τολμᾷν, ὃ κἄν τις ἄλλος λέγειν ἀπεθρασύνετο, δίκαιόν τε δίκην ἐπιβάλλειν αὐτῷ καὶ τοῦ τολμήματος κατὰ πολλῆς ἀπάγειν τῆς ἀγανακτήσεως; Ἀλλ' οὕτω μὲν διὰ τῆς τοῦ Κυρίου πατρίδος ἡ κατὰ τῆς κοινῆς πατρίδος, μᾶλλον δὲ ἡ κατὰ (10) τῆς κτίσεως ὅλης ἐπανάστασις καθαιρεῖται καὶ καταστρέφεται. Εἰ δέ ἐστι μὲν ἄνθρωπος ἀγαθὸς, ἔστι δέ τις καὶ πονηρός· ὧν ὁ μὲν ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ θησαυροῦ τῆς καρδίας αὐτοῦ προφέρει τὸ ἀγαθὸν, ὁ δὲ τὸ πονηρὸν ἐκ τοῦ πονηροῦ, τίς οὐκ ἂν συνομολογήσειεν, ὡς οὐχ ἡ ἀπ' ἀρχῆς πλάσις τοῦ σώματος, ὥσπερ οὐδ' ἡ δοθεῖσα συνάπτεσθαι ψυχὴ καὶ διακυβερνᾷν αὐτὸ, οὐκ εἰς ἀντίπαλον ἀνάγεται ἀρχὴν, ἀλλά γε τὸ αὐτεξούσιον, πρὸς ἃ δὲ μὴ ἔδει ῥοπὴν προσλαβεῖν, αὐτὸ διὰ τῆς ῥοπῆς τὴν ἀγαθότητα

B μεταβάλλει εἰς τὸ πονηρόν. Ἐπεὶ τίνα ἂν ἔχοι λόγον ἄλλον, τοὺς μὲν τῶν ἀνθρώπων εἶναι ἀγαθοὺς, τοὺς δὲ καθορᾷν νενευκότας εἰς τὸ πονηρὸν, ὥσπερ, εἴθε δὲ μὴ ὤφειλε, καὶ ὑμᾶς. Ἡ γὰρ ἐν ταῖς πράξεσι καὶ δόγμασιν ὑμῶν ἀπὸ γνώμης πονηρία, διέσχισεν ὑμᾶς τῆς ἀγέλης τῶν ἀγαθῶν, προδιασχίσασα τῆς προαιρέσεως τῆς ἀγαθοειδοῦς. Διὸ καὶ οἱ μὲν κήρυκές εἰσι τῆς ἀγαθότητος τοῦ Δημιουργοῦ· καὶ τὸν ἑαυτῶν ἐπίστανται καὶ δοξάζουσιν πλάστην, οἱ δὲ πρὸς διαβολὴν αὐτοῦ καὶ τοῖς ἐπιτηδεύμασι καὶ τῇ γλώττῃ κατασύραντες ἐξιστῶσι μὲν αὐτοῦ τῆς ἀγαθότητος, καὶ πλάσεως καὶ κυριότητος ἑαυτοὺς, ὑπεξουσίους δὲ, ὦ πῶς ἂν εἴποι τις τῆς ἀναλγησίας, ἢ τῆς ἐμπληξίας! παρασκευάζουσι σφᾶς αὐτοὺς τῆς

C ἀντιπάλου καὶ πολεμίας χειρός. Ἐπεὶ εἴ τις γε βούλοιτο συνιέναι, ὁ ἐκ ψυχῆς προφέρων τὰ ἀγαθὰ, τοῦτο γὰρ νῦν ἡ καρδία δηλοῖ, πῶς ἂν ἡ τίς εἴη ἀγαθὸς, εἰ μὴ ὅλον λέγοιτο τὸ σύγκριμα ἀγαθόν; ὥσπὲρ πάλιν ὅλον πονηρὸν ἐκεῖνο τὸ σύγκριμα, ὃ ἐκ τῆς ἰδίας ψυχῆς τὸ τεθησαυρισμένον προφέρει πονηρόν. Οὐχ ὁρῶ δὲ τίνα συγγνώμην αὐτοῖς ὑπολείπονται, μᾶλλον δὲ πῶς ἀπαραίτητον αὐτοῖς, δι' ὧν τοὺς προφήτας καὶ τὸν νόμον ἐνυβρίζουσιν, οὐ κατασκευάζουσι τὸ πλημμέλημα. Αὐτὸς γὰρ ἀνακέκραγεν ὁ Σωτήρ· Πολλοὶ προφῆται καὶ δίκαιοι· δῆλον δὲ ὡς, Οἱ ἐν τῷ νόμῳ ἐπεθύμουν ἰδεῖν καὶ ἀκοῦσαι, ἃ βλέπετε καὶ ἀκούετε, τοῖς μαθηταῖς ἅμα τε τὸν λόγον προτείνων καὶ τοῦ ἀξιώματος, καὶ τῆς δόξης εἰς ὅσον ἤκουσιν, ἐπιδεικνύς· ἅμα

D δὲ τὴν ἀποστασίαν καταστρέφων, ἐν ᾧ τὴν χάριν μὲν καὶ τοὺς ταύτης κήρυκας τὸ μεῖζον ἔχειν, οὐ μήν γε ἀλλὰ καὶ τοὺς προφήτας καὶ τοὺς κατὰ νόμον πολιτευσαμένους, ἐραστάς τε τῆς ἀληθείας καὶ τῆς αὐτοῦ προσεμαρτύρησεν ἀγαθότητος. Οἱ δὲ τοῦ Σωτῆρος καὶ τῶν αὐτοῦ δογμάτων ἐρασταὶ πῶς ἂν εἶησαν ἀντιπάλου μοίρας θεραπευταί; πῶς δὲ τὴν ἐπίπνοιαν ἐκ πονηρᾶς ἕλκον ἐνεργείας; μὴ συμβαίνοντος ὅλως τῇ φύσει ἅμα τε τοὺς αὐτοὺς πονηρίᾳ τελεῖσθαι, ἵνα μὴ λέγω συγκατεσκευάσθαι, καὶ

[7] Luc. VI, 45. [8] Matth. XIII, 7.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(10) Κατά. Malim legere μετὰ tanquam magis huc accommodatum. Neque raro præpositiones κατά e μετὰ in mss. confunduntur.

τὴν ἐπιθυμίαν ἔχειν ἀναφερομένην εἰς τὸ ἀγαθόν. Τοῦτο γὰρ ἀντικρὺς εἰς τὸ ἐναντίον ἐστὶ τὸν λόγον περιτρέπειν τὸν Δεσποτικόν. Ἐκ γὰρ πονηρᾶς καρδίας ἀγαθὸν ἐπιδεῖξας φιλονεικεῖ προερχόμενον (10*). Πάλιν δὲ συνάπτων ὁ Σωτὴρ τὰ κοινὰ τοῖς παλαιοῖς, καὶ παριστῶν, ὡς εἰς μίαν ἄγουσι σωτηρίας ὁδὸν, τὰ μὲν οἷον ὄντα προτέλεια, τὰ δὲ αὐτὴν χαριζόμενα τὴν τελειότητα. Διὰ τοῦτό φησι· Πᾶς Γραμματεὺς μαθητευθεὶς εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν ὅμοιός ἐστιν ἀνθρώπῳ οἰκοδεσπότῃ, ὅστις ἐκβάλλει ἐκ τοῦ θησαυροῦ αὐτοῦ καινὰ καὶ παλαιά· Δι' ὧν τε γὰρ ἐν τῷ αὐτῷ θησαυρῷ καὶ ἐκ τοῦ αὐτοῦ τὴν καινὴν προέρχεσθαι καὶ τὴν παλαιὰν ἐκδιδάσκει, τὸ συνεῖναι καὶ συμφωνεῖν ἀλλήλοις καὶ μὴ διαμάχεσθαι βεβαιοῖ. Δι' ὧν τε ἑκατέρας τὴν διδασκαλίαν εἰς τὴν βασιλείαν ἐπάγει τῶν οὐρανῶν, ἔτι περιφανέστερον τὸ λίαν αὐτῶν σύμφωνον καὶ ἀδιαίρετον ἐπεψηφίσατο. Εἰ οὖν ἑκατέρα μὲν ἐν τῇ αὐτῇ θησαυρίζεται διαθήκῃ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ δὲ πάλιν πρόεισιν, εἰς τὴν αὐτὴν δὲ τοὺς, οἳ ταύτας ἐθησαύρισαν, τῶν οὐρανῶν ἀπάγει βασιλείαν, πῶς αὐτὰς ἀντίπαλοι διασχίσουσι μερίδες; Ἀλλ' οὐχὶ τοὺς φρυαξαμένους εἰπεῖν ταῦτα, ὁ διαθήκης ἑκατέρας νομοθέτης οὐκ ἐκγελάσεται μὲν καὶ ἐκμυκτηριεῖ; ὡς σκεύη δὲ συντρίψει κεραμέως, ἅτε δὴ παντάπασιν ὁδοῦ δικαίας ἑαυτοὺς διασχίσαντάς τε καὶ ἀπολωλεκότας; Προανακηρύττει δὲ καὶ ὁ προφήτης Ἡσαΐας, ἃ τοῖς ἔργοις αὐτοῖς ἐπὶ τοῦ Σωτῆρος ὡράθη τελούμενα· Αὐτὸς τὰς ἀσθενείας ἡμῶν ἔλαβε, καὶ τὰς νόσους ἐβάστασεν· καὶ τῷ μώλωπι αὐτοῦ πάντες ἡμεῖς ἰάθημεν. Καὶ ἃ τοῦ σκότους τὸν ἄρχοντα καὶ τὰς (11) ἐξουσίας διέλαθε, ταῦτα προειδέναι ἡ προφητικὴ χάρις καὶ ἡ κατὰ νόμον πολιτεία τῷ προφήτῃ ἐχαρίζετο. Καὶ πῶς ἡ τὸν ληστὴν λανθάνουσα προφητεία ἐκ τῆς αὐτοῦ προήγετο ἐπινοίας; Πῶς δὲ ὁ τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν προκαταγγέλλων διαπράττεσθαι, οὐκ ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ θεοῦ καὶ Πατρὸς ἐκπνεόμενος τὰ μέλλοντα ἐχρησμῴδει, ἐξ οὗ τῆς ἀληθείας ἡ πηγὴ αὐτὸς ὁ Σωτὴρ ἡμῶν προῆλθεν, ἀλλά τινος (12) ἄλλης πονηρίας ἐνεργούσης ἀρχεκάκου;

provenire contendit. Cumque alibi Servator nova cum veteribus conjungat, monet simul in eamdem ea ducere salutis viam, cum alia quidem initient, alia vero perfectionem donent: *Omnis Scriba*, inquit, *edoctus regnum cœlorum, similis est patri familias, qui ex thesauro suo bono profert nova et vetera* [8]. Eo ipso enim, quo in eodem thesauro et ex eodem novum et vetus testamentum provenire docet, confirmat omnino, ea sibi invicem consentire et convenire, non autem secum pugnare. Dum vero utriusque doctrinam ad regnum cœlorum perducere tradit, adhuc clarius consensionem [9] et nexum mutuum indissolubilem astruxit. Quod si igitur utrumque testamentum in eadem re thesauri instar reconditum est, et ex eodem iterum prodit, in idem quocœlorum regnum eos, qui utrumque asservarunt, perducit, quomodo ea oppositæ factiones separabunt? Nonne potius utriusque testamenti auctor ea proloqui audentes ridebit et subsannabit, imo ut vasa figuli conteret, tanquam eos, qui se a via recta separaverint et perdiderint? Prænuntiat vero et propheta Isaias, ea quæ tempore Servatoris re ipsa præstita apparebant: *Ipse infirmitates nostras suscepit, et morbos pertulit: et plagis ejus nos omnes sanati sumus* [9*]. Ea quoque quæ dominum tenebrarum et potestates latuerunt, hæc præscire prophetam, donum propheticum et vita secundum legem acta fecit. Quomodo vero prophetia, quæ latronem latuit, ex ipius inspiratione profecta est? Quomodo is qui Dominum nostrum Jesum Christum ita prædicavit, atque salutem nostram ita instaurandam prædixit, futura nisi a Deo bono et Patre, a quo fons veritatis, ipse Servator noster, profluxit, sed ab alio malo principio inspirationem habuisset, vaticinatus est?

ΚΗ'. Ἀρ' οὐ παύεσθε θεομαχοῦντες, οὐδέ τις ὑμᾶς μετάμελος τῆς μακρᾶς ἀναφέρει πλάνης; Ὁ μέντοιγε Σωτὴρ ἡμῶν τῷ προσελθόντι αὐτῷ καὶ ζωὴν αἰῶνιον ἐπιζητοῦντι ταύτης τυχεῖν ἐπαγγέλλεται, οὐκ ἐὰν τὸν νόμον βλασφημήσῃ, οὐδὲ τοὺς προφήτας ἐκμυκτηρίσῃ, ἀλλ' εἴ γε τὰς ἐντολὰς πληρώσῃ. Πυνθανομένου γὰρ τοῦ τὴν ζωὴν τὴν αἰώνιον αἰτοῦντος, Ποίας; (Ὦ τῆς πολλῆς τοῦ νόμου σεβασμιότητος!) οὐ τὰς ἀπὸ τῆς χάριτος αὐτῷ, ἀλλὰ τὰς ἀπὸ τοῦ νόμου προβάλλεται, Οὐ φονεύσεις, λίγων, οὐ μοιχεύσεις, οὐ κλέψεις, οὐ ψευδομαρτυρήσεις. Τίμα τὸν πατέρα καὶ τὴν μητέρα, καὶ

XVIII. Nunquid igitur cessatis, contra Deum pugnare, neque vos ulla pœnitentia a longo errore revocat? At enimvero Servator noster illum, qui ad se veniens vitam æternam quærebat, hujus participem fore promittit, non certe, si legem convicis proscinderet, aut prophetas subsannaret, sed si præcepta servaret. Cum enim homo, de vita æterna sollicitus, quæreret, quænam servanda essent (O eximium cultum, legi præstitum!) non ea quæ gratiæ, sed quæ legis erant, proponit, *Non occides*, inquiens, *non mœchaberis, non furaberis, non falsum testimonium dices. Honora patrem tuum, et matrem,*

[8] Matth. XIII, 52. [9] Luc. II, 42. [9*] Isa. LIII, 5.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(10*) Προερχόμενον. Ita scripsi pro προσερχόμενον. Manifestum est Photium hic illud velle, quod Marcus VII, 20, dicit ἐκπορεύεσθαι ἐκ τοῦ ἀνθρώπου. Sic paulo post ait: Τὴν καινὴν προέρχεσθαι καὶ τὴν παλαιὰν ἐκδιδάσκει.

(11) Τάς. Restitui hoc pro τῆς, quod in ms. erat

(12) Ἀλλά τινος. Sic scripsi pro ἀλλὰ τίνος, quod codex mendose exhibebat, quem et sæpe alias in scriptione accentuum a vero aberrare deprehendi, hinc inde etiam, ubi non monui, ad rationes grammaticas a me emendatum.

et dilige proximum tuum sicut te ipsum [10]. Vide vero bonum, quod in juvene illo erat, ut intelligas, quale quidem illud sit, cujus observatio vitam æternam conciliet. Cum enim is interrogaret, nihil aliud ipsum edocuit, quam, apostasiæ se opponens, legis præcepta proposuit, cum multa asseveratione contendens, ea bona esse et ad vitam æternam ducere. Quod si vero a bono Patre non fuissent, ipsiusque præconio consona, sed a tyrannide orta, quomodo illa veritas ipsa tanquam veritatis plena produxisset? Quomodo vero vitam æternam quærenti eam per ea quærendam suasisset? Quomodo denique, o maximam insaniam! si quis hæc vel in se considerare voluerit, illius, qui ab initio homicida erat, lex fuerit: *Non occides, non mœchaberis*, et cæteræ, quibus malitia ejusque sator e diametro ipsis oppositus, non sane, fovetur, sed potius efficitur, ut obedientes a castigandorum pœnis procul amoveantur? Qui enim a cædibus, et furto, et adulterio et falso testimonio immunem se præstat, proximumque suum diligit ut se ipsum, hic est, qui leges Bono oppositas conculcat, et eum, qui ab initio malus fuit, tanquam hostem confundit, qui denique, præstitis præceptis Mosaicis, gratiam accepit se ab ejus actionibus abstinendi. Ita actiones, quæ a legis præceptis proficiscuntur, sua natura bonum secum ferunt, et robur Mali per se invalidum esse demonstrant. Dum vero adolescentem perfectum fore pronuntiavit Servator, si reciperet et sua, quæ gratiam parerent, præcepta, neque hoc sane quidquam, quod dictis contrarium sit, infert. Primum enim non unumquodque eorum, quæ sub gratia sunt, præceptum per se perfectionem confert, quia sic sufficeret unum, et reliquorum observatio supervacanea foret. Neque enim hoc tantum ad bonæ legis rationem requiritur, ut in se perfectionem exhibeat, sed id potius, ut nihil, quantum quidem in ipsa est, reliquum faciat, quominus eum, qui circa eam versatur, bono conjungat, et ab actionibus malis avocet. Deinde et ex ipsa hac assertione non minus, quam ex prædictis, perspicere licet, præcepta legis in honore fuisse. Dum enim Servator illa non abjicit, sed potius iisdem sua superaddit, præterea vero per utraque perfectum quemdam fieri pronuntiat, manifestum sane est, quod ea quoque ipsa hac eorum, quæ sub gratia sunt, connexione et conjunctione perfectionis consortia esse pronuntiat. Neque enim quisquam, qui rationis usum integrum habet, affirmarit, eas leges, quas ipsa veritas bonas esse, et ad ipsum cœlorum regnum ducere asserit, etiamsi ea quæ gratiæ sunt, simul adsint, nihil ad perfectionem conferre.

A ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν. Καὶ ὅρα τοῦ νεανίσκου τὸ ἀγαθόν. ὁποῖόν τί ἐστιν, οὗ ἡ πρᾶξις τὴν αἰώνιον ζωὴν προξενεῖ. Διερωτῶντος, ὁ Σωτὴρ οὐδὲν μᾶλλον ἐκεῖνον διδάσκων, ἢ κατὰ τῆς ἀποστασίας ἱστάμενος, τὰς νομικὰς προὔτεινεν ἐντολὰς, μετὰ πολλῆς τῆς βεβαιώσεως, ἀγαθὰς εἶναι ταύτας καὶ πρὸς ζωὴν ἀπάγειν τὴν αἰώνιον ἐπιμαρτυρῶν. Καί τοι εἰ μὴ τοῦ ἀγαθοῦ Πατρὸς ἦσαν, καὶ τῷ αὐτοῦ κηρύγματι σύμφωνοι, ἀλλ' ἡ τυραννὶς αὐτοῖς ἐπεφύτο, πῶς μὲν αὐτὰς ἡ ἀλήθεια, ὡς μετόχους προῆγε τῆς ἀγαθότητος; πῶς δὲ τῷ ζητοῦντι τὴν αἰώνιον ζωὴν δι' αὐτῶν εὑρεῖν ἐπετίθετο; Πῶς δὲ, ὦ βαθείας μέθης! εἴ τις καὶ καθ' ἑαυτὰ ἐθέλοι ταῦτα σκοπεῖν, τοῦ ἀπ' ἀρχῆς ἀνθρωποκτόνου νόμος τό· Οὐ φονεύσεις, οὐ μοιχεύσεις, καὶ τὰ ἄλλα, B οἷς ἐκ διαμέτρου ἡ κακία καὶ ὁ ταύτης σπορεὺς, μὴ ὅτι θεραπεύεται, ἀλλά γε δὴ καὶ ὡς πορρώτατω μαστιγουμένων δίκην ἀπελαύνεται. Ὁ γὰρ φόνων καὶ κλοπῆς, καὶ μοιχείας καὶ ψευδομαρτυρίας κρείττων γεγονὼς καὶ τὸν πλησίον ἀγαπήσας ὡς ἑαυτὸν, οὗτός ἐστιν ὁ καταπατῶν τοὺς ἀντικειμένους τῇ ἀγαθότητι θεσμοὺς, καὶ αὐτὸν δὲ τὸν ἀρχέκακον καταισχύνων ἐχθρὸν, καὶ τῶν αὐτοῦ πράξεων μακρὰν ἀποδιώκειν χάριν λαβὼν διὰ τῆς ἐργασίας τῶν Μωσαϊκῶν ἐντολῶν. Οὕτως καὶ καθ' ἑαυτὰ τῶν νομικῶν ἐντολῶν αἱ πράξεις τὴν ἀγαθότητα φέρουσιν ἐν ἑαυταῖς, καὶ τοῦ Πονηροῦ τὸ κράτος σαθρὸν ἐλέγχουσι δι' ἑαυτῶν. Εἰ δὲ καὶ τέλειον τὸν νεανίσκον ἀνεῖπεν ἔσεσθαι προσλαμβάνοντα καὶ τὰς ἰδίας, C αἳ τὴν χάριν ποιοῦσιν, ἐντολὰς, οὐδὲ τοῦτο τοῖς εἰρημένοις οὐδὲν ὑπεναντίον μετακινεῖ. Πρῶτον μὲν γὰρ οὐδὲ ἑκάστη τῶν ἐν τῇ χάριτι καθ' ἑαυτὴν τὸ τέλειον προξενεῖ, ἐπεὶ ἐξήρκει ἂν ἡ μία, καὶ τῶν ἄλλων ᾗ ἡ πρᾶξις περιττή. Οὐ γὰρ τοῦτο νομοθεσίας ἀγαθῆς τὸ καθ' ἑαυτὴν παρέχειν τὸ ἐντελὲς, ἀλλὰ τὸ μηδὲν καθυφεῖναι, τόγε ἐπ' αὐτῇ, πρὸς τὸ μὴ συνάπτειν μὲν τὸν μετίοντα ταύτην τῷ ἀγαθῷ, ἀπάγειν δὲ τῆς ἐργασίας τοῦ πονηροῦ. Δεύτερον δὲ καὶ δι' αὐτῆς ἐστι τῆς ἀποφάσεως οὐδὲν ἔλαττον συνιδεῖν, ἢ διὰ τῶν προτέρων τὰς νομικὰς τιμωμένας ἐντολάς. Τὸ γὰρ ἐκείνας μὲν τὸν Σωτῆρα μὴ ἐκβαλεῖν, ἐπὶ δὲ ταύταις καὶ τὰς ἰδίας ἐπαγαγεῖν, εἶτα τὸν (12*) τέλειον δι' ἀμφοῖν ἀποτελεῖσθαι, δῆλον ἂν εἴη, ὡς κἀκείναις τῇ συνδρομῇ τε καὶ συνοικειώσει τῶν ἐν D τῇ χάριτι τῆς τελειότητος ἀνακηρύττει μετασχεῖν. Οὐ γὰρ ἄν τις σώζων ὅλως σοῦ λογισμοῦ τὸ ἀξίωμα, ἃς ἀγαθάς τε ἀνεῖπεν (13) ἡ ἀλήθεια καὶ πρὸς αὐτὴν τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν χειραγωγοὺς πάντας ἀποψηφιεῖται, εἰ καὶ προσέχουσιν αἱ τῆς χάριτος, μηδὲν πρὸς τὴν τελειότητα συντελεῖν.

[10] Matth. xix, 16-20.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(12*) Τὸν τέλειον. Fortasse præstiterit legere τὸ τέλειον, sicut paulo ante noster dixerat τὸ τέλειον προξενεῖ.

(13) Ἀνεῖπεν. Scriptum primum in codice erat ἂν εἶπεν, quod eadem manus recte correxerat per ἀνεῖπεν.

ΙΘ'. Ἐμοὶ μὲν οὖν ταῦτα λογιζομένῳ, καὶ ὅσον ἴσχυσε κατὰ τοῦ γένους ὁ ἐχθρὸς, εἰς οἷον τε κατηνέχθη πτῶσιν ὁ ἄνθρωπος, καὶ πρὸς ὅσην ἀλλοτρίωσιν ἡ φύσις ἀπηνέχθη τοῦ πλάσαντος, ἀνθελομένη τοῦ Κτίστου τὸν πολέμιον ἐπιγράφεσθαι δεσπότην· ἀναστρέφεται μὲν τὰ ἐντὸς, ταράσσεται (14) δὲ τὰ σπλάγχνα, καὶ προπίπτει δάκρυα, καὶ τοὺς ἐλέγχους οἱ θρῆνοι παρέρχονται. Ἀλλὰ τίς ἂν θρῆνος ἐξαρκέσει τῷ πάθει ; Οἶμαι γὰρ καὶ αὐτὸν τὸν Ἱερεμίαν, θρήνους, εἴ τις ἄλλος, εἰδότα συμπαρατείνειν παραπτώμασι, τὸ ἔλαττον ἐνταῦθα λαβόντα, καὶ τὴν συμπάθειαν ὅλην κενώσαντα ἀπελθεῖν. Τηλικοῦτον πρόκειται πτῶμα, καὶ τηλικαύτη κατέσχε τὸ ἀνθρώπινον πληγή. Ὅρα γὰρ. οἵμοι, νῦν μὲν ὅπως συνηγόρους ἑαυτοὺς προχειρίζονται τοῦ ἐχθροῦ, νῦν δὲ οὐ συνηγόρους μόνον ἀλλὰ καὶ τῇ κακίᾳ ὑπερ- B ἐχοντας καὶ παρευδοκιμοῦντας τὸν ἀρχέκακον καὶ ὑποσπορέα τοῖς τοιούτοις. Καὶ παρελαύνοντες τοῖς ἀτόποις τὸν εἰσηγητὴν, αἴσθησιν οὐκ ἐθέλουσι λαβεῖν. Τοῦ γὰρ Σωτῆρος ἡμῶν ἤδη τὴν αὐτοῦ θεότητα καὶ ἰσχὺν παραδεικνύντος τοῖς θαύμασιν, ἐπεὶ τῶν ἄλλων νοσημάτων ἀπαλλάττων τὸ οἰκεῖον πλάσμα, οὐδὲ τὸ τῶν δαιμόνων στίφος εἶα διενοχλεῖν, ἀλλὰ μετὰ πολλῆς τῆς αὐθεντίας ἀπήλαυνεν, οὐκ ἐτόλμησεν, ὅπερ πρότερον, ἀλαζονεύσασθαι ὁ ἐχθρὸς, καὶ ἑαυτοῦ εἶναι, ἐξ οὗ ἐδιώκετο, ἀντειπεῖν. Ἀλλ' ἅμα τε ὁ Κτίστης εὐσπλάγχνῳ τῷ κτίσματι προσέβλεψεν ὄμματι, καὶ ὁ λεγεὼν ἐδραπέτευε, καὶ οὐκ ἐξ ὧν φεύγει μόνον τοῦ ἀλλοτρίου διώκεσθαι, καὶ ἄκων ἔργοις ἐπιμαρτόρεται, ἀλλ' ὅτι μηδὲ τῶν χοίρων φύσις ὑπὸ τὴν πονηρὰν ἐστι πλάσιν καὶ ἀρχὴν λαμπρότερον ἀνομολογεῖ. Αἰτοῦσι γὰρ οἱ τῆς πονηρίας τὸν κοινὸν Κτίστην καὶ Δημιουργὸν ἄδειαν αὐτοῖς παρασχεῖν, κἂν γοῦν ἐν ἐκείνοις εἰσελθεῖν. Ὁ δὲ ἅρα πάντα ἐν σοφίᾳ ποιῶν, οὐκ ἐκείνοις, ὡς ἔοικε, χαριζόμενος, ἀλλ' ἣν κατὰ τῶν ἀνθρώπων ἔχθραν ἔχουσι καὶ μιαιφονίαν ἐνδείξασθαι παραχωρῶν, ἀλλὰ μὴν καὶ τῆς ἀτόπου ταύτης νόσου, οἷόν τινα θεραπείαν προκατασκευαζόμενος τήν τε αἴτησιν αὐτῶν ἀφῆκε προελθεῖν, καὶ τὴν αὐτῶν ὁρμὴν καὶ γνώμην εἰς θρίαμβον ἐξελθεῖν. Ὁρᾷς πῶς ὁ τῶν δαιμόνων λεγεὼν οὐ λόγοις ἀλλ' ἀνάγκῃ πιεζόμενος τοὺς χοίρους ἀνομολογεῖ ἔργα εἶναι τοῦ ἐν τῇ σαρκὶ κρυπτομένου ἀληθινοῦ Θεοῦ ; Εἶτα ὁ ἐχθρὸς πρότερον καταψευδόμενος καὶ λέγων· Ταῦτα πάντα ἐμά D ἐστι, καὶ ἐὰν πεσὼν προσκυνήσῃς μοι, δώσω σοι αὐτὰ· οὗτος τότε ἀγνοῶν μὲν, ὅτι Θεὸς ἦν, ᾧ τὴν πεῖραν προσῆγε, καταλαζονευόμενος δὲ, ὡς τὰ ἰδίγεια ἐστιν αὐτοῦ, τῆς θεϊκῆς ἤδη δόξης διά τῶν θαυμάτων ἀπαστραπτούσης, ἔδεισέ τε ὁ ἀναιδὴς, καὶ τῆς ἀλαζονείας ἀπέστη· καὶ ὁμολογεῖ δι' ἔργων μηδὲ τὴν ἐπὶ τοῖς χοίροις ἔχειν ἐξουσίαν, μὴ ὅτι γε πλάσιν.

XIX. Mihi vero hæc ita argumentanti, et, quantum hostis contra homines valuerit, in quantamque perniciem præcipites illi acti sint, quam item procul natura a Conditore aversa sit, postquam adversarium loco Conditoris ut dominum suum elegit, exponenti, interiora invertuntur, visceraque commoventur, lacrymæ ex oculis cadunt, et querelæ argumenta superant. Sed quæ tandem lamentatio affectum satis exprimat ? Ipsum enim Jeremiam, qui certe, si quis alius, threnos delictis pares concinnare valuit, hic inferiorem fore, et omni commiseratione profusa negotium relicturum esse crediderim. Tam gravis ob oculos nobis versatur lapsus, et tantum genus humanum vulnus accepit. Vide enim quomodo nunc quidem, proh dolor ! se hostis administros sistant, nunc vero non administros modo, sed et ut tales, qui malitia ac factis hujusmodi ipsum ab origine malum et mali satorem superant ac vincunt, et ne sic quidem quamvis magistrum insolentia sua prætervehantur, mali sensu afficiuntur. Cum enim Servator noster divinitatem suam et potentiam miraculis jam declarasset, idem non solum aliis morbis creaturam suam liberavit, sed nec permisit, ut eadem a dæmonum caterva turbaretur, atque adeo cum auctoritate multa eam propulsavit, non sane tunc, ut antea, ausus est superbire hostis, suumque id, quo impetebatur, esse dixit. Sed simul ac Creator creaturam suam oculo miserante aspexit, legio dæmonum aufugit [10a], neque solum eo ipso, quod fugit, ab alieno se peti re C ipsa, etiam invitus, testatur, sed et, quod nec porcorum natura malo conditori et principio subjecta sit, clarissime profitetur. Mali enim isti a communi Conditore et Creatore expetunt sibi facultatem vel in porcos ingrediendi. Qui vero omnia sapienter faciebat, certe non illis, ut videtur, gratificaturus, sed potius ostensurus, quam adversus homines inimicitiam foveant, cædemque spirent, imo vero et medicinam quamdam contra insolentem hunc morbum paraturus, petitionem eorum omni ex parte ratam esse, eorumque impetum et voluntatem triumphi loco inservire jubebat. Videsne, quomodo legio dæmonum non verbis sed factis, neque sponte sua, sed necessitate coacta, profiteatur, porcos operà esse veri Dei, sub carne occultati ? Deinde hostis, qui primum mentitus erat dicens : *Hæc omnia mea sunt, et, si procidens adoraveris me, ea tibi dabo* [11] ; is, inquam, quidem ignorans, Deum esse eum, in quem tentationem moliretur, atque adeo terrestria sua esse gloriatus, nunc, quando divina gloria per miracula eluxisset, timuit sibi impudens, et ab arrogantia abstinuit : atque sic opere ipso fatetur, se nec potestatem quidem in porcos habere, nedum eos creasse.

[10a] Marc. v, 9. [11] Matth. vi, 9.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(14) Ταράσσεται. Ita scripsi pro παράσσεται, quod est in ms.

XX. Tu vero, a homo, expergiscere : nondumne Dominum tuum agnoscere cupis, sed adhuc corpus tuum creaturam Mali appellas ? Is, cujus agebas patronum, timore correptus, deponit mendacium, tu vero in patrocinio pergis ? Ille opere ipso clamat, quod nec porcorum sit dominus, tu vero eum tuum facis dominum ? Is nondum perfecte Dominum agnoscens, neque enim crux adhuc erat fixa, neque sol tenebris obduxerat lucem, neque terram, per naturam alioquin quietam, mirabilis corripuerat tremor, neque conclavia inferorum locorum evacuata adhuc erant, neque resurrectio cognita: et vel sic, cum nihil horum adesset, latro, a veritate substantiali sibi metuens, a potestate, quam antea sibi ipsi affinxerat, se ipsum etiam invitus revocat. Veritas enim mendacem ita coercebat, ut cum antea regna omnia sua esse gloriaretur, opere ipso ne in porcos quidem, nedum in quidquam aliud, potestatem se habere clamaret. Tu vero post crucem perlatam, post spoliatum infernum, post factam resurrectionem, post triumphatos principatus et potestates tenebrarum, post datam tibi facultatem, omnem hostis, si velis, potestatem eludendi ; tu, inquam, teipsum adhuc ferre potes, quando te alius, ne dicam tu temetipsum, obnoxium et creaturam Mali appellat ? Quis vero non vel hinc facile perspexerit, quod, qui sub lege prophetæ erant et legati, quosque Jerusalem, ceu stupidissimorum Judæorum cœtus prodit, lapidans et occidens non ferebat, illi omnino a bono principio inspirati et missi sint, atque inde originem duxerint, unde omnia ista profluxerant, nempe ab ipso Domino nostro Jesu Christo, veritatis fonte ? Is enim miseram clamat esse Jerusalem ob ea, quibus facta sit obnoxia. Non vero miseram diceret Bonitas ipsa eam urbem, quæ lapidaret aut occideret pravitatis amatores aut ejusdem legatos : *Jerusalem enim*, inquit, *Jerusalem, quæ occidis prophetas, et lapidas missos ad eam* [12]. Et postea : *Quoties volui congregare filios tuos, quomodo gallina pullos suos, vos autem noluistis* [13]. Hoc est : Quoties volui ex commiseratione eos ad me recipere, et pœnæ subtrahere, quæ vos pro cæde prophetarum et pro ludibrio, in leges vobis datas probato, manebat, prætereaque ea gratia donare, ut præsenti in hac vita felicitate frui possitis ? At enimvero, quam tyrannidem insipidi ipsi vobis constituistis, ea non solum non permisit ad conversionem ullo modo, quam tamen tanta et talis benevolentia offerebat, et ad eam amplectendam cohortabatur, respicere, sed et ut prioribus similia addatis, impellit. Et quid dico similia ? Imo longe pejora, quibus providentiam meam et humanitatem a vobis

[12] Matth. XXIII, 37. [13] ibid. 38.

Κ'. Καὶ σὺ, ἄνθρωπε, ἀνάνηψον, οὔπω θέλεις ἐπιγνῶναι τὸν σεαυτοῦ Δεσπότην, ἀλλ' ἔτι τὸ σὸν σῶμα πλάσμα λέγεις τοῦ Πονηροῦ ; Ὁ συνηγορούμενος, φόβῳ συσχεθεὶς, τὰ ψεῦδος ἀπέθετο, καὶ σὺ τὴν συνηγορίαν ἔτι συγκροτεῖς ; Ἐκεῖνος τοῖς ἔργοις ἀναδοᾷ, ὡς οὐδὲ τῶν χοίρων κύριός ἐστι, καὶ σὺ σεαυτοῦ κύριον ποιεῖς ; Ἐκεῖνος οὔπω τελείως τὸν Δεσπότην ἐπιγνοὺς (15), οὔπω γὰρ ἦν ὁ σταυρὸς πηγεὶς, οὐδ' ὁ ἥλιος σκότῳ καλυψάμενος τὸ φῶς, οὐδὲ τὴν γῆν ἀντὶ τῆς κατὰ φύσιν ἠρεμίας ὁ παράδοξος εἶχε τρόμος, οὐδὲ τὰ τοῦ ᾅδου ἐκκενώτο ταμεῖα, οὐδὲ ἡ ἀνάστασις ἐγινώσκετο. Ἀλλ' οὖν καὶ μηδενὸς ἔτι τούτων παρόντος ὁ λῃστῆς τὴν ἐνυπόστατον δεδιὼς ἀλήθειαν, ἣν αὐτῷ προανεπλάσατο ἐξουσίαν, ταύτης ἑαυτὸν καὶ ἄκων ἀπάγει. Ἐδιάζετο γὰρ ἡ ἀλήθεια τὸν ψεύστην· καὶ μηδὲ τῶν χοίρων, μὴ ὅτι τινὸς ἄλλου, ὁ τὰς βασιλείας πάσας ἑαυτοῦ τερατευόμενος εἶναι μηδ' αὐτῶν ἔχειν τὴν κυριότητα τοῖς πράγμασιν ἀνακράζει. Καὶ σὺ μετὰ τὸν σταυρὸν, μετὰ τὸ σκυλευθῆναι τὸν ᾅδην, μετὰ τὴν ἀνάστασιν, μετὰ τὸ παραδειγματισθῆναι τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας τοῦ σκότους, μετὰ τὸ λαβεῖν σε τὴν ἐξουσίαν, ἂν ἄρα βούλῃ, κατὰ πάσης τῆς δυνάμεως τοῦ ἐχθροῦ, ἔτι σεαυτὸν ἀνέχῃ, εἴ τις σε ἄλλος ὑπεξούσιον καὶ πλάσμα λέγει τοῦ πονηροῦ, μὴ ὅτι γε σὺ σεαυτόν ; Τίς δ' οὐχὶ κἀντεῦθεν ῥᾷστα συνίδοι, ὡς οἱ διὰ τοῦ νόμου προφῆται καὶ ἀπεσταλμένοι, οὓς ἡ Ἱερουσαλὴμ, ὃ νῦν δηλοῖ τῶν ἀγνωμονεστέρων Ἰουδαίων τὸ σύστημα, λιθοβολοῦσά τε καὶ ἀποκτιννῦσα οὐκ ἀνίει, οὗτοι δὴ τῆς ἀγαθῆς ὑπῆρχον ἐπιπνοίας τε καὶ ἀποστολῆς, καὶ δὴ καὶ τὴν δημιουργίαν ἔλκοντες ἐκεῖθεν : Πόθεν καί τίς ἡ παράστασις· αὐτός ἐστιν ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ἡ τῆς ἀληθείας πηγή. Ταλανίζων γὰρ τὴν Ἱερουσαλὴμ, οἷς ἐν τούτοις ὑπηνέχθη, οὐκ ἂν δὲ ταλανίσειεν ἡ ἀγαθότης τὴν λιθοβολοῦσαν καὶ ἀποκτενοῦσαν τοὺς ἐραστὰς τῆς πονηρίας, ἢ τοὺς ὑπ' αὐτῆς ἀπεσταλμένους. Ἱερουσαλὴμ γὰρ, φησὶν, Ἱερουσαλὴμ, ἡ ἀποκτείνασα τοὺς προφήτας, καὶ λιθοβολοῦσα τοὺς ἀπεσταλμένους πρὸς αὐτήν. Εἶτα· Ποσάκις ἠθέλησα ἐπισυνάξαι τὰ τέκνα σου, ὃν τρόπον ὄρνις τὰ νοσσία ἑαυτῆς, καὶ οὐκ ἠθελήσατε. Ἀντὶ τοῦ· Ποσάκις ἠθέλησα διὰ συγγνώμης ἀναλαβεῖν ὑμᾶς, καὶ τῆς δίκης ἐξαρπάσαι, ἥτις ἀντὶ τῶν προφητικῶν αἱμάτων καὶ οἷς τῶν δεδομένων ὑμῖν κατορχεῖσθε νόμων, ἀπέκειτο, εὐδαιμονίας τε συνόντας ἀλλήλοις τῆς κατὰ τὸν βίον ἀπολαύειν, χάριν παρασχεῖν. Ἀλλ' ἦν αὐτοί γε καθ' ἑαυτῶν τῆς ἀπονίας τυραννίδα προεστήσασθε, οὐ μόνον οὐδὲν πρὸς ἐπιστροφὴν ἀφορᾷν ὑμᾶς παρεσκεύασε καίτοι τοσαύτης καὶ τηλικαύτης τῆς εὐμενείας ταύτην ὑμῖν προτεινούσης, καὶ πρὸς αὐτὴν ἐπιστρέφεσθαι παρακαλούσης, ἀλλὰ καὶ καθ' ἑκάστην παραθρασύνει (16) προστιθέναι τὰ ὅμοια. Καὶ τί

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(15) Ἐπιγνοὺς. Ita fert variorum Patrum sententia malum dæmonem Christum, ut Deum et Servatorem mundi, sub nativitatem aut initium præconii ejus non cognovisse. Vide testimonia eorum collecta a Dionysio Petavio in *Dogmatibus theologicis*, tomo III, lib. I, c. 8, p. 27.

(16) Παραθρασύνει. Sic putavi scribendum pro παραθρασύνῃ, quod erat in ms.

λέγω τὰ ὅμοια ; Ἀλλὰ μὴ τὰ πολὺ χαλεπώτερα, δι' ὧν ὑμεῖς τὴν ἐμὴν πρόνοιαν καὶ φιλανθρωπίαν ἑαυτων ἀπεσκευάσασθε. Διὸ καὶ ὁ καιρὸς ὑμῖν ἀπαιτεῖσθαι παρέστηκε τὰ ἐπίχειρα, τήν τε ἀπ' ἀλλήλων καταδικάζων διασποράν, καὶ οὐ τὴν διασποράν μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτὴν τὴν πόλιν αὐτοῖς θεμελίοις καταστρέφων, καὶ ἐρημίᾳ παραδιδούς. Εἰ οὖν κατὰ τῶν προφητικῶν αἱμάτων ἡ τόλμα καὶ τῶν ἀπεσταλμένων ὁ φόνος εἰς ταλανισμὸν μὲν ἀπάγει τοὺς Ἰουδαίους, προοίμιον δὲ γίνεται τῆς ἐσχάτης αὐτῶν ἀπωλείας, πῶς οὐχὶ τὴν ἴσην δίκην ἵνα μὴ λέγω τὴν μείζονα, οἱ θερμοῖ μὲν τῶν Ἰουδαίων μιμηταὶ καὶ ὑπερβαλέσθαι δὲ φιλονεικήσαντες αὐτοὺς, οὐκ αὐτοὶ καθ' ἑαυτῶν ἐπάγουσί τε καὶ ἄφυκτον ταύτην κατασκευάζουσι περιφανῶς. Οἱ γὰρ πονηρᾶς δημιουργίας, ὧν ἔκδικος ἡμῖν ὁ Σωτὴρ, τούτους δυσφημοῦντες προελθεῖν, πολλῷ χαλεπώτερον τολμῶσι τῶν ἀνελόντων αὐτοὺς. Οἱ μὲν γὰρ κατὰ σωμάτων ἅπαξ ἀφῆκαν τὴν πληγὴν, οἱ δὲ τὴν πονηρίαν αὐτοῖς φύσει συγκατασκευάζοντες, ἀΐδιον ἐναφιεῖσι τὴν ἀνίατον καὶ ἀνυπόστατον πληγὴν, μετὰ τὸ καὶ τοὺς ἀνελόντας αὐτοὺς ἀντὶ τῆς τιμωρίας ἐπάθλοις κοσμεῖν, δι' ὧν μὲν τὴς σωματικῆς ἐκείνης σφαγῆς ἀρχηγοὺς τῇ γνώμῃ παριστῶσιν ἑαυτούς. Καὶ οὐ ταῦτα μόνον, καὶ τοι τηλικαῦτα ὄντα, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῆς κατὰ τῶν σωμάτων ἀσελγείας ἐπὶ τὸν κοινὸν Δεσπότην καὶ Δημιουργὸν ἀναφέρειν οὐ φρίττουσιν τὴν ἀσέλγειαν. Οἷς γὰρ, ὧν ἐστιν ἔκδικος, κακίας λέγουσιν ἔργα καὶ θεραπευτὰς, τούτοις τὴν ὕβριν, ἄλκ' οὐκ ἂν ὀνομάσαιμι, συνεξυβρίζουσι καὶ τὸν ἐκδικητήν.

ΚΑ'. Ὅτι δὲ τῶν προφητῶν ὁ χορὸς, καὶ αἷς ἱερολογίαις Μωσῆς ὑπηρετήσατο, αὐτοί τε Θεοῦ πεφήνασι τοῦ ἀγαθοῦ καὶ πλάσμα καὶ λατρευταὶ καὶ ὧν ὑποφῆται χρηματίσαι χάριν ἔλαβον, ἐπιπνοίας ἦν ταῦτα καὶ προνοίας ἀγαθουργοῦ, καὶ οὐδὲν ἦν πρός γε τὴν τότε τῶν ἀνθρώπων ἀκοὴν, οὔτε σοφώτερον, οὔτε ἀσφαλέστερον, ἀλλ' οὔτε σωτηρίαν παρασχεῖν ἑτοιμότερον, οὐδὲ χειραγωγῆσαι βέλτιον, αὐτὸς πάλιν ἡμῖν ὁ καὶ τῆς παλαιᾶς καὶ τῆς νέας διαθήκης Δεσπότης, παρέχει καὶ τὴν ἀπόδειξιν. Τοιαύτην γὰρ τοῖς προφήταις τοῖς αὐτοῦ παρέσχεν ἔργοις τὴν τῆς ἀληθείας ἀσφάλειαν, καὶ εἰς τοσαύτην τούτους δόξαν καὶ περιφάνειαν ὕψωσεν, ὥστε οὐ τὰ παράδοξα τῶν ἔργων μόνον τούτους ἐπιδείκνυσι προκαταγγεῖλαι καὶ ἀνειπεῖν, οὐδ' ὅτι σταυρὸν καὶ θάνατον, οἷς ὑποστήσεται (17) σώσει τὸ γένος ἡμῶν · οὐδὲ χολὴν καὶ ὄξος, ὡς (18) ποτισθήσεται· οὐδ' ὅτι τὸ πάθος ὁ ἥλιος οὐ φέρων σκοτισθήσεται, οὐδ' ὅσα ἄλλα μετὰ τοῦ ὑπερφυοῦς καθέκαστον ἔσχε τὴν ἔκβασιν ἀπαράτρεπτον· ἀλλ' οὐδ' ὅτι ἐπὶ πῶλον ὄνου καθεδεῖται, καὶ τῶν δυσανασχετούντων τοὺς παῖδας ὑμνολόγους ἕξει. Οὐμενοῦν οὐδὲν τούτων ἀφῆκε μὴ κατὰ τοὺς ἐκείνων λόγους καὶ τὰς προφητείας προελθεῖν, καὶ ἑαυτὸν ἐπιδεῖξαι διαπραττόμενον. Καίγε τί προσῆκον ἦν, τὸν ἀναιρέτην τῆς κακίας, καὶ οὗ τῆς ἐπιδη-

A ipsis propulsatis. Propterea et tempus vos exspectare jubet pœnas promeritas, quod non solum dispersionem a vobis invicem irrogabit, sed et ipsam urbem funditus evertet, et desertam reddet. Si igitur audax in prophetarum sanguinem facinus et missorum cædes Judæos in miseriam conjicit, atque initium facit extremæ ipsorum calamitatis, quomodo non idem judicium, ne dicam gravius, strenui Judæorum imitatores, imo eosdem ut superent, adnitentes, ipsi illi in se transferunt, idque manifeste inevitabile reddunt ? Qui enim eos, quorum ultorem Servator se nobis sistit, a malo principio proficisci calumniantur, illi graviora audent istis, qui eos ex vita sustulerunt. Illi enim semel corporibus manus intulerunt, at,
B qui malitiam natura ipsis insitam nugantur, perpetuo illis plagas inferunt insanabiles ei intolerabiles, siquidem et occisores eorum pro pœnæ præmiis ornant, atque sic quoad mentem et animi sententiam cædis hujus corporeæ duces se probant. Quæ quamvis gravia sint, ne sic quidem illis sufficiunt, qui potius petulantiam suam a corporibus ad communem Dominum et Conditorem convertere non verentur. Quando enim eos, quorum ultor est, malitiæ opera et ministros esse dicunt, tum injuria, vix ausim dicere, ipsum quoque vindicem eorum afficiunt.

C

XXI. Quod vero prophetarum chorus et Moses in sacris oraculis, quæ ediderunt, ut opus Dei et ministri Boni comparuerunt, atque ea, quorum prænuntii appellari merebantur, ab afflatu et providentia divina profecta erant, et talia omnino, quibus eo tempore in auribus hominum nihil sapientius, verius nihil, aut ad salutem parandam aptius, vel ad docendum melius fuerit, ipse iterum Veteris et Novi Testamenti Dominus demonstrat. Operibus enim prophetis eam veritatis fidem fecit, eoque in tantam gloriam et dignitatem evexit, ut ostendat, eas non solum mirabilia opera sua prædixisse, aut, crucem et mortem, quam perpessurus, genusque
D nostrum ita redempturus sit; aut fel et acetum, quibus potandus sit, aut solis, passionem hanc non ferentis, obscurationem ; aut cætera omnia, quæ quidem singula, ut supernaturalia erant, eventum indeclinabilem sortiebantur ; sed et quod super pullum asinæ sessurus, et indignantium filios laudatores habiturus sit. Horum, inquam, nihil reliquum fecit, quod non secundum sermones eorum et vaticinia perficeretur, seque id efficere testaretur. Jam vero quid decebat eum, qui malum sublaturus erat e medio, et cujus adventus potissimum ad tyrannidis abolitionem spe-

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(17) Ὑποστήσεται. Excidisse hic videtur particula καὶ.
(18) Ὡς. Forte rectius legeris οἷς.

ctabat, cum nosset tum prædicta, tum eos, qui ea prædixerant ? Utrum omnia illis contraria facere, si a contrario principio essent profecta, an potius operam dare ipsum decebat, ut omnia implerentur, nihilque eorum, quæ ipsi prædixerant, irritum relinquere ? Atqui Christus adeo nihil eorum, quæ ii vaticinati erant, neglexit, ut sæpe, cum aliquid faceret, innueret, se ista facere, prout illi quidem præviderint, et prædixerint, operaque sua nullatenus ab iis abire, quæ ab istis erant prædicta. Adeo operæ pretium putavit ostendere, eos esse veraces, magnamque in eo curam posuit, ut demonstraret, illos veri Dei et Patris veros esse prophetas et ministros. Et qui cum ratione conciliari posset, prophetas veritatis fontem constituere, aut opere ipso mirabilia eorum vaticinia confirmare et perficere, ac totum orbem fidei eorum testes oculatos sistere ? Idem certe hoc est, ac si veritas ipsa doceret, principii hostilis hoc esse negotium, ut veritatem suggerat. Nota vero, Servatorem, pullo vectum, alia quoque subinnuere. Hoc scilicet omnium maxime manifestum est, quod prophetiam confirmare conetur. Sanctissimum enim hoc oraculum edicit : Hoc vero omne factum est, ut impleretur, quod enuntiatum est per Prophetam dicentem : *Dicite filiæ Sion : Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus : et sedens super asinam, et pullum subjugalis* [14]. Videsne, quomodo Servator mundi pullo insideat ad implendam et confirmandam prophetiam ? Quæ enim, quæso, si ab hoc testimonio dando discesseris, alia causa adesse videtur, quæ, via adeo brevi exsistente, Jesum pullo insidere suaserit, qui sæpe et varias vias pedibus confecerat ? Aut quam gloriam pullus attulit, dum portabat, ei, qui verbo virtutis suæ portat omnia ? Quod vero regnum subjugale prædicavit, dum sustinebat vectum regem Israelis ? Humilitatem enim et mansuetudinem si non magis, certe non minus testatam fecisset, si iter pedibus fecisset. Adeo ea, quæ veteris erant testamenti, cum novo conjunxit : adeo et verbis et factis edocere perrexit, ex eadem bonitate et nova illa proficisci, quamvis inter cætera dogmata hoc ipsum gratia in primis urgeret.

XXIII. Quid enim, cum in templum iret, num illud ad se non pertinere edixit, ceu apostatis videtur ? aut num profanari id permisit, tanquam futurum tyrannidis a se destruendæ, delubrum et domicilium ? Certe si ita statuendum fuisset, quod absit dicere ! initium omnino destructionis faciendum erat eo in loco, ubi ita hosti cultus exhiberetur. At enimvero ille omnia alia agebat, opere ipso ho-

[14] Matth. xxi, 4, 5.

A μίας τὸ μέγιστον ἡ τῆς τυραννίδος κατάλυσις, εἰδότα καὶ τὰ ποφητευθέντα, καὶ οἱ ταῦτα προεφήτευσαν, πότερον ἀπεναντίας ἐκείνων ἅπαντα πράττειν, εἴπερ ἦσαν ἐξ ἀντικειμένης ἀρχῆς, ἢ ζητεῖν πάντα πληρῶσαι, καὶ μηδὲν ἐᾶσαι διαπεσεῖν, ὧν ἐκείνοις ἐπῆλθεν εἰπεῖν. Ἀλλὰ μὴ τοσοῦτον ὤφθη, μηδὲν τῶν ἐκείνοις τεθεσπισμένων ὑπεριδὼν, ὡς καὶ πολλάκις ἐν τῷ πράττειν ἐπισημαίνεσθαι, καθὼς προεῖδον ἐκεῖνοι, καὶ προαπήγγειλον οὕτω ποιεῖν, καὶ κατὰ μηδὲν τῶν ἐκείνοις κεχρησμῳδημένων ἀπαλλοτριοῦσθαι τὰ ἔργα αὐτοῦ. Οὕτω προὔργου τὸ ἀληθεύειν ἐκείνους ἐτίθετο, καὶ ὡς τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς παναληθεῖς ὑπῆρχον ὑποφῆται καὶ διάκονοι, πολλὴν τὴν πρόνοιαν ἐπεδείκνυτο. Καὶ πῶς ἂν ἔχοι λόγον, πηγάζειν τοὺς προφήτας, παρασκευάζειν τὴν ἀλήθειαν, B ἢ, τῶν κεχρησμῳδημένων αὐτοῖς παραδόξων ὄντων, πέρας τὰ ἔργα παρέχειν, καὶ τῆς ἐκείνων ἀληθείας τὴν οἰκουμένην πᾶσαν διὰ τῶν ὀμμάτων ποιεῖν μάρτυρας ; Ὅ ταυτόν ἐστι τῆς μισούσης ἀρχῆς τὴν ἀλήθειαν ἐπιτήδευμα διδάσκειν εἶναι τὸ χορηγεῖν τὴν ἀλήθειαν. Ὅρα δὲ, καὶ ἄλλα μὲν αἰνιττόμενος ὁ Σωτὴρ τῷ πώλῳ ἔποχος ἦν. Τὸ δὲ μάλιστα ἐμφανὲς τὴν προφητείαν ἔστι λαβεῖν, ὅτι βεβαιῶν. Λέγει γὰρ τὰ λόγια τὰ σεπτά. Τοῦτο δὲ ὅλον γέγονεν, ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν διὰ τοῦ προφήτου λέγοντος· Εἴπατε τῇ θυγατρὶ Σιών· Ἰδοὺ ὁ βασιλεύς σου ἔρχεταί σοι πραΰς, καὶ ἐπιβεβηκὼς ἐπὶ ὄνον καὶ πῶλον υἱὸν ὑποζυγίου. Ὁρᾷς ὅπως ἐπ' ἐκβάσει τε καὶ βεβαιώσει τῆς προφητείας ὁ τοῦ κόσμου Σωτὴρ ἐπὶ τὸν πῶλον καθέζεται ; Ἐπεὶ καὶ χωρὶς C τῆς τοιαύτης μαρτυρίας, κατά γε τὸ φαινόμενον, τίς ἑτέρα χρεία παρῆν κατεπείγουσα, συντόμου προκειμένης οὕτω τῆς ὁδοῦ, ἐποχεῖσθαι πώλῳ τὸν Ἰησοῦν, ὅς γε πολλάκις καὶ πολυπλασίους ποσὶ τοῖς αὐτοῦ διῆλθεν ὁδούς ; Ἡ ποίαν δόξαν ἀνῆπτε φήρων ὁ πῶλος τῷ σύμπαντα φέροντι τῷ ῥήματι τῆς δυνάμεως αὐτοῦ. Τίνα δὲ καὶ βασιλείαν ἐκήρυττεν ὑποζύγιον, ἀνέχον ὀχούμενον τὸ βασιλέα τοῦ Ἰσραήλ ; Τὸ γὰρ ταπεινὸν καὶ πρᾷον, ἵνα μὴ λέγω μᾶλλον, εἰ τὴν ὁδοιπορίαν ποσὶ βαδίζων διήνυεν, ἀλλ' οὖν οὐκ ἔλαττον παρεῖχεν ἐννοεῖν. Οὕτω τὰ τῆς παλαιᾶς τοῖς τῆς χάριτος συνεβίβαζε, καὶ οὕτω διὰ τῆς αὐτῆς ἀγαθότητος καινὰ καὶ ταῦτα προελθεῖν, εἰ καὶ τὸ μεῖζον ἡ χάρις εἶχε μετὰ τῶν ἄλλων σωτηρίων δογμάτων καὶ τοῦτο, καὶ λόγοις καὶ ἔργοις ἐκπαιδεύων οὐκ ἀφ- D ίστατο.

ΚΓ'. Τίμ (19) ἱερῷ προεσελθὼν ἄρα ἀλλότριον ἀπέφηνεν αὐτὸ, ὃν τρόπον ἡ ἀποστασία βούλεται, ἢ βεβηλοῦσθαι παρῆκεν, ὡς τῆς μελλούσης ὑπ' αὐτοῦ καθαιρεῖσθαι τυραννίδος ἀνάκτορον (20) καὶ κατοικητήριον ὄν, πολλοῦ γε καὶ δεῖ, καίτοιγε ἐχρῆν· ἀλλ' ἴλεως εἴη Θεὸς, ἀφ' οὗ μάλιστα τὴν θεραπείαν ἤδη προσφερομένην τῷ ἐχθρῷ, αὐτόθεν αὐτοῦ τε τῆς καταλύσεως ποιεῖσθαι τὴν ἀρχήν. Ὁ δὲ τοὐναντίον

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(19) Τίμ. Lacunæ vestigium, in ms. expressum, credere me jubet, scribendum fuisse τί μέν.

(20) Ἀνάκτορον. Vox hæc proprie quidem de Dioscurorum templo, tum vero generatim de reliquis omnibus usurpari a Græcis solet. Vide Ezechielem Spanhemium, ad hymnos Callimachi in Appolinem, v. 76.

ἅπαν ἐκτελεῖ δι' ἔργων αὐτῶν ἐλέγχων τοὺς ἀσεβεῖς. Οὐ γὰρ μόνον οὐδὲν οὐκ ἀφῆκεν ὑβριστικὸν, ἀλλὰ καὶ τοὺς μὴ λίαν τετιμηκότας ἐκβάλλει τε καὶ ἀπελαύνει σὺν ἀπειλῇ, καὶ τῆς ὀργῆς, ὅσης ἦσαν ἄξιοι βεβηλοῦντες τὸν οἶκον τοῦ πατρὸς αὐτῶν παριστῶν, φραγέλλιόν τε (21) σχοινίων διαπλέκει, καὶ τοῦτο τούτοις ἐπανατείνεται, καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰς τραπέζας τῶν κολλυβιστῶν, αὗται δ' ἂν εἶεν, αἳ τὸ τῆς ἀλλαγῆς ἀργύριον καὶ τὰ κέρματα ἔφερον, ἐφ' οἷς καὶ τὰς καθέδρας τῶν πωλούντων τὰς περιστερὰς ἢ τοὺς βοῦς· εἰ βούλει δὲ καὶ τὰ πρόβατα, καταστρέφει (22). Καὶ οὐκ ἔπραξε μὲν ταῦτα· ἐσίγησε δέ. Ἢ οὐκ ἐσίγησε μὲν, διὰ παραβολῆς δὲ ἐφθέγξατο· ἢ οὐ τοῦτο μὲν, οὐ σὺν παῤῥησίᾳ δέ. Καὶ τίς ἂν ἄλλος εἴη σαφέστερος λόγος, ἢ τῇ παῤῥησίᾳ κρατῶν, ἵνα μή τις καὶ τῶν κακουργεῖν σοφίαν ποιουμένων, ἀφορμὴν ἄλλην ἑαυτῷ διαπλαττόμενος εἰς ἐκείνην τῶν πεπραγμένων ἀνάπτῃ τὴν αἰτίαν· ἀλλ' ἅμα τε εἰργάζετο ταῦτα τὸ πατρικὸν ἱερὸν τῆς τῶν Ἰουδαίων ὀλιγωρίας ἀποκαθαίρων καὶ ἀφαγνιζόμενος. Καὶ χρησμὸν ἐπέφερε, λαμπρῶς καὶ σὺν παῤῥησίᾳ διδάσκων, καὶ τῆς ἀπειλῆς καὶ τῆς καταστροφῆς τῶν τῆς ἐμπορίας τραπεζῶν καὶ καθεδρῶν τὴν αἰτίαν. Ὁ οἶκός μου γὰρ, φησὶν, οἶκος προσευχῆς κληθήσεται, ὑμεῖς δὲ αὐτὸν ἐποιήσατε σπήλαιον λῃστῶν· οἶκον προσευχῆς καὶ Θεοῦ οἶκον τὸν νομικὸν καὶ εἰδὼς καὶ ὀνομάζων ναόν. Καὶ ἐκδικῶν αὐτὸν βεβηλούμενον, διότι τε τοῦ ἀγαθοῦ πατρὸς ἦν, καὶ διότι καὶ αὐτοῦ, εἴπερ ἅπαντα τὰ τοῦ Πατρός ἐστι καὶ αὐτοῦ. Καίτοι πόση τις ἡ βεβήλωσις ἦν ἀργυρίου ξύλον καὶ κερμάτων πίναξ, ἐν ᾧ τὸ τῶν ἀλόγων ζώων ἀντάλλαγμα κατεβάλλετο. Ἀλλ' οὕτως ᾔδει τότε τοσαύτης ὄντα τιμῆς καὶ εὐλαβείας ἄξιον τὸν ναὸν, ὡς μηδὲ τὸ βραχύτατον ἀνέχεσθαι τῶν ἔξω πιπτόντων τῆς ὀφειλομένης αὐτῷ τιμῆς παραχωρεῖν τινα τολμᾷν εἰς αὐτόν. Τί λέγεις; τὸν οὕτω τιμηθέντα ναὸν ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τοὺς ἐπιχειρήσαντας τρόπον τινὰ βεβηλοῦν, τηλικαύτης ἀποφήναντα ὀργῆς, ἆρα εἴη τοὺς οὐκ ἐπ' ἐργασίᾳ μόνῃ κοινῇ βεβηλοῦν ἐπαρθέντας αὐτὸν, ἀλλ' ὅλον διόλου μύσους ἀῤῥήτου καὶ βδελυρίας ἀνυπερβλήτου πληροῦντας αὐτὸν, οὕτως ἀνευθύνους ἀφήκειν αὐτούς; Καὶ ποῦ ἂν εἴη τοῦτο λογισμοῖς νηφόντων λαβεῖν δυνατόν; Ἐντεῦθεν δὲ ἂν ἴδοις οὐκ ἔλαττον ἢ διὰ προειρημένων, ὅσης τότε δόξης καὶ τιμῆς ἄξιος ὁ Μωσῆς καὶ τὸ τῶν προφητῶν μακάριον σύνταγμα, καὶ ὅτι σύμφωνος ὁ νόμος τῇ χάριτι.

ΚΔ'. Πληρώσας γὰρ τὴν οἰκονομίαν ὁ φιλάνθρωπος ἡμῶν καὶ ἀγαθὸς Θεὸς, καὶ τὴν νίκην ἤδη φέρων κατά γε τοῦ θανάτου καὶ αὐτοῦ τοῦ προξενή-

A mines impios castigaturus. Non solum enim nulla illud injuria affecit, sed eos, qui non satis reverenter id habuerant, ejicit et cum comminatione expellit, iram quoque, qua digni erant profanatores templi Patris sui, declaraturus, flagellum ex funiculis complicatum ipsis infert[15]. Nec in hoc acquiescens mensas quoque nummulariorum, id est, eas quæ argentum permutationi aptum nummosque ferebant, insuper vero etiam sellas vendentium columbas aut boves, imo et oves, evertit. Atque hæc quidem non tantum fecit, et siluit; ipsa illa parrhesia quidem, sed per parabolas quasi enuntiavit, aut et hoc fecit, sed sine loquendi libertate. Imo aut non siluit, argumento est luculentissimo, Christum noluisse, ut quisquam eorum, qui mali-
B gnitatem pro sapientia habent, aliam sibi occasionem prætexens, in illam facti causam referat? Ideo et faciebat ea, Patris sui templum a negligentia Judæorum immune et illibatum redditurus; et oraculum subjiciebat, cum auctoritate et libere causam reddens et comminationis, et iræ, et subversionis mensarum ac sellarum, quæ ad nundinationem spectabant. *Domus* enim *mea*, inquit, *domus precationis vocabitur: vos vero eum fecistis speluncam latronum*[16]; ubi domum precationis et Dei domum templum et agnoscit et appellat illud, quod sub lege exstructum erat, idemque profanatum vindicat, eo quod et boni Patris erat, et suum ipsius, cum omnia, quæ Patris sunt, et sua sint. Et quam exigua, quæso, erat ista profanatio, a
C mensa argentaria et nummulariorum tabula profecta, in qua præmium pro pecudibus irrationalibus persolvebatur. Sed adeo ipse noverat templum tanto honore et reverentia dignum, ut ne minimum quidem ferre posset eorum, quæ quisquam infra honorem ipsi debitum auderet. Nunquid putas, Servatorem nostrum Jesum Christum, qui templum adeo in pretio habuit, atque eos, qui id quodammodo profanare aggressi erant, tanta ira dignos pronuntiavit, istos homines, qui non tantum profana quadam nundinatione id profanare ausi sunt, sed totum, quantum est, infando flagitio et incredibili scelere inquinarunt, impunitos dimissurum esse? Quomodo vel somnians hæc sibi persuadere
D posset? Sed et hinc non minus, quam ex prædictis intelligas, quo honore et cultu Moses, et beatissimus prophetarum cœtus habitus fuerit, quodque lex cum gratia concordet.

XXIV. Cum enim Deus noster hominum amantissimus et optimus officio suo perfunctus esset, victoriamque illustrem a morte, et eo, qui homini-

[15] Joan. II, 15. [16] Matth. XXI, 13.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(21) Φραγγέλλιον. Ita communem scriptionem approbat noster, pro qua unus alterve codex, teste Millio, exhibet φραγγέλιον. Lege quæ de utraque scriptione attulit Ludolphus Kusterus, ad *Aristophanis Acharnens*, v. 720.

(22) Καταστρέφει. Ita videtur noster probare lectionem unius codicis Leicestriensis, qui habet κατέστρεψε pro vulgato ἀνέστρεψε, quod Lambertus Bos in *Exercitat. philologicis in Novum Fœdus* cum ἀνέτρεψε permutatum cupiebat.

bus mortem conciliaverat, retulisset, postquam morte spoliata resurrexerat, et corpus antea ab anima sejunctum receperat, atque cum Cleophæ comitibus, qui Dominum non agnoscebant, versaretur [17]; ipsos quidem ignorantiæ, vel potius imprudentiæ et circa res fidei negligentiæ nomine reprehendit. Non alio vero nomine, quam quod ad scientiam pertinebat, reprehendit, quamvis in promptu esset, manus ostendere, et dextram et pedes, qui et clavorum et lanceæ vestigia et signa referebant, eumque, qui passus erat, ipsa illa perpessione demonstrabat : sicut et postea per ea incredulitatem a discipulis dubitantibus amoliebatur. Neque etiam in memoriam illis revocabat. quod ante passionem adhuc cum ipsis versatus ea prædixerit; nec memorabat quibus miraculis sermonum suorum veritatem comprobasset, quamvis et hoc illis, quibus deinde apparuit, recenseret. Sed nihil horum ipsis proponebat, nec ullum salutaris suæ passionis momentum ipsis objiciebat, aut exponebat, sed ostensurus quasi, et suos sermones et passionem, et Mosaica ac prophetica oracula ad demonstrandam veritatem et illustrandas hominum mentes sufficere : aliis quidem, ostensis in corpore passionis suæ vestigiis, quæ ipse prædixerat, resurrectionem suam confirmavit; aliis vero, qui visionem ejus animo præceperant, nullo eorum, quæ dicta sunt, seipsum vel revelans, vel in objurgationem eorum utens, ex prophetis et Mose objurgationem nectit, eademque opera ignorantiam et mentis et oculorum ab iis amolitur. Quod vero ad vim ac dignitatem legis ostendendam multum facit, hinc quidem ad doctrinam et confutationem sermonibus suis et passione usus est, assumpto in consortium Mosaico et prophetico testimonio; hinc vero propheticis et Mosaicis verbis passionem suam et gloriam et resurrectionem revelans, in illis penitus acquievit, quippe qui confirmatione aliunde petita non egebat. Adeo is perspectam habebat vim veritatis verborum propheticorum et Mosaicorum, magnamque eorum utilitatem, non quod hæc illis præstulerit, sed quod pro prudentia sua efficere vellet, ut oracula fruerentur reverentia et virtute earum rerum, quæ ante nuntiatæ nunc evenerant. Illis enim domestica venustas sufficiebat, his autem ad nobilitatem insitam decoris aliquid addi oportebat. Sed nihil vetat, quominus ipsa Domini verba audiamus. Dicit enim : *O imprudentes et pigri corde ad credendum iis, quæ locuti sunt prophetæ* [18]. Audisne, quomodo objurgationem per prophetas inferat? Et postea : *Nonne hæc oportebat pati Christum, et sic ingredi in gloriam suam* [19]? Ita prophetæ gloriam Servatoris annuntiant : tu vero eos ad extremam ignominiam deturbas. Et is quidem, facto a Mose et

D sancti Spiritus inspiratione condemnavit ? Per quos Spiritus sanctus Patris esse juxta Dominicam institutionem apparet ; ex quo liquido procedere magis vocibus prædicaverint (l. prædicaverunt), et quidem non sic sentientes ut universalis et apostolicæ Ecclesiæ contemptores subdiderunt anathemati. Ab antiquis enim temporibus noviter ortam impietatem præsagis Providentiæ (l. providentes) oculis et ipsam cum antecipante multifaria discessione scripto, verbo atque sententia condemnarunt. Dogmatizavit statim universalium et sacrarum synodorum secunda, Spiritum sanctum ex Patre procedere ; suscepit tertia, quarta confirmavit, consensum præbuit quinta, sexta adjudicavit, splendidis consignavit certaminibus septima. Per singulas earum est patenter videre fiducialiter egisse pietatem et Spiritum ex Patre, sed non ex Filio divinitus annuntiatum procedere. Te vero quis grex impius perdocuit, quis contrarias leges Domini ponens legibus incidere in nefarias sectas subinduxit ? »

6. Verum hinc quoque horum impietas Deoque repugnans licentia refutatur. Si enim quæcunque sunt communia secundum indifferentem et individuam simplicemque ac singularem communitatem; si, inquam, quæcunque horum Spiritui et Patri adsunt, hæc Filio quoque insunt; similiter et quæcumque in Spiritu et Filio intelliguntur, nequeunt Patri itidem negari : imo nec potest Spiritui adimi quidquam eorum quæ Filio et Patri adsunt ; puta regnum, bonitas, substantiæ supersubstantialitas, incomparabilis virtus, æternitas, immunis a corpore spiritualitas, cæteræque innumeræ id genus voces, quibus divinissima de Deitate doctrina catholicis fuit ab initio tradita. Si ergo hæc ita considerantur, et nemo Christianorum iis adversari ausit ; juxta vero hæreticam istam temeritatem Spiritus processio Patri et Filio communis est Spiritui quoque (quo quid queat scelestius auderi ?) in Spiritus processionem dividendus foret, essetque pars quidem illius producens, pars vero producta, et illa quidem causa, hæc autem causatum, et ingens aliarum blasphemiarum agmen sequeretur.

7. Sed enim procedit Spiritus a Filio. Quam ob causam : Ut scilicet aliquid accipiat, quod non habuit procedens a Patre. Jam vero si potest admitti atque affirmari, quod Spiritus hinc aliquid pluris acceperit, quod modo non absque illius assumptione erat imperfectus ? Vel omnino post illud acceptum ? Nam hinc quoque sequeretur ; posse de simplici atque compositionis experte natura duplicitatem et compositionem prædicari. Sin vero nil pluris accepit, quænam est ratio (necessitas), processionis nihil omnino præstaré valentis ?

ς'. [ε'] Ἀλλὰ κἀντεῦθεν ἔστιν αὐτῶν φωράσαι τὸ δυσσεβὲς καὶ πρὸς θεομαχίαν αὐτόνομον. Εἰ γὰρ πάντα (54) ὅσα ἐστὶ κοινὰ κατὰ τὴν ἀδιάφορον καὶ ἀμερῆ, ἁπλῆν τε καὶ ἐνιαίαν κοινότητα · εἰ πάντα ὅσα τούτων ἐστὶ, Πνεύματος καὶ Πατρὸς (55), [11] ταῦτα πρόστεστι καὶ Υἱῷ · ὡσαύτως δὲ (56) καὶ ὅσα ἐνθεωρεῖται τῷ Πνεύματι καὶ Υἱῷ, οὐκ ἔστι μὴ συνομολογεῖν ἐνυπάρχειν καὶ (57) τῷ Πατρί · οὐ μήν, ἀλλ' οὐδὲ ὅσα (58) Υἱῷ καὶ Πατρὶ, οὐδὲ τούτων οὐδὲν ἔστι τοῦ Πνεύματος ἀποστερεῖν (59) · ἐννόει μοι βασιλείαν, ἀγαθότητα (60), τὸ τῆς οὐσίας ὑπερούσιον, τὴν ὑπὲρ ἔννοιαν δύναμιν, τὸ ἀΐδιον, τὸ ἀσώματον, τὰς μυρίας καὶ συστοίχους φωνὰς, αἷς ἡ ὑπέρθεος θεολογουμένη Θεότης τοῖς εὐσεβέσιν ἄνωθεν παραδέδοται (61). Εἰ οὖν οὕτω ταῦτα θεωρεῖται, καὶ οὐδείς ἐστι τῶν ἐν Χριστιανοῖς, ὃς εἰς μαχόμενον ἀπενεχθείη διαβούλιον · ἐστὶ δὲ, ὡς ὁ αἱρετίζων νεανιεύεται λόγος, ἡ τοῦ Πνεύματος ἐκπόρευσις Πατρὸς καὶ Υἱοῦ κοινὸν, εἴη ἂν καὶ τὸ Πνεῦμα (οὗ τί ἂν γένοιτο πρὸς δυσσέβειαν τολμηρότερον ;) εἰς τὴν τοῦ Πνεύματος ἐκπόρευσιν μεριζόμενον, καὶ τὸ μὲν αὐτοῦ προάγον, τὸ δὲ προαγόμενον, καὶ τὸ μὲν αἴτιον, τὸ δὲ αἰτιατὸν, καὶ πολλὴ ἄλλη θεομαχίας παράταξις (62).

[12] ζ'. [ς'.] Ἀλλὰ γὰρ ἐκπορεύεται τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ. Τί δήποτε (63) προσλαμβάνον, ὅπερ οὐκ ἔσχεν ἐκπορευόμενον τοῦ Πατρός ; εἰ μὲν γὰρ ἔστι τι λαβεῖν καὶ εἰπεῖν (64), ὃ προσείληφε, πῶς οὐχὶ χωρὶς τῆς προσλήψεως ἀτελές (65) ; ἢ πάντως γε μετὰ τὸ προσλαβεῖν ; εἰ δὲ μηδὲν προσείληφεν (ἐπιφύεται γὰρ κἀνταῦθα τά τε ἄλλα, καὶ τὸ διπλοῦν καὶ σύνθετον, καθαρτασυνόμενον τῆς ἁπλῆς τε καὶ ἀσυνθέτου φύσεως) τίς ὁ λόγος τῆς οὐδὲν παρασχεῖν δυναμένης ἐκπορεύσεως (66) ;

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ

(54) Mon. cod. hic figit cap. ε'. ut Vatic. Ex hoc capite plura dat supra laudatus cod. Vindobon. f. 79 b. Καὶ πάλιν εἰ πάντα ὅσα, etc.

(55) Vindob. Εἰ πάντα ὅσα ἐστὶ τοῦ Πνεύματος καὶ τοῦ Πατρός.

(56) Mon. omittit δέ.

(57) Καὶ deest in Vindob.

(58) Col. οὐδ' ὅσα.

(59) In cod. Monac. hic plura verba desunt: Habet enim post : Ἐνυπάρχειν καὶ τῷ Πατρὶ immediate : οὐδὲ τούτων οὐδέν ἐστι ἀποστερεῖν · ἐννόει μοι. Vindob. : Οὐ μήν, ἀλλ' οὐδ' ὅσα ὑ. κ. π. οὐδὲ τούτων οὐδ' ἔστιν τοῦ πν. ἀποστ.

(60) Vindob. Βασιλείας ἀγαθότητα.

(61) Huc usque io citato Vindob. Cod. verba sunt eadem ; nunc vero sequitur : Εἰ οὖν ἡ τοῦ Πνεύματος ἐκπόρευσις Πατρός ἐστι καὶ Υἱοῦ, κοινὸν ἂν εἴη καὶ τῷ Πνεύματι · τουτὶ (sic) ἂν γένοιτο πρὸς δυσσέβειαν τολμηρότερον.

(62) Mon. Παράτασις. Hugo Ether. (l. II, c. 17, p. 1232 G.) compendio hoc argumentum ita refert : « Si omnia communia Patris et Filii, et Spiritus exsistunt omnia communia, ut Deus, rex, conditor, omnipotens, simplex, incorporeus, et simpliciter omnia alia ; commune vero Patris et Filii progressio Spiritus ex eis ; et ex se utique procedet Spiritus, et principium erit sui, et causa simul et causatum, quod neque gentilium fabulæ confinxerunt. » Hæc vero non ex nostro libro, sed potius ex Photii encyclica desumpta sunt, ubi idem argumentum ita evolvitur (n. 12, p. 52) : Εἰ πάντα τὰ κοινὰ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ τοῦ Πνεύματος πάντως ὑπάρχει κοινὰ, ὡς τὸ Θεὸς, τὸ βασιλεὺς (Mon. Cod. 27, f. 449 a. cap, ε' addit : Τὸ Κύριος), τὸ δημιουργὸς, τὸ παντοκράτωρ, τὸ ὑπερούσιον, τὸ ἁπλοῦν, τὸ ἀσχημάτιστον, τὸ ἀσώματον, τὸ ἀόρατον, ἁπλῶς τὰ ἄλλα πάντα · κοινὸν δὲ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ ἡ τοῦ Πνεύματος ἐξ αὐτῶν πρόοδος · καὶ ἐξ αὐτοῦ ἄρα ἐκπορευθήσεται τὸ Πνεῦμα, καὶ ἀρχὴ ἔσται αὐτὸ ἑαυτοῦ, καὶ αἴτιον ἅμα καὶ αἰτιατὸν, ὅπερ οὐδ' οἱ τῶν Ἑλλήνων μῦθοι ἀνεπλάσαντο. Cf. alterum Phot. opusc. ab Euthymio vulgatum, cap. 7. Huc spectat quoque argumentum Nicomediensis præsulis apud Etherianum (lib. I, c. 13, p. 1207) : « Quod non est unius proprium, trium est commune ; si igitur causa emissionis Spiritus non est tantum Patris, sed et Filii, necesse quoque Spiritus esse, sicque erit Spiritus emissor simul et emissus. »

(63) Palat. Υἱοῦ τι δήποτε. Col. Υἱοῦ ; τί δήποτε.

(64) Καὶ εἰπεῖν deest in cod. Monac.

(65) Monac. Ἀτελής.

(66) Hugo Etherianus (l. II, c. 18, p. 1233 A) : « At vero procedit Spiritus ex Filio, aliquid accipiens, quod procedendo ex Patre non habuit. Si enim aliquid est accipere et dicere, qui (l. quod) acceperit, quomodo non absque assumptione imper-

(13) η'. [ζ'.] Σὺ δὲ καὶ τοῦτο λογισμοῖς ἐπισκόπει (67)· εἰ γεννᾶται μὲν ὁ Υἱὸς ἐκ τοῦ Πατρὸς, ἐκπορεύεται δὲ τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ, τίς ἂν ἐπινοηθείη σχέσις ἄλλη, καθ' ἣν καὶ τὸ Πνεῦμα τῆς ἑτέρου προαγωγῆς ἑαυτῷ τὸ προνόμιον· συνδιασώσει καὶ τῆς ὁμοφυοῦς οὐσιώσεως οὐ φαυλίσει τὸ ἀξίωμα (68);

θ'. [η'.] Ὅρα δὲ κἀντεῦθεν (69)· εἰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον τὸ Πνεῦμα (70) καὶ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεται, τίς ἀντιπεσεῖται [14] λόγος μὴ καταπεσεῖν ἐξ ἀνάγκης [ὦ φρενὸς ἄκρατον (71) μεθυούσης τὴν ἀσέβειαν!] τὸ τῶν ἰδιωμάτων ἀμετάπτωτον καὶ ὁ Πατὴρ [τἄλεως δ' ἡμῖν εἴη καὶ τὸ βλάσφημον εἰς τὰς τῶν αἰτίων τρέποιτο κεφαλάς (72)!] ψιλὸν ἂν εἴη περιλειπόμενον (73) ὄνομα, κοινοποιηθέντος ἤδη τοῦ χαρακτηρίζοντος αὐτὸν ἰδιώματος, καὶ εἰς ἓν πρόσωπον τῶν δύο συναλειφομένων θεαρχικῶν ὑποστάσεων· καὶ ἀναβλαστήσει πάλιν ἡμῖν ὁ Σαβέλλιος, μᾶλλον δέ τι τέρας ἕτερον ἡμισαβέλλειον (74).

ι'. Οὐδὲ γὰρ οὐδ' ἡ (75) κατὰ τὸν Υἱὸν ἐννοουμένη νυνὶ καὶ προτεινομένη πρὸς ἀποφυγὴν τοῦ ἀτοπήματος γέννησις οὖμενοῦν οὐδὲν ἀνεκτότερον τὸ δύσφημον ἀπεργάσοιτο τοῦ πατρικοῦ ἰδιώματος (76), λέγω

8. Tu vero et hoc æqua lance judicia pondera. Si nascitur quidem Filius a Patre, procedit autem Spiritus a Filio, quænam alia relatio excogitari queat, per quam et Spiritus sibi conservet prærogativam producendi aliam personam nec a dignitate æqualitatis et consubstantialitatis degeneret?

9. Hoc item considera. Si Spiritus a Patre procedens etiam a Filio procedit, quænam obstabit ratio, ne necessario (o mentem mera ebriam impietate!) concidat constantissima idiomatum firmitas et Pater (propitius sit nobis et blasphemiam in eorum capita convertat quorum causa hæc loquimur) nudum relinquatur nomen? communi scilicet facto idiomate illo, quo ipse discernitur, atque in unam personam contractis et confusis (coalescentibus) duabus divinis hypostasibus; sicque rursum emerget nobis Sabellius, imo monstrum aliquod semisabellianum.

10. Neque vero generatio, quæ nunc in Filio intelligitur et in subterfugium absurditatis objicitur, leniorem ullatenus tolerabilioremque impietatem istam efficiet, quæ in paternam exsurgit proprieta-

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

fectus? Quodsi nihil accepit, obruuntur et hinc alia, duplex scilicet et compositum, violantia simplicitatem naturæ, quæ compositionem non habet. Quæ ratio nihil potentis præstare processionis? » Affine est argumentum quod tum in alio Photii Opere (cap. 4) tum in Encyclica occurrit; ibi legitur n. 9: Διὰ τί δὲ καὶ ἐκπορευθείη τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα; εἰ γὰρ ἡ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπόρευσις τελεία (τελεία δὲ, ὅτι Θεὸς τέλειος ἐκ Θεοῦ τελείου), τίς ἡ ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπόρευσις καὶ διὰ τί; περιττὸν γὰρ εἴη τοῦτο καὶ μάταιον. Quod uberius evolvit Nicolaus Methonensis apud Hugonem Ether. (lib. 1, c. 14, p. 1207): « Si perfecta ex Patre processio Spiritus (perfecta autem, quoniam Deus perfectus de Deo perfecto, Patre, Spiritus), quid, inquam, confert ad hanc illa, quæ ex Filio? Quorum si et hic aliquid confert, non est perfecta illa; quomodo enim perfecta, si tantum debabet, quantum illa confert? Si autem ex Filio processio Spiritus eadem (ei) quæ ex Patre processioni est, nihilque amplius est neque invenire neque dicere ad declarationem Spiritus perfectionis, superflua utique sit prorsus ea quæ ex Filio; at superfluus est atque vanus superfluum quid inducens in superconsummata supraperfectaque Trinitate. » Græcum textum suppeditat cod. Monac. 66, f. 78 a, b, cap. 11: Εἰ τελεία ἡ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπόρευσις τοῦ Πνεύματος (τελεία δὲ ὅτι Θεὸς τέλειος ἐκ Θεοῦ τελείου, τοῦ Πατρός, τὸ Πνεῦμα), τί δήποτε συντελεῖ πρὸς ταῦτα ἡ ἐκ τοῦ Υἱοῦ; εἰ μὲν γὰρ καὶ αὐτὴ συνεισφέρει τι, οὐ τελεία ἐκείνη· πῶς γὰρ τελεία, ἣ τοσοῦτον δεῖ, ὅσον αὕτη συνεισφέρει; εἰ δὲ παρὰ τὴν ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπόρευσιν τοῦ Πνεύματος οὐδὲν ἔστι πλέον ἑτέρωθεν οὐθ' εὑρεῖν οὔτ' εἰπεῖν, περιττὴ πάντως ἡ ἐκ τοῦ Υἱοῦ· ἀλλὰ περιττὸς ὄντως καὶ μάταιος ὁ περιττόν τι παρεισάγων ἐν τῇ τελείᾳ θεότητι· οὐδὲ γὰρ ῥητέον, τὴν μὲν ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπόρευσιν εἰς ὕπαρξιν τῆς οὐσίας τῷ Πνεύματι συντελεῖν, τὴν δὲ ἐκ τοῦ Υἱοῦ εἰς ἄλλο τι τῶν περὶ τὴν οὐσίαν θεωρουμένων, πάσης διπλόης καὶ συνθέσεως τῆς θείας φύσεως ἀπεληλαμένης.

(67) Sic Vatic. Monac. Τοῦτο μετὰ λογισμοῦ σκόπει.

(68) Hoc caput tum in Vatic. tum in Monac. cod. septimum numeratur. Argumentum affine est ei, quod cap. 3 prolatum est quodque sub variis formis sæpius redit. Quo et pertinet Joan. Phurnæ objectio apud Beccum, l. c., n. 51, 52 (*Gr. orth.* I, p. 184, 185): Εἰ πάντα ὅσα ἔχει ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς, ταῦτα καὶ τὸ ἅγιον ἔχει Πνεῦμα, διὰ τὸ συμφυὲς καὶ ὁμόθεον, ἀναγκαίως πάντως τὸ καὶ ἐξ αὐτοῦ δεῖν ἐκπορεύεσθαί τι συνεχθήσεται. Cf. etiam opusc. contra vet. Romæ assecias, cap. 8.

(69) Monac. f. 451 b: κἀνταῦθα.

(70) Monac. Τοῦ Πατρὸς τὸ Πν. ἐκπορευόμενον.

(71) Monac.: Ἄκρατα.

(72) Familiaris Photio exclamatio, quæ pariter occurrit epist. 2 encycl. n. 22, p. 54, ed. Lond. et ep. ad Aquilei. archiepisc. (apud Jager, *Histoire de Photius*. Append. p. 456).

(73) Monac. f. 452 a. Περιλειπόμενος. Sic. Col.

(74) Vatic. f. 198: Ἡμῖν Σαβέλλειον. Palat. f. 214 a. ἡμισαβέλιον. Mon. et Col. ἡμισαβέλλιον. Cf. opusc. secundo loco ed. infra c. 1. Arguit Photius: Si Patri et Filio est communis spiratio activa, personarum idiomata communicantur; sed his communicatis non amplius ab invicem distinguuntur; unde incidimus in Sabellianismum, qui Patris et Filii hypostases in unam contrahit. Similiter Joan. Phurnes apud Beccum, l. c., n. 50, p. 183: Εἰ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεται, τὸ ἴδιον μετακεκίνηται τοῦ Πατρός; et Nicolaus Methon. c. 4 (ex cod. Mon. 66, f. 76): Ἔτι εἰ ὥσπερ ἐκ τοῦ Πατρὸς, οὕτως καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ κατὰ μίαν καὶ ἀδιάφορον πρόοδον ἐκπορεύεται τὸ Πνεῦμα, οὐ μόνον κοινοῦται τὸ πατρικὸν ἰδίωμα καὶ Πατὴρ καὶ Υἱὸς εἰς ἓν συγχέονται πρόσωπον, ἀλλὰ καὶ καθόλου τὸ ἓν καὶ ἡ ἁπλότης καὶ ἡ ἀμερία τῆς μιᾶς καὶ ἁπλῆς, μᾶλλον δὲ καὶ ὑπερηνωμένης καὶ ὑπερηπλωμένης τριάδος ὑπεροριζεται, καὶ Σαβέλλιος, μᾶλλον δὲ τι τέρας ἡμισαβέλλιόν τε καὶ ἡμιάρειον ἀναφύεται, σύγχυσιν ὁμοῦ καὶ κατατομὴν διαπλέκον. Cf. de hac objectione Manuel Calec. l. III, c. Græc. (*Bibl. PP. max. Lugdun.* t. XXVI p. 438.)

(75) Monac. omitt. οὐδὲ γὰρ, et legit tantum Οὐδὲ ἡ δὴ κατά.

(76) Monac. Ἀξιώματος.

tem, quæ scilicet denotat processionis causam ; cum hæc ipsa secundum impiorum fabulas in Filii refundatur et commisceatur proprietatem. Sectio enim rursus et partitio atque indivisi divisio. Si enim unum idiomatum suorum dat Pater et de proprietate, qua ipse per illud distinguitur, recedit, aliud vero iuviolatum servat, quomodo non concedent, partem quidem ipsius in idiomate considerari, partem vero una cum idiomatis innovatione dividi ? Verum horror subit, quod et eousque illorum blasphemiam in medium proferre sustinuimus.

11. Præter jam dicta, si duo principia in divina et supersubstantiali Trinitate conspiciuntur, ubinam erit toties decantatum ac Deo dignissimum monarchiæ robur ? Quomodo non impium irrepet polytheismi dogma, atque adeo atheismus ? Quomodo non sub specie christianismi superstitio gentilitatis ab his qui hæc audent asserere, introducetur ?

12. Rursum si duo principia in monarchica Trinitate admittantur, quomodo non etiam tertium ex eadem sententia prodiens emicabit ? Semel enim principio summo et independente de sua sede ab impiis exturbato et in binarium dejecto, faciliori ausu etiam ad ternarium sectio principii procedet ; quando quidem et in supernaturali atque individua singularique Deitatis natura ternarium potius quam binarium emicat, utpote quod et idiomatibus congruit et adaptatur.

13. Num ergo hæc Christianis sunt auribus toleranda ? Nonne iram et fletum, affectus ut plurimum insociabiles, impiorum istorum temeritas coire super ipsos cogit ? Iram quidem, quod tantam arrogantiam amentiamque conceperint ; fletum vero

A δήτου δηλοῦντος [15] τὸ τῆς ἐκπορεύσεως αἴτιον (77) τούτου δὴ τούτου κατὰ τοὺς τῶν δυσσεβῶν μύθους εἰς τὸ τοῦ Υἱοῦ ἀναχεομένου τε (78) καὶ συνθλιβομένου ἰδίωμα, κατατομὴ γὰρ πάλιν καὶ διαίρεσις καὶ τοῦ ἀμερίστου μερισμός· εἰ γὰρ τὸ μὲν αὐτοῦ τῶν ἰδιωμάτων δίδωσιν ὁ Πατήρ, καὶ τῆς κατ' αὐτὸ (79) χαρακτηριζούσης αὐτὸν ἐξίσταται ἰδιότητος, τοῦ δὲ συντηρεῖ τὸ ἀκήρατον, πῶς οὐχὶ τὸ μὲν αὐτοῦ δώσουσιν (80) ἐνθεωρεῖσθαι τῷ ἰδιώματι, τὸ δὲ (81) συνδιαιρεῖσθαι τῇ καινοτομίᾳ (82) τοῦ ἰδιώματος ; Ἀλλὰ γὰρ (83) φρίττειν ἔστι, ὅτι καὶ μέχρι τούτων τὴν βλασφημίαν αὐτῶν προαγαγεῖν ὑπηνέγκαμεν.

ια'. [θ'.] Χωρὶς δὲ τῶν εἰρημένων, εἰ δύο αἴτια ἐν τῇ θεαρχικῇ καὶ ὑπερουσίῳ Τριάδι καθορᾶται, ποῦ τὸ τῆς μοναρχίας πολυύμνητον καὶ θεοπρεπὲς κράB τος (84) ; [ι'·] Πῶς οὐχὶ τὸ τῆς πολυθείας ἄθεον νῦν ἐπικωμάσει (85) ; [ια'] Πῶς δ' οὐκ ἐν προσχήματι Χριστιανισμοῦ ἡ δεισιδαιμονία τῆς Ἑλληνικῆς πλάνης τοῖς ταῦτα (86) λέγειν τολμῶσιν οὐ συνεισελάσει (87) ;

ιβ'. [ιβ'.] Πάλιν εἰ δύο αἴτια τῆς μοναρχικῆς Τριάδος ἐπαναβέβηκε, πῶς οὐχὶ καὶ τὸ τρίτον τῆς αὐτῆς συναναβύψει γνώμης προερχόμενον ; Ἄπαξ γὰρ τῆς ἀνάρχου καὶ ὑπεραρχίου ἀρχῆς τῆς οἰκείας ἕδρας τοῖς δυσσεβέσι περιτραπείσης καὶ εἰς δυάδα διατμηθείσης, νεανικώτερον (88) καὶ πρὸς τὴν Τριάδα ἡ κατατομὴ τῆς ἀρχῆς προελεύσεται, ἐπεὶ κἂν τῇ [16] ὑπερφυεῖ καὶ ἀμερεῖ καὶ ἑνιαίᾳ τῆς θεότητος φύσει τὸ τριαδικὸν μᾶλλον ἢ τὸ δυαδικὸν (89) ἀναφαίνεται, οἷα δὴ καὶ τοῖς ἰδιώμασιν ἁρμοζόμεC νον (90).

ιγ'. [ιγ'.] Ἆρα Χριστιανῶν ἀκοαῖς ἀνεκτὰ ταῦτα ; ἆρ' οὐκ ὀργὴν καὶ θρῆνον, τὰ τῶν παθῶν ὡς ἐπίπαν ἀσυνδύαστα, οἱ δυσσεβεῖν θρασυνθέντες (91) εἰς ἓν ἐπ' αὐτῶν συνελθεῖν (92) ἐκβιάζονται (93) ; ὀργὴν μὲν, οἷς τοσαύτην ἀπόνοιαν ἀνελάβοντο· θρῆνον δὲ,

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(77) Monac. Αἰτίαν.
(78) Τε deest in Monac.
(79) Col. Κατὰ αὐτό.
(80) Monac. Ἑαυτοῦ δίδωσι
(81) Monac. Τῷ δὲ σύνδ.
(82) Col. Κενοτομία.
(83) Col. Ἰδ. καὶ ἀλλὰ γάρ.
(84) Similiter Photius ep. ad Aquilei. l. c. Ἡ ἐν Τριάδι μοναρχία φροῦδος οἰχήσεται. Nicol. Methon. c. 2 in fine : Καὶ ἅμα ἡ δυαρχία τὴν μοναρχίαν ἀπὸ τῆς μιᾶς ἐξορίζει θεότητος.
(85) Monac. Ἐπεισκωμάσει. Sic Col.
(86) Monac. Πλάνης τοιαῦτα λέγειν τολμ. Etiam in Vatic. erat τοιαῦτα, sed ι rasum est.
(87) Monac. Συνελάσει.
(88) Monac. Νενεανικώτερον.
(89) Sæpe Photiani objiciunt, dualitatem causa rum absurdam esse, derivari τὴν μονάδα ἐκ τῆς δυάδος et similia. Nicolaus Methon. apud Hugon. Ether. (l. I, c. 3, p. 1201) : « Si Spiritus ex Patre et Filio procedit, erit utique unum ex duobus, et duo principia unius ; unus enim est Spiritus sanctus, ut Pater unus et Filius unus ; Pater autem et Filius non unus, sed duo, licet natura unum sint ; alius enim et alius, quamvis non aliud et aliud. At omnium rerum rationes in Deo sunt et ab ipso in res- universas distribuuntur. Quare omnis erit quæ in rebus prospicitur unitas ex dualitate et dualitas principium unitatis, quod est inconveniens. » Hæc quoad priorem partem et Nicolao Græce adducit Beccus orat. 1, *De unit. Eccl.* n. 61 (G. O. I. 203) ; integrum textum dat cod. Monac. 66 f. 76 a, cap. 1 :
D Ὁμολογησαμένου (sic in cod., Becc. ὁμολογημένου), τοῦ, ὅτι τὸ ἐκπορεύεσθαι ἰδίωμα τοῦ Πνεύματός ἐστι παραστατικὸν, τῆς ὑποστατικῆς ἥγουν προσωπτικῆς αὐτοῦ ὑπάρξεως· εἰ τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεται, εἴη ἂν τὸ ἓν ἐκ τῶν δύο καὶ οἱ δύο ἀρχὴ τοῦ ἑνός (ap. Beccum : Δύο ἀρχαὶ ἔσονται τοῦ ἑνός). ἓν γὰρ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὡς καὶ ὁ Πατὴρ εἷς καὶ ὁ Υἱὸς εἷς· Πατὴρ δὲ καὶ Υἱὸς οὐχ εἷς, ἀλλὰ δύο, εἰ καὶ τῇ φύσει ἕν· ἄλλος γὰρ καὶ ἄλλος, εἰ καὶ μὴ ἄλλο καὶ ἄλλο. Καὶ ἐπεὶ τῶν ὄντων πάντων οἱ λόγοι πρόεισιν ἐν τῷ Θεῷ, κἀκεῖθεν εἰς τὰ ὄντα διανέμονται, εἷς ἂν καὶ πᾶσα ἡ ἐν τοῖς οὖσι θεωρουμένη μονὰς ἐκ δυάδος, καὶ ἡ δυὰς ἀρχὴ τῆς μονάδος, ὅπερ ἄτοπον.
(90) Cf. cum hoc capite, cap. 42.
(91) Monac. Δυσσεβεῖς θρασυνθέτες (sic).
(92) Monac. Εἰς ἓν συνελθεῖν ἐπ' αὐτῶν.
(93) Monac. Οὐ βιάζονται, sic habuit et Vaticanus f. 198 ; sed posteriori manu τῷ οὐ superscriptum fuit ex. Col. et Mon.

οἷς πρὸς ὄλεθρον ἀβοήθητον καταφέρονται· ἡ γὰρ εὐσέβεια, κἂν ὀργιζομένη, τὸν τοῦ ὁμοφυοῦς οἶκτον οὐκ ἀποτίθεται.

ιδ'. [ιδ'.] Σκοπεῖν δὲ τὸ τῆς δυσσεβείας μέγεθος οὐδὲ διὰ [17] τῶν ῥηθησομένων ἐστὶ δυσχερές. Εἰ γὰρ μετὰ τὴν ἄναρχον καὶ πατρικὴν ἀρχὴν καὶ αἰτίαν ὁμοουσίου πάλιν ἀρχὴ καθίσταται καὶ αἴτιον (94) ὁ Υἱός, πῶς ἂν τις διαφύγοι μὴ δύο λέγειν ἐν τῇ (95) Τριάδι παραλλαττούσας ἀρχάς, τὴν μὲν τὸ ἄναρχον ἔχουσαν καὶ ἐστηριγμένην ἐν αὐτῷ, τὴν δὲ ἀρχομένην τε ἅμα καὶ πρὸς ἀρχὴν ἀνατρέχουσαν καὶ συμμεταφερομένην τῇ τῶν σχέσεων διαφορᾷ (96) ;

ιε'. [ιε'.] Εἰ δ' αἴτιος ὁ Πατὴρ τῶν ἐξ αὐτοῦ, οὐ τῷ λόγῳ τῆς φύσεως (97), τῷ δὲ λόγῳ τῆς ὑποστάσεως, ὁ δὲ λόγος τῆς πατρικῆς ὑποστάσεως οὐδενὶ μέχρι νῦν (98) περιορίζειν καὶ τὴν τοῦ Υἱοῦ ὑπόστασιν δεδυσσέβηται (οὐδὲ γὰρ οὐδὲ Σαβελλίῳ τὴν Υἱοπατορίαν τερατευσαμένῳ (99) δεδυσφήμηται) οὔμενουν οὐκ ἂν εἴη οὐδενὶ τρόπῳ οὐδενὸς τῶν ἐν τῇ Τριάδι αἴτιος ὁ Υἱός (1).

[18]] ις'. [ις.] Οὐδὲ τοῦτο δὲ χρὴ παραδραμεῖν, ὅτι καὶ αὐτὴν ὑπόστασιν τοῦ Πατρὸς εἰς δύο τὸ δυσσέβημα διαιρεῖ· ἢ πάντως γε τὸ τοῦ Υἱοῦ πρόσωπον εἰς μέρος ἀνειλῆφθαι τῆς πατρικῆς ὑποστάσεως νομοθετεῖ. Εἰ γὰρ, ὡς εἴρηται, οὐ τῷ λόγῳ τῆς φύσεως, τῷ δὲ λόγῳ τῆς ὑποστάσεως αἴτιός ἐστιν ὁ Πατὴρ τῶν ἐξ αὐτοῦ (2), ἐστὶ δὲ καὶ τοῦ Πνεύματος αἴτιος ὁ Υἱὸς, ὡς ἡ θεομαχία βοᾷ, ἢ συμμεριζόμενον ἀποφῆναι (3) τὴν πατρικὴν ὑπόστασιν τὸν Υἱὸν, ἐξ ἧς καὶ τὸ αἴτιον παρέσχε λαβεῖν, ἢ τὸν Υἱὸν ἀναπληροῦντα τὸ πρόσωπον τοῦ Πατρὸς, ἐκεῖνο δὲ (4) συναποτολμῆσαι λέγειν πρὸ (5) τῆς ἀναπληρώσεως ἐνδεές· καὶ τὸν Υἱὸν μέρος χρηματίσαντα πατρικὸν, τὸ

quod in perniciem irreparabilem præcipites agantur. Pietas enim, etiam dum irascitur, proximi sui commiserationem non abjicit (non deponit).

14. Porro etiam per ea quæ mox dicentur facile est impietatis magnitudinem conspicari. Si enim post supremum et independens paternum principium causamque iterum consubstantialis personæ principium et causa constituitur Filius, quomodo quis effugiet a duobus asserendis in Trinitate principiis, quorum alterum principio careat et in hac principii carentia fundetur et firmetur, alterum vero principiatum simul et ad principium recurrat et una cum relationum differentia producatur?

15. Quod si Pater est causa personarum ab ipso procedentium non ratione naturæ, sed ratione personæ, ratione autem paternæ personæ contineri et includi etiam Filii personam nemo hactenus, licet sublestus et impius affirmavit (ne ipse quidem Sabellius, qui monstrosum Filiopaternitatis commentum excogitavit), nullatenus profecto Filius poterit causa esse ullius in Trinitate personæ.

16. Neque vero et hoc prætereundum, quod ipsam quoque Patris personam in duas impia illa doctrina dividit, vel certe Filii personam in partem paternæ hypostaseos assumi sancit ac statuit. Si enim, ut modo dictum est, non ratione naturæ, sed ratione hypostaseos Pater est causa prodeuntium ab ipso personarum ; est vero et Spiritus causa Filius quemadmodum sacrilega ista sententia clamat ; necessario affirmare cogimur, aut Filium una cum Patre esse paternæ hypostaseos participem, ex qua et hoc habuerit, quod sit causa, aut Filium personam complere Patris, quæ proinde ante hoc complementum indiga et deficiens, sicque admit-

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(94) Monac. αἴτιος.
(95) Τῇ deest in Monac.
(96) Hugo Etherianus (l. II, c. 3. p. 1216 G.) : « Methonensis antistes paralogismos texit ordiendo: si cum Patre, quæ (l. qui) est sine initio et causa, consubstantiale(—is) rursus principium exsistit Filius : duo sunt in Trinitate diversa principia ; hoc quidem in eo, quod sine principio est, principatuque dignitatis consolidatum, hoc vero in eo, quod intercidens et initians simul et initiatum habitudinumque differentia conjugum sit. » Græce in Cod. Mon. 66 f. 78 b, cap. 12 : Εἰ καὶ μετὰ τῆς ἀνάρχου καὶ πατρικῆς ἀρχῆς καὶ αἰτίας ὁμοουσίου πάλιν ἀρχὴ καθίσταται ὁ Υἱὸς, εἶεν ἂν ἐν τῇ Τριάδι δύο ἀρχαὶ παραλλάττουσαι· ἡ μὲν ἐν τῷ ἀνάρχῳ καὶ μόνῳ τῷ ἀρχικῷ ἀξιώματι ἐστηρῖγμένη, ἡ δὲ μεταπίπτουσα καὶ ἀρχομένη τε καὶ ἄρχουσα, καὶ τῇ τῶν σχέσεων διαφορᾷ συνδυάζομένη.
(97) Monac. : οὐ λόγῳ τῆς φ.
(98) Monac. : μέχρι τοῦ νῦν.
(99) Monac. : τερατευσαμένην.
(1) Hoc Photii argumentum nonnullis detruncatum refert Hugo Ether. (l. II. c. 18, p. 1233 C) : « Si causa est Pater eorum, quæ ex ipso sunt, non ratione naturæ, ratione vero personæ ; sed ratio personæ paternæ a nullo usque nunc includere personam Filii impie dicta est ; nequaquam igitur sit alicujus eorum, qui in Trinitate, causa Filius. » Huc spectat Nicolai Methonensis ratiocinatio (lib. II, c, 3, p. 1217 G) : « Si Pater eorum causa est, qui ex ipso sunt, secundum quod major non ratione naturæ, sed ratione personæ ; ratio autem paternæ personæ non convenit Filio, qua sit ratione unius in Trinitate, scil. Spiritus, causa, Filius ? Naturæ ? Itaque natura major est et pneumatomachia manifesta. At ratione personæ ; ergo coaptabitur rationi personæ Patris, quo Filius a Sabellio, qui eum prodigialiter Patrem asserebat, infamatus est ; nulla ratione Spiritus causa Filius exsistit. » Græce in Cod. Mon. 66, f. 78 b, cap. 13 : εἰ ὁ Πατὴρ αἴτιος τῶν ἐξ αὐτοῦ, καθὸ καὶ μείζων, οὐ τῷ λόγῳ τῆς φύσεως, ἀλλὰ τῷ λόγῳ τῆς ὑποστάσεως, ὁ δὲ λόγος τῆς πατρικῆς ὑποστάσεως οὐκ ἐφαρμόξει καὶ τῷ Υἱῷ, τίνι ἂν εἴη λόγῳ τοῦ ἐν τῇ Τριάδι Πνεύματος αἴτιος ὁ Υἱός; τῷ τῆς φύσεως ; οὐκοῦν καὶ μείζων ἔσται (λόγῳ) τῆς φύσεως καὶ πνευματομαχία δηλοῦται· ἀλλὰ τῷ τῆς ὑποστάσεως· οὐκοῦν συνεφαρμόζεται τῷ λόγῳ τῆς ὑποστάσεως· ὅπερ οὐδὲ τῷ υἱοπατορίαν τερατευσαμένῳ δεδυσφήμηται Σαβελλίῳ· οὐδενὶ ἄρα λόγῳ αἴτιον τοῦ Πνεύματος ὁ Υἱός. — Editus Hugonis Etheriani textus nonnihil depravatus et pessima interpunctione laborans sæpius ex græcis, quos citat, auctoribus corrigendus est.
(2) Col. : τοῦ ἐξ αὐτοῦ.
(3) Col. : ἀποφανεῖται.
(4) Monac. : ἐκεῖνό τε Sic Col.
(5) Monac. : πρός.

tendo Filium quamdam esse portionem Patris, tremendum Trinitatis mysterium in binarium circumcidemus.

17. Ingens quoque aliorum zizaniorum copia ex malo hoc semine ab initio posito germinaverit; quod tamen non dormientibus, ut videtur, verum mortis secundum animam vigiliam vigilantibus quærentibusque insanis istis, quomodo supremum illud ingenuum et salutare semen adulterarent, superveniens humani generis hostis in miseris ipsorum animabus seminavit. Etenim quidquid proprie (per se) proprium alicujus est, si de duobus aliquibus, re ipsa ab illo translatum accipiatur, ac de uno quidem vere affirmetur, de altero non item, duo illa proposita diversæ naturæ esse ostendit; verbi gratia risibile (risivum), quod per se est homini proprium, et Josue quidem Israelis duci apte congruit, conspecto autem angelo principi copiarum Domini nullo omnino pacto convenit, perspicue ostendit, ducem illum populi nullatenus esse ejusdem atque archangelum substantiæ vel naturæ existimandum. Sicque in cæteris rebus omnibus qui eadem processerit methodo, clare ac nullo labore eamdem veritatem nanciscetur. Quod si istud ubique viget et eodem modo consideratur, processio autem Spiritus ex Patre paternam prædicat proprietatem, hæc vero, ut hæresis jactitat, congruit quidem Filio, Spiritui autem nequaquam (nondum enim quisquam istam blasphemiam animo concepit), quod hinc sequitur, ipsi talium malorum institutores contra suamet capita colligant. Quod si Spiritus processionem non esse paternam proprie-

φρικτὸν τῆς Τριάδος μυστήριον εἰς δυάδα περιτεμεῖν (6).

[19.] ιζ'. [ιζ'.] Καὶ πολὺ ἂν εἴη ζιζανίων ἄλλο πλῆθος ἀπὸ τῆς ἐξ ἀρχῆς καταβληθείσης πονηρᾶς ἀναβλαστάνον σπορᾶς· ἣν οὐχὶ καθευδόντων, ὡς ἔοικεν, ἀλλὰ τὸν (7) κατὰ ψυχὴν ἐγρηγορότων θάνατον καὶ ζητούντων τῶν φρενοβλαβῶν, ὅπως τὸν ἄνωθεν καὶ εὐγενῆ καὶ σωτήριον ἐπινοθεύσωσι σπόρον (8) ἐπελθὼν ὁ τοῦ γένους ἐχθρὸς ταῖς αὐτῶν κατέσπειρεν (9) ἀθλίαις ψυχαῖς [10]. Καὶ γὰρ (11) ἅπαν κυρίως ἴδιόν τινος ἐπὶ δύο τινῶν ἀπ' ἐκείνου πραγματικῶς λαμβανόμενον, καὶ κατὰ θατέρου μὲν ἀληθῶς λεγόμενον, κατὰ δὲ τοῦ ἑτέρου οὐκέτι, ἑτεροφυῆ τὰ προτεθέντα δείκνυσιν· αὐτίκα τὸ γελαστικὸν ἀνθρώπου κυρίως ἴδιον ὂν καὶ Ἰησοῦ μὲν εἰ τύχοι τῷ δημαγωγῷ τοῦ Ἰσραὴλ ἁρμοζόμενον, τῷ δὲ ἐπιστάντι αὐτῷ ἀρχιστρατήγῳ τῆς τοῦ Κυρίου δυνάμεώς (12) [20] κατὰ πάντα διϊστάμενον, ὁρᾷν (13) ἐναργῶς δίδωσιν οὐχ ὁμοφυῆ τὸν δημαγωγὸν οὔμενουν τῷ ἀρχαγγέλῳ νομίζειν οὐδ' ὁμοούσιον. Καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων ὁ διὰ τῆς αὐτῆς μεθόδου προϊὼν σαφῶς τε καὶ ἀταλαιπώρως εὑρήσει τὴν αὐτὴν θεωρίαν προβαίνουσαν (14). Εἰ δὲ τοῦτο παντὸς κρατεῖ καὶ τὴν αὐτὴν ἀποσώζει διάνοιαν, ἐστὶ δὲ τοῦ Πνεύματος ἡ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπόρευσις τὸ πατρικὸν ἀνακηρύττουσα ἴδιον, τοῦτο δὲ κατὰ τὸ ῥηγμα τῆς αἱρέσεως ἐφαρμόζεται μὲν τῷ Υἱῷ, κατὰ δέ τοῦ Πνεύματος οὐδαμῶς [οὕπω γὰρ τις τοῦτο τὸ δύσφημον ἐννοήσειε (15)]· τὸ ἑξῆς αὐτοὶ κατὰ τῆς ἑαυτῶν κεφαλῆς οἱ τῶν τηλικούτων κακῶν εἰσηγηταὶ συναγέναν (16)· εἰ δὲ μὴ πατρικὸν ἴδιον τὴν τοῦ Πνεύματος

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(6) Initium hujus cap. profert Hugo Etherianus (l. II, c. 18, p. 1233): « At hoc autem neque hic convenit præterire, quoniam et ipsam personam Patris in duo divisit impietas, aut prorsus Filii personam in partem recipi paternæ personæ asseverat. » — Nicol. Methon. cap. 14 ita Photii argumentum recitat: εἰ ἐν τῷ αὐτῷ λόγῳ, δηλαδὴ τῷ τῆς ὑποστάσεως, αἴτιος τοῦ Πνεύματος ὁ Υἱός, ᾧ καὶ ὁ Πατὴρ αἴτιος τῶν ἐξ ἑαυτοῦ, δύο ταῦτα κατὰ ταὐτὸν ἄτοπα συμβαίνει· μέρος τε λέγειν τὸν Υἱὸν τῆς πατρικῆς ὑποστάσεως· εἶπερ ὁ μὲν τῶν δύο, ὁ δὲ τοῦ ἑνὸς τοῦτων αἴτιος· καὶ ἀναπληροῦντα τὸ τοῦ Πατρὸς πρόσωπον, ὡς ἄρα πρὸ τῆς ἀναπληρώσεως ἐνδεές. Apud Hugon. Eth. (l. II, c. 3, p. 1217). « Nam si eadem ratione causa personæ Spiritus exstat Filius, qua et Pater eorum, qui ex ipso sunt, causa est: duo hæc secundum idem accidunt inconvenientia: partem (editio habet: patrem) quidem dicere Filium paternæ hypostaseos, cum hic quidem duorum, hic vero unius eorum causa exsistat, et quod actu compleat Patris personam, quasi ante completionem imminutam. »

(7) Mon.: f. 452 a, : τῶν.

(8) Mon.: σπόρον ἐπινοθεύσωσιν.

(9) Mon.: κατασπείρων.

(10) Apud Hugon. Ether. (l. II, c. 18, p. 1223 D.); « Et quidem multa et zizaniorum alia multitudo, ab ea quæ a principio invecta est, mala pullulans dispersione. Quæ non dormientium, ut videtur, sed secundum animam vigilantium, mortem quærentium insanorum, ut supremum (l. supernum), generosum et salutare degener efficiat (sic) semen, superveniens generis inimicus in eorum sevit (ed. habet: sævit) miseris animabus zizania).

(11) Mon.: οὐ γάρ.

(12) Josue V. 14. Comparat Josue cum Archangelo protectore.

(13) Ὁρᾷν deest in Monac.

(14) Eamdem doctrinam ita illustrat Nicol. Methonensis cap. 24 (Cod. Mon. 66, f. 80 a): Πᾶν ἴδιόν τινος ἀπ' ἐκείνου μεταλαμβανόμενον, οὗπερ ἂν ἴδιον ᾖ, καὶ καθ' ἑτέρων τινῶν δύο λεγόμενον, εἰ μὲν κατ' ἀμφοῖν ἐπίσης ἀληθεύεται, ὁμοφυοῦς· εἰ δὲ κατὰ τοῦ ἑνός, τοῦ ἑτέρου δὲ μή, ἑτεροφυῆ τὰ δύο ταῦτα δείκνυσιν ὄντα· οἷον φέρε εἰπεῖν· τὸ γελαστικὸν ἴδιον ὂν τοῦ κατὰ τὸν ἄνθρωπον εἴδους, ἀπὸ τούτου δὴ μεταλαμβανόμενον λεγέσθω πρῶτον κατὰ τινων δύο καὶ ἀληθευέτω, οἷον Σωκράτους καὶ Πλάτωνος· γελαστικὸν γὰρ ἑκάτερον τούτων· οὐκοῦν καὶ ὁμοφυὴς Σωκράτης καὶ Πλάτων· λεγέσθω πάλιν καὶ καθ' ἑτέρων δύο, καὶ κατὰ μὲν τοῦ ἑνὸς ἀληθευέτω, κατὰ δὲ τοῦ ἑτέρου μηκέτι· οἷον κατὰ τοῦ Σωκράτους καὶ κατὰ τῆς γεγραμμένης εἰκόνος αὐτοῦ· ὁ μὲν γάρ Σωκράτης ὄντως πλαστικὸν (lege : γελαστικόν), ἡ δὲ εἰκὼν αὐτοῦ οὐκέτι· ἑτεροφυῆ ἄρα τὰ δύο ταῦτα, Σωκράτης καὶ εἰκὼν αὐτοῦ.

(15) Mon.: οὐδαμοῦ· οὕτω γάρ τις τοῦτο τὸ δύσφ. ἐνενόησε.

(16) Nicol. Methon. l. c. hæc uberius evolvit ita pergens: Κατὰ δὴ τὸν αὐτὸν λόγον ἐπειδὴ τὸ προάγειν τὸ Πνεῦμα ἐξ ἑαυτοῦ ἴδιόν ἐστι τοῦ Πατρὸς, τοῦτο δὲ ἀπὸ τοῦ Πατρὸς μεταλαμβανόμενον καὶ κατὰ τοῦ

ἐκπόρευσιν φήσουσι, δηλονότι οὐδὲ τοῦ [21] Υἱοῦ. A
ἐπεὶ δὲ οὐδὲ τοῦ Πνεύματος (17), λεγέτωσαν οἱ πάντα
λέγειν θρασεῖς, πῶς ὁ μηδενός ἐστιν ἴδιον τῶν τριῶν,
ἀλλὰ μηδὲ (18) κοινόν, χώραν ὅλως ἔχει θεωρεῖσθαι
ἐφ' ἑνός τινος τῶν ὑποστάσεων τῶν θεαρχικῶν (19);

ιη'. [ιη'] Παραπλήσιον δὲ τοῖς εἰρημένοις καὶ
τοῦτο· Εἰ τὸ ἴδιον τοῦ Πατρὸς εἰς τὴν ἰδιότητα μετα-
βάλλεται τοῦ Υἱοῦ (20), καὶ τὸ ἴδιον δηλονότι τοῦ
Υἱοῦ εἴη ἂν εἰς τὴν ἰδιότητα μεταβαλλόμενον τοῦ
Πατρός. Ἅπαξ γὰρ ὁδὸν ἀνατεμούσης τῆς δυσσεβοῦς
γλωσσαλγίας, δι' ἧς τὰ τῶν ὑποστάσεων χαρακτη-
ριστικὰ ἰδιώματα μεταπίπτειν καὶ ἀντιπεριίστασθαι
βούλεται (21), καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῖς (22) (ὦ βάθος ἀσε-
βείας!) ὑπελεύσεται τὴν γέννησιν, ὅτε γεγέννηται ὁ
Υἱός· ἔδει (23) γὰρ τοὺς πάντα τολμητὰς (24), ὡς B
ἔοικε, μηδὲ τὴν τοιαύτην θεομαχίαν ἀτόλμητον λι-
πεῖν (25).

ιθ'. [ιθ'.] Καθόλου δὲ ἐπὶ πάντων τῶν κυρίως ἰδίων,
ἐπειδ' ἄν τι τούτων κατά τινος πραγματικῶς ὑποστά-
σεως ἀπὸ τοῦ πρώτως ἐξιδιωσαμένου μεταλαμβανό-
μενον ἀληθεύοι, εἰ καὶ μὴ τὸ ἀξίωμα τῆς ἀντιστρο-
φῆς αὐτῷ (26) συνεπάγοιτο, ἐκεῖνο (27) δὴ τὸ παρέχον
ἑτέρῳ μετέχειν τοῦ ἰδιώματος εἰς [22] λόγον ὁρῶμεν
ἀναγόμενον φύσεως. Εἰ οὖν ὅπερ ἦν ἴδιον ἀπ' ἀρχῆς
ἐγνωσμένον τοῦ Πατρός, τοῦτο οἴδωσιν ἡ τόλμα
παρεῖναι (28) καὶ τῷ Υἱῷ, συνοράτω καὶ ἄκουσα,
πρὸς οἷον αὐτῆς τέλος καταστρέφει τὸ θεοστυγές·
ἀκόλουθον δ' ἄρα, ὡς ἔοικεν, ἦν τοῖς ἐρασταῖς τοῦ
ψεύδους, κατὰ τῶν ἰδιωμάτων ἐφάπαξ ἐκμεμηνόσι,
τοῦ Πατρὸς καὶ αὐτήν γε παντελῶς τὴν ὑπόστασιν C
εἰς φύσιν ἀναλῦσαι καὶ τὸ αἴτιον ὅλως περιελεῖν τῶν
θεαρχικῶν ὑποστάσεων (29).

κ'. [κ'.] Ναί, φησίν, ἀλλ' ὁ Σωτὴρ ἔφη (30) τοὺς
μαθητὰς μυσταγωγῶν, ὅτι (31) Τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ
ἐμοῦ λήψεται καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν. Καὶ τίνα ἂν
λάθοις (32-33), ὡς ἐπὶ τὴν τοῦ Σωτῆρος κατέφυγες

tatem dixerint, profecto nec Filii proprietas erit, quoniam vero nec Spiritus est, dicant qui omnia dicere audent, quomodo quod nullius trium personarum est proprium sed nec commune, locum omnino habeat, ut in aliqua divinarum hypostaseon intelligatur.

18. Affine autem jam dictis et hoc: Si quod proprium est Patris transfertur in proprietatem Filii, profecto et quod proprium Filii in Patris proprietatem erit transferendum. Ubi enim impia garrulitas semel aperuit viam, qua notionales hypostaseon proprietates mutuo transitu alias in alias migrare et mutari vult, Pater quoque per ipsos (o impietatis profunditatem!) subibit generationem, quia generatus est Filius; oportebat enim audacissimos B istos nec ab hoc quidem impio ausu sibi temperare.

19. Universim vero in omnibus per se propriis quando aliquid horum de aliqua realiter hypostasi ab eo, quod illud sibi primario ut proprium vindicavit, acceptum verificatur, tametsi dignitatem reciprocæ conversionis secum non trahat, attamen illud, quod alteri præbet ut proprietatis sit particeps, videmus in naturæ rationem reduci. Si ergo quod ab initio proprium Patris agnoscebatur, hoc audacia istorum Filio quoque habendum tradit, videant vel inviti, quo demum ipsorum impietas desinat. Consequens enim foret, ab istis mendacii amatoribus contra Patris proprietates semel debacchatis, ipsam quoque hypostasin omnino in naturam resolvi, ita ut causæ ratio penitus a divinis hypostasibus auferatur.

20. Ita sane, inquiunt. At Salvator dixit discipulos erudiens et instruens, quod, *Spiritus de meo accipiet et annuntiabit vobis* [47]. Et quis non videt, te ad hanc Salvatoris confugisse vocem, non ut

[47] Joan. XVI, 14.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

υἱοῦ λεγόμενον καὶ τοῦ πνεύματος, εἰ κατὰ μὲν τοῦ υἱοῦ ἀληθεύει, ὡς τὸ καινὸν δόγμα φησί, κατὰ δὲ τοῦ πνεύματος οὐκέτι (οὐδὲ γὰρ αὐτὸ ἑαυτὸ προβάλλει). ἑτεροφυῆ ἄρα ταῦτα, ὁ υἱὸς καὶ τὸ πνεῦμα· εἰ δὲ ταῦτα ὁμοφυῆ, ἢ κατ' ἀμφοῖν ἀληθευέτω τὸ προβάλλειν τὸ πνεῦμα ἐξ αὐτῶν ἢ εἰ μὴ κατὰ τοῦ ἑνός, D οὐδὲ κατὰ τοῦ λοιποῦ ἀληθεύει.

(17) Mon.: πατρός.

(18) Cod. Col. ἀλλ' οὐδέ.

(19) Rursum Nicol. Methon. c. 9. vers. fin.: εἰ δὲ μήτε κοινὴ τῶν τριῶν, μήθ' ἑτός τινος τῶν τριῶν ἰδία, οὐδ' ἄρα ὅλως θεωρηθήσεται ἐπὶ τῆς τριάδος ἡ τοῦ πνεύματος προβολή, καὶ συνοιχήσεται καὶ τὸ πνεῦμα· ἀλλ' ἐπὶ κεφαλῆς τοῦ καινοτομοῦντος τὸ βλάσφημον ἀναφέροιτο!

(20) Monac.: Πατρὸς μεταβάλλεται εἰς τὴν ἰδ. τοῦ υἱοῦ. In Mon. hoc cap. signatur ιδ'.

(21) Mon.: ἀντιπεριίσταται βούλονται.

(22) Mon.: αὐτῆς.

(23) Mon.: εἴδει.

(24) Mon.: τολμῶντας.

(25) Nicol. Methon. c. 26 (l. c. f. 89 b.): ὅτι εἰ τὸ ἴδιον τοῦ πατρὸς εἰς τὸν υἱὸν μεταφέρεται, τί μὴ καὶ τὸ ἴδιον τοῦ υἱοῦ εἰς τὸν πατέρα ἀντιπερίσταται, ἵνα καὶ ὁ πατὴρ γεννητὸς ᾖ, ὡς μηδὲν εἶδος βλασφημίας ἀτόλμητον καταλείπεσθαι;

(26) Sic in cod. Col. 277.

(27) Mon.: κἀκεῖνο.

(28) Παρεῖναι deest in Mon.

(29) Nicol. Methon. c. 27: Οὐδὲν ἴδιόν τινος ὑποστάσεως ἑτέρᾳ ὑποστάσει ἐφαρμόζειν δύναται· ἀλλ' ἐπειδὰν ἴδιόν τι ἀπὸ τοῦ πρώτως ἐξιδιωσαμένου κατά τινος ὑποστάσεως πραγματικῶς ἀληθεύει, ἐκεῖνο τὸ πρώτως αὐτὸ ἐξιδιωσάμενον εἰς λόγον ἀνάγεται φύσεως· οἷον τὸ γελαστικὸν πρῶτον ἐξιδιοῦται ὁ καθόλου λεγόμενος ἄνθρωπος, ἀπὸ δὲ τούτου μεταλαμβανόμενον ἀληθεύει πραγματικῶς κατὰ πάντων τῶν κατὰ μέρος ἀνθρώπων· ἀλλ' ὁ καθόλου ἄνθρωπος ὁ πρῶτος τὸ γελαστικὸν ἐξιδιωσάμενος οὐχ ὑποστάσεως, ἀλλὰ φύσεώς ἐστιν ὄνομα. Εἰ τοίνυν καὶ τὸ προάγειν τὸ πνεῦμα πρῶτος μὲν ἐξιδιοῦται ὁ πατήρ, ἐξ αὐτοῦ δὲ μεταλαμβάνει τοῦτο καὶ ὁ υἱός, ὑπόστασις ὤν, ἀκόλουθον ἂν εἴη τὸν πατέρα λέγειν μὴ εἶναι ὑπόστασιν, ἀλλὰ φύσιν· εἰ δὲ τοῦτο, μηδ' εἶναι ὅλως πατέρα. — Cohæret hoc cap. intime cum c. 17.

(30) Col. ἔφησε.

(31) Mon.: ἡ τί· sed ed. marg.: ἴσως· ὅτι.

(32-33) Mon.: λάθῃς.

patrocinium invenias, sed ut ipsum quoque Dominum, perennen veritatis fontem, dissonantiæ insimules? Sic enim lingua tua ad quidlibet audendum est prona et ad ansas, ubi nullæ sunt, confingendas et excogitandas. Si enim hic ipse humani generis Conditor et curator modo quidem Spiritum docet a Patre procedere, nullatenus adjiciens, quod et a se procedat, sed illum (Patrem) solum causam, quemadmodum suæ generationis, ita et Spiritus processionis credi a nobis et prædicari jubet; modo autem, ut tu asseris, quia dicit: *De meo accipiet* [48], alto quidem silentio compressit priorem institutionem ac doctrinam; quanquam oportebat, ut in secundam ingressus initiationem prioris quoque memoriam refricaret, doctrinasque adeo inter se dissitas conjungeret et ad invicem conciliaret; ille vero hoc quod faciendum erat non facit, et loco dicendi, Spiritum a Patre procedere, in ipsum processionem Spiritus transfert: quo modo non evidenter evincitur. substantialem atque inalterabilem veritatem a te inique dissonantiæ insimulari?

21. Quoniam vero vel ea quæ pueris sunt nota scire te vetuit summa illa, qua etiam ad impossibilia contendis temeritas, nunc saltem, etsi non prius intelligere debes nihil tam clare tuæ vesaniæ adversari, quemadmodum hæc Domini atque Salvatoris vox. Si enim diceret: *De me accipiet*, nec sic quidem quod studes evinceretur; haberet tamen aliquem prætextum error. Neque enim accipere ab aliquo ob alium quempiam usum et substantiali processione procedere in eumdem sensum conveniunt; multum abest, ut hoc ita se habeat. Quoniam vero tantæ impietatis magnitudinem Salvator prævidens, non talem emisit vocem, ne multos ope tua dæmonis nequitia depasceretur, quomodo loco accusationis quam Domino intendis, ad ejus cle-

A φωνήν, οὐχ ἵνα συνήγορον εὑρήσῃς (34), ἀλλ' ἵνα καὶ αὐτὸν τὸν Δεσπότην, ἀένναον (35) τῆς ἀληθείας πηγήν, εἰς διαφωνίαν ἐξυβρίσῃς; οὕτω γὰρ ἡ σὴ γλῶσσα πάντα τολμᾷν ἐστιν ἀσελγὴς καὶ τῶν ἀλήπτων λαβὰς συμπλάττειν καὶ ἐπινοεῖν (36). Εἰ γὰρ αὐτὸς οὗτος ὁ Δημιουργὸς [23] τοῦ γένους καὶ προνοητὴς νῦν μὲν τὸ Πνεῦμα διδάσκει ἐκπορεύεσθαι τοῦ Πατρὸς, οὐδαμῶς προστιθεὶς (37-38), ὅτι καὶ ἐξ αὐτοῦ, ἀλλ' ἐκεῖνον αἴτιον μόνον, ὥσπερ τῆς ἑαυτοῦ γεννήσεως, οὕτω καὶ τῆς τοῦ Πνεύματος ἐκπορεύσεως, θεολογεῖσθαι μυσταγωγεῖ· νῦν δὲ, ὡς σὺ λέγεις, διότι φησίν (39). Ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, περιεῖλε μὲν σιγῇ βαθείᾳ τὴν προτέραν (40) μυσταγωγίαν· καίτοι γε πρὸς δευτέραν ἐλθόντα (41) τελετὴν ἔδει καὶ τῆς προτέρας ἀναμνῆσαι καὶ συνάψαι τὰ (42) τοσοῦτον (43)
B ἀλλήλων τῇ θεωρίᾳ διεστηκότα· ὁ δὲ (44), τοῦτο μὲν δέον πράττειν, οὐ ποιεῖ· ἀντὶ δὲ τοῦ ἐκπορεύεσθαι τὸ Πνεῦμα τοῦ Πατρὸς εἰς ἑαυτὸν τὴν ἐκπόρευσιν τοῦ Πνεύματος μετάγει· πῶς οὐχὶ τὴν σὴν ἔκθεσμον διαφωνίαν τῆς ἐνυποστάτου καὶ ἀναλλοιώτου κατασκεδάζων (45) ἀληθείας οὐχ ἑάλως δίκην ὀφείλων (46);

κα'. Ἐπεὶ δέ σε οὐδὲ τὰ τῶν παίδων εἰδέναι ἡ τοῦ τοῖς ἀδυνάτοις ἐπιχειρεῖν ἀπεστέρησε (47) θρασύτης, ἀλλά γε νῦν, εἰ καὶ μὴ πρότερον, συνιέναι σε χρὴ, ὡς οὐδὲν οὕτω (48) [24] λαμπρῶς ἵσταται κατὰ τῆς σῆς ἀπονοίας, ὡς ἡ Δεσποτικὴ καὶ Σωτήριος αὕτη
C φωνή (49). Εἰ μὲν γὰρ ἔλεγεν· Ἐξ ἐμοῦ (50) λήψεται, οὐδ' οὕτως τό σοι σπουδαζόμενον ἐλάμβανε πέρας· πλὴν ἀλλ' εἶχέ τινα πρόφασιν ἡ πλάνη (51). Οὐδὲ γὰρ οὐδὲ (52) τὸ λαμβάνειν ἀπό τινος χρείας ἄλλης χάριν, καὶ τὸ πρὸς οὐσίωσιν (53) ἐκπορεύεσθαι εἰς ταυτὸ (54) συνάγεται τῇ διανοίᾳ· πολλοῦ γε καὶ δεῖ. Ἐπεὶ δὲ τῆς τοσαύτης ἀσεβείας τὸ μέγεθος ὁ Σωτὴρ προορῶν οὐδὲ τοιαύτην ἀφῆκε φωνὴν (55), ἵνα μὴ πολλοὺς διὰ σοῦ ἡ τοῦ Πονηροῦ κακουργία κατανεμηθῇ (56), πῶς, ἀντὶ τοῦ κατηγορεῖν τὸν Δεσπό-

[48] Joan. xv, 26.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(34) Mon.: εὑρήσεις.
(35) Col. ἀέννaον.
(36) Hæc rursum adducit Hugo Etherianus (l. II, c. 18, p. 1233. E. F.): « Etiam. Sed Salvator dixit discipulos instruens, quoniam Spiritus de meo accipiet et annuntiabit vobis. Et quod utique lateas, D qui ad Salvatoris confugeris vocem, non ut advocatricem sumas, sed ubi (ut) ipsum per dissonantiam objurges; sic enim tua lingua est audax et impudica, ut in iis quæ incomprehensibilia sunt, occasiones confingat et subintelligat. »
(37-38) Mon. οὐδαμοῦ που τιθείς.
(39) Col. φησὶν ὅτι ἐκ τ. ἐ.
(40) Mon. πρότερον.
(41) Mon. μετελθόντα.
(42) Τὰ deest in Mon.
(43) Palat. f. 217 b. τοσούτων.
(44) Ὁ δὲ deest in Mon.
(45) Palat. κατασκεδάζειν. Col. διασκεδάζειν.
(46) Hugo Ether. (l. c.): « Quomodo tuam ex legem (edit.: ex lege) dissonantiam quæ incommutabilem et inalterabilem dissipat veritatem, non coercuisti cum pœnam debeas? »
(47) Sic Vat. Balat. et Hugo Ether., qui vertit privavit. Monac.: παρεχώρησε.
(48) Mon. οὕτως.
(49) Palat. f. 218 a.: ἡ δεσπ. κ. σωτ. αὐτὴ φ. Monac.: ἡ δεσπ. αὕτη κ. σωτήριος φ.
(50) Col. p. 278, ἔλεγεν καὶ ἐξ ἐμοῦ.
(51) Hugo Ether. (l. c.): « Ideo autem te, ut quæ puerorum sunt, non cognoscas, impossibilia conaudo privavit temeritas. At vero age, nunc, etsi non prius, intelligere te oportet, quod nihil sic manifeste stat contra tuam insolentiam, quemadmodum Dominica et salutaris ista vox. Nam si dixisset: *De me* accipiet, neque sic adinventio tua reperisset terminum; verum haberet aliquam competentem occasionem error. »
(52) Hoc alterum οὐδὲ abest a Mon.
(53) Col. καὶ πρὸς οὐσ.
(54) Mon. αὐτό. Sic Col.
(55) Mon. οὐδὲ τὴν τοιαύτην φωνὴν ἀφῆκεν.
(56) Hugo Ether. l. c.: « Propterea tantam impietatis magnitudinem Salvator providens non hujusmodi emisit vocem, ne forte diaboli versutia multos per te devoraret. »

την (57) οὐκ εἰς τὴν τοῦ Δεσπότου διὰ συγγνώ- A
μης (58) οὐ (59) καταφεύγεις φιλανθρωπίαν καὶ τὰ
τῆς καρδίας ὑπανοίγεις ὦτα τῇ ἐκείνου διδασκα-
λίᾳ (60) ;

κβ'. Εἶπεν ὁ Σωτὴρ ὅτι (61), οὐκ, Ἐξ ἐμοῦ λή-
ψεται, ἀλλ', Ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται (62), Ἤδει γὰρ ὁ
πάντας ἐλθὼν τῇ ἀληθείᾳ διδάξαι συμφωνεῖν, πολλῷ
μᾶλλον συντηρεῖν (63) ἀνεπίληπτον [25] τὴν συμ-
φωνίαν ἑαυτῷ· Ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται· πολλὴν καὶ
μεγάλην (64), εἰ καὶ βραχεῖ παραλλάττει (65) ῥή-
ματι, τὸ ἐκ τοῦ ἐμοῦ πρὸς τὸ (66), ἐξ ἐμοῦ, τὴν
διαφορὰν ἔχει (67). τὸ μὲν γὰρ, ἐξ ἐμοῦ, αὐτὸν τὸν
εἰπόντα τὴν φωνὴν συνεισάγει (68)· τὸ δὲ ἐκ τοῦ
ἐμοῦ πάντως ἕτερον πρόσωπον παρὰ τὸν εἰπόντα·
τοῦτο δὲ ποῖον ἂν εἴη, ἐξ οὗ λαμβάνει τὸ Πνεῦμα, εἰ
μὴ ὁ Πατήρ (69) ; οὐδὲ γὰρ οὐδ' ἄλλο τι θεομα- B
χοῦντες ἀναπλάσσουσιν (70)· οὔτε γὰρ ἐξ ἑτέρου
Υἱοῦ, οὐ μήν, ἀλλ' οὔτ' (71) ἐξ αὐτοῦ τοῦ λαμβά-
νοντος Πνεύματος (72). Ὁρᾷς ὅπως οὐδὲ τὰ τῶν
παίδων σοι παρεῖναι φιλεῖ (73) ; καὶ γὰρ καὶ παίδες
ἴσασιν ἄρτι φοιτῶντες εἰς γραμματιστοῦ (74), τὸ
μὲν, ἐξ ἐμοῦ (75), [26] αὐτὸν συνεισάγει (76) τὸν
προάγοντα (77) τὴν τοῦ λόγου περικοπὴν, τὸ δὲ ἐκ τοῦ
ἐμοῦ ἕτερον πρόσωπον ἐμφαίνει, ἠνωμένον (78) μὲν
δεσμοῖς οἰκειώσεως τῷ εἰπόντι, διάφορον δὲ πάντως
τῇ ὑποστάσει· πρὸς ὃ καὶ των ἀκροατῶν τὴν διά-
νοιαν ἁπλανῶς φέρεσθαι (79) παραπέμπει· ὥστε τὸ
σὸν προσφύγιον, εἴπερ ὅλως ἔλοιο (80) ἀντὶ μοῦ δυσ-
σεβεῖν εὐσεβεῖν, μετανοίας ἂν σοι προσφύγιον γέ-
νοιτο, οὐδεμία (81) δὲ πρὸς τὸ θεομαχεῖν ἀφορ-
μή (82). C

mentiam impetrandæ veniæ causa non confugis nec cordis pandis aures ad ejus doctrinam ?

22. Dixit Salvator, non *de me* accipiet, sed *de meo accipiet*. Noverat enim qui venit hortaturus omnes, ut veritati concordent et consonent, multo magis sibi consonantiam illibatam conservare. *De meo accipiet*, licet modicum sono verborum discrepet, multum tamen et magnum interest discrimen inter *de meo* et *de me*. Nam dicendo *de me* ille ipse qui vocem enuntiavit, inducitur ; dicendo autem *de meo*, omnino alia a proferentis persona intelligitur. Hæc vero quænam alia fuerit, ex qua accipit Spiritus, nisi Pater? Neque enim hi ipsi Deo repugnantes aliud quid confingent ; non enim ex alio Filio, imo neque ex ipsomet accipiente Spiritu. Vides, quomodo ne illa quidem, quæ pueris trita sunt, calles ; nam vel pueri grammaticorum frequentantes scholam sciunt, voce hac *de me* illum ipsum includi, qui orationis pericopen protulit; hac autem *de meo* aliam personam diserte significari, unitam quidem juribus conjunctionis cum eo qui vocem pronuntiavit, sed differentem omnino quoad hypostasin ; ad hanc etiam auditorum cogitationes sine erroris periculo transmittit et secure deducit. Quare tuum subterfugium, dummodo pie malis quam impie sentiri, pœnitentiæ tibi perfugium fuerit, non vero ulla ad repugnandum Deo occasio.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(57) Mon. τοῦ δεσπότου.

(58) Mon. συγγνώμην. Vat. διὰ συγγνώμης οὐ καταφ. Sic et Pal.

(59) Col. deest οὐ.

(60) Col. καρδ. ὦτα τῇ ἐκείνου ὑπανοίγεις διδ.

(61) Col. ὁ σωτήρ. τί ; οὐκ ἐξ ἐμ.

(62) Sic Vat. et Pal.; Mon. omissis οὐκ ἐξ ἐμοῦ λήψεται, ἀλλ' — tantum habet : ὅτι ἐκ τ. ἐ. λ.

(63) Mon. τηρεῖν.

(64) Mon. πολλὰ καὶ μεγάλα.

(65) Mon. παραλλάττων.

(66) Col. ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται πρὸς τό.

(67) Mon. ἔχειν.

(68) Mon. εἰσάγει.

(69) Photii verba : ποῖον ἂν ἕτερον πρόσωπον εἴη, ἐξ οὗ τὸ τοῦ κυρίου πνεῦμα λαμβάνει, εἰ μὴ ὁ Πατήρ; D adducit Beccus l. III, ad Theod. Sugd. n. 10 (*Gr. Orth.* II, p. 144).

(70) Mon et Col. ἀναπλάσσουσιν.

(71) Mon. οὐδ'.

(72) In Mon. deest πνεύματος. Hæc ita leguntur apud Hugon. Ether. l. c. : « Non dixit Salvator : De me, sed de meo accipiet ; multam et magnam, licet brevi permutetur verbo, *de me* ad illud quod *de meo* differentiam possidet. Nam *de me* ipsum inducit, qui vocem pronuntiat ; *de meo* autem omnino aliam a pronuntiante personam. Hic autem qui sit, ex quo Spiritus accipit, nisi Pater? Neque enim aliquid aliud qui contra Dominum pugnant confingent ; neque enim ex alio Filio, sed neque ex accipiente Spiritu » (ed. habet Spiritum).

(73) Hanc ignorantiæ accusationem Photius adversariis impingit etiam in ep. ad Aquilei. : οὐδὲ τὰς πᾶσιν ἐγνωσμένας φωνὰς συνιέντες οὗτοι οὐδὲ τῶν ἐν γερσὶ μάθησιν ἔχοντες, οὐ μόνον οὐκ ἀνέχονται παρ' ἑτέρων μαθεῖν τὸ ἀγνοούμενον· καίτοι γε παράκαλεῖν ἐχρῆν καὶ σπουδῇ ζητεῖν τοὺς αὐτοὺς τῆς ἀγνοίας ἀνελκύσοντας· οἱ δὲ καὶ διδασκάλους ἑαυτοὺς τῶν οἰκείων ἀναπλασμάτων προκαθίζουσι.

(74) Hæc Photii verba refert pariter Beccus l. c. (p. 145).

(75) Monacensis codicis scriptor hic lineam totam omisit, verba nimirum : αὐτὸν συνεισάγει — τὸ δὲ ἐκ τοῦ ἐμοῦ. Habet enim : τὸ μὲν ἐξ ἐμοῦ ἕτερον πρόσωπον ἐμφαίνειν, quod sensum plane perturbat.

(76) Col. συνεισάγειν.

(77) Palat. f. 218 b. προαγαγόντα.

(78) Col. εμφανῶς ἠνωμ.

(79) Monac. πέμπεσθαι.

(80) Ἔλοιο deest in Mon.

(81) Mon. οὐδεμίας.

(82) Mon. ἀφορμήν. — Eodem pacto de Christi verbis disserit Photius in ep. ad Aquilei. (apud Jager l. c., p. 458, 459) : Καὶ γὰρ ὅπερ ἐν ἄλλοις εἶπεν ὁ σωτήρ· « Τὸ πνεῦμα ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται, » τοῦτο καὶ νῦν διὰ τῆς προκειμένης ἐκδιδάσκει ῥήσεως, « Τὸ πνεῦμα, λέγων, ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται· » οὐ γὰρ εἶπεν ἐξ ἐμοῦ, ἀλλ' ἐκ τοῦ ἐμοῦ, δῆλον ὅτι τοῦ πατρός.... Πῶς γὰρ οὐκ αἰσχύνονται, τοῦ Σωτῆρος λέγοντος, ὅτι « Τὸ πνεῦμα ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν, » αὐτὸ τὸ, ἐκ τοῦ ἐμοῦ, οὐχ, ὡς εἶπεν ὁ σωτὴρ, ἐξακούοντες, ἀλλὰ τοῦτο παραγραφόμενοι ἀντ' ἐκείνου τὸ, ἐξ ἐμοῦ ἀντιγράφουσι ; τοῦτο γὰρ αὐτοῖς ἴσως ἔδοξε κατασκευάζειν τὸ βούλημα· καίτοι εἰ καὶ οὕτως εἴρητο, ὥσπερ οὐκ εἴρη

23. Quid ergo? Nonne oportebat te hæc saltem, quæ et pueri norunt, addiscere, prius quam blasphemiam efferres? Quomodo vero non pertimescis, licet dolo velando aptissimus, ita temere atque impudenter verbis Dominicis insultare et illudere, et quæ nec orationis series nec sententiæ integritas permittit, hæc non erubescis asserere Dominum affirmare? Certe enim vocem *de me* Christus non enuntiavit; tu tamen, licet non voce, at saltem fraudis exercendæ studio vocem *de meo* in hanc aliam *de me* transformans, asserensque Dominum docuisse id quod tibi per istam locutionem videtur significari, tria hæc simul ei per calumniam tribuis: dixisse nempe, quod non dixit, non dixisse quod dixit, et sententiam docere quam non solum non significavit voce, sed contra potius doctrinæ suæ adversari perspicue cernitur; et quarto eum sibi ipsi contraria sancientem inducis. Quonam pacto? Ipse dixit: *De meo accipiet*, non autem *de me;* tu vero docere ipsum affirmas, quod voce ista *de me* importari existimas; quamobrem quod quidem dixit, tollis ac negas, quod vero non dixit, quasi dictum obtrudis. Clamas enim Christum vocis, quam non enuntiavit, sententiam discipulis tradidisse et per ipsam docere, quod nullatenus labiis suis purissimis protulisse cognoscitur. Et sapientia quidem Dei per se subsistens Spiritum tradit procedere a Patre; tu vero omni contendens studio illum quasi dissonantem sibi redarguere clamas ipsum mutato consilio docuisse, Spiritum ab ipso procedere, et a priori quidem theologia recessisse, per secundam vero illam priorem sprevisse, imo nec posteriori robur suum conservasse. Si enim semel gratiæ theologia ab ipsamet gratia subvertatur, nusquam firma poterit permanere.

24. Sed jam tempus adest, ab initio audire tum verborum Dominicorum seriem, tum sententiæ, quam verba illa important, scopum; multo enim validius per illa impietatis impudentia panditur et

A κγ'. Τί οὖν; οὐκ ἔδει σε ταῦτα, εἰ μή τι ἄλλο πρὸ τοῦ βλασφημεῖν, ἃ καὶ παῖδες ἴσασιν, εἰδέναι ζητεῖν; Πῶς δέ σε φόβος οὐκ ἔλαβε, καίτοι δραστήριον ὄντα κρύψαι κακουργίαν, ἀνέδην (83) οὕτω (84) τῶν Δεσποτικῶν ῥημάτων κατορχεῖσθαι καὶ καταψεύδεσθαι; καὶ ἃ μήτε τὸ ἀκόλουθον τοῦ λόγου μήτε τῆς διανοίας ἐπιτρέπει τὸ ἀνύβριστον, ταῦτα λέγειν οὐκ ἐρυθριᾷς τὸν Δεσπότην ἀποφαίνεσθαι (85); 27] Καὶ γὰρ τὸ μὲν, ἐξ ἐμοῦ, δηλονότι μὴ ἐφθέγξατο· σὺ δὲ εἰ καὶ μὴ τῇ φωνῇ, μηχανῇ δὲ τῇ τοῦ κακουργεῖν τὸ ἐκ τοῦ ἐμοῦ μεταπλάσας εἰς τὸ, ἐξ ἐμοῦ (86), καὶ τὸ διὰ ταύτης σοι νομιζόμενον δηλοῦσθαι (87) τῆς προσφορᾶς τὸν Σωτῆρα διδάσκειν κατηγορῶν ἅμα τρία ταῦτα διαῤῥήδην συκοφαντεῖς· εἰπεῖν ὃ μὴ εἶπε, μὴ εἰπεῖν ὅπερ εἶπε, καὶ νοῦν ἐκοι-

B δάσκειν, ὃν οὐ μόνον οὐκ ἐδήλωσε τῇ φωνῇ, ἀλλά καὶ τοὐναντίον τῇ μυσταγωγίᾳ τῇ αὐτοῦ μαχόμενον ἔστι σαφῶς καθορᾶν· καὶ τέταρτον ἀτνινομοθετοῦντα εἰσάγεις (88) ἑαυτόν. Πῶς καὶ τίνα τρόπον (89); Αὐτὸς μὲν εἶπεν· Ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, ἀλλ' οὐκ, ἐκ ἐμοῦ (90)· σὺ δὲ διδάσκειν αὐτὸν διισχυρίζῃ, ἅπερ ἡ ἐξ ἐμοῦ λέξις δοκεῖ σοι παραδηλοῦν· ὥστε ὃ μὲν εἴρηκεν, ἀναιρεῖς· ὃ δὲ οὐκ ἔφησεν, ὡς εἰρημένον συγκροτεῖς. Τὸν γὰρ νοῦν βοᾷς ἧς οὐκ εἶπε φωνῆς δογματίζειν αὐτὸν τοῖς μαθηταῖς καὶ δι' αὐτῆς διδάσκειν ὁ μηδόλως ἐγνώσθη διὰ τῶν ἀχράντων χειλέων προαγαγών. Καὶ ἡ μὲν ἐνυπόστατος σοφία τοῦ Θεοῦ τὸ Πνεῦμα μυσταγωγεῖ ἐκπορεύεσθαι τοῦ Πατρός· σὺ δ' ὥσπερ ἐλέγχειν πᾶσαν (91) σπουδὴν ἐπελθὼν (92) διαφωνοῦντα πρὸς ἑαυτὸν, τὸ Πνεῦμα

C κράζεις μεταδιδάσκειν ἐκπορεύεσθαι, ἐξ αὐτοῦ, καὶ τῆς μὲν προτέρας ἐξίστασθαι θεολογίας, διὰ δὲ τῆς δευτέρας ἐκείνης τε παραφαῦλον (93) ποιεῖν καὶ οὐδὲ αὐτῇ τὸ κύριον συντηρεῖν. [28] Ἅπαξ γὰρ τῆς ἐν χάριτι θεολογίας ὑπὸ τῆς χάριτος περιτρεπομένης οὐδαμοῦ τὸ βέβαιον τὴν διαμονὴν εὑρήσει.

ἐκπορεύεσθαι μὲν γὰρ ποιεῖς αὐτὸ καὶ πρὸ τῆς σαρκώσεως καὶ μετὰ τὴν σάρκωσιν, τὸ δὲ ὁμοούσιον (24) οὔπω περιεῖλες· Εἰ οὖν ὁμοούσιον μὲν τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ, ὁμοούσιον δὲ καὶ τῇ προσληφθείσῃ φύσει (ἐξ αὐτῆς γὰρ αὐτὸ κελεύεις ἐκπορεύεσθαι), εἶνη ἂν ἀλύτοις λόγοις ἀποδείξεων ὁμοούσιος καὶ ἡ ἐν τῷ Χριστῷ (25) θεότης τῇ ἐν αὐτῷ ἀνθρωπότητι (26).'Εῶ δὲ νῦν παριστάνειν, ὡς καὶ κατὰ τοῦ Πατρὸς τὸ σὺν συνάγει δόγμα διὰ τῆς αὐτῆς τῶν λόγων θεωρίας τὸ τῆς σαρκὸς ὁμοούσιόν (27)· καὶ τί ἂν εἴη τῆς ἀσεβείας (28) ἀθεώτερον (29) ἢ σῆς πλάνης ἀθλιώτερον ;

ιε'. Σὺ δὲ οὔπω βούλει συνιδεῖν, εἰς οἷους σε κρημνοὺς καὶ βάραθρα ψυχικῆς διαφθορᾶς ἐναποῤῥίπτει καὶ κατορύττει τὸ μὴ βούλεσθαί σε Χριστῷ μηδὲ (30) τοῖς αὐτοῦ μαθηταῖς πείθεσθαι, μηδὲ ταῖς οἰκουμενικαῖς ἕπεσθαι συνόδοις, μηδὲ πρὸς τὰς λογικὰς ἐρόδους καὶ αὐτὰς διὰ τῶν ἱερῶν προϊούσας Λογίων (31) μηδαμῶς τὸν νοῦν ἐπιστρέφειν· ἀλλὰ κατηγορεῖς μὲν τοῦ κοινοῦ Δεσπότου (32), καταψεύδῃ δὲ τοῦ γενναίου Παύλου, κατεξανίστασαι δὲ τῶν οἰκουμενικῶν καὶ ἁγίων συνόδων, διασύρεις δὲ Πατέρας καὶ τοὺς σοὺς [109] ἀρχιερεῖς καὶ Πατέρας ὡς ἀληθῶς Πατέρων (33) τῆς διανοίας ἐξοστρακίζων ἐς κόρακας (34) ἀποπέμπεις καὶ πρὸς τὰς λογικὰς κωφεύεις θεωρίας· καὶ πάντα σοι κατεπόθη τὰ σωτήρια εἰς τὸ τῆς ἐπισφαλοῦς προλήψεως πάθος. Ἀλλ' ἀνθ' ἡμῶν σοι Δαβὶδ ὁ μελῳδὸς καὶ θεοπάτωρ ἐμβοήσεται· Σύνετε δή, ἄφρονες ἐν τῷ λαῷ, καὶ μωροὶ ποτὲ, φρονήσατε· μήποτε ἁρπάσῃ ὁ κοινὸς τοῦ γένους ἐχθρὸς τοσαύτας ἡμᾶς περιβάλλων (35) πάγαις ὡς λέων ἄγροις καὶ ὠρυόμενος τὰς ψυχὰς ὑμῶν καὶ οὐ μὴ ᾖ ὁ ῥυόμενος (36).

ις'. Τὰς μὲν οὖν ὑποτυπώσεις (37) ταύτας, ὥσπερ ᾔτησας (38), ἔχεις, ἀνδρῶν ἐμοὶ σεβασμιώτατε καὶ φιλομαθέστατε (39). Εἰ δέ ποτε Κύριος ἡμῖν τὴν αἰχμαλωσίαν ἐπιστρέψει (40) τῶν βιβλίων καὶ τῶν ὑπογραφέων ἡμῶν (41), τάχα ἂν ἔξεις (42) τοῦ παναγίου Πνεύματος ἡμῖν ἐμπνέοντός τε καὶ ἐπινεύοντός καὶ τὰς χρήσεις, ἃς οἱ νέοι προκομίζουσι πνευματομάχοι, μᾶλλον δὲ οἱ καθ' ὅλης ἐκμανέντες τῆς ὑπεραγάθου καὶ τρισυποστάτου Θεότητος (οὐδὲν γὰρ αὐτοῖς τῶν ἐν αὐτῇ παραλέλειπται, ὃ μὴ ταῖς οἰκείαις

A incarnationem et post incarnationem ; consubstantialitatem vero nondum sustulisti. Si igitur Spiritus Filio consubstantialis, et consubstantialis quoque assumptæ naturæ (ex ipsa namque eum procedere jubes), ineluctabili rationum vi evincetur, Christi deitatem consubstantialem esse ipsius humanitati. Nec volo interim demonstrare, eadem rationum vi e tuo dogmate colligi, cum ipso etiam Patre carnem Christi futuram consubstantialem ; et quid aliud fuerit aut hac impietate detestabilius aut hoc errore calamitosius ?

95. Tu tamen nondum vis conspicari, in qualia te præcipitia et in quam perniciosum animæ barathrum projiciat ac sepeliat improba hæc voluntas, qua renuis Christo ejusque discipulis obtemperare, B synodos œcumenicas sequi argumentisque ac rationibus e sacris eloquiis deductis animum impendere ; sed accusas communem Dominum, mentiris in eximium Paulum, insurgis in œcumenicas et sanctas synodos, calumniaris Patres tuosque pontifices, ac Patres revera e Patrum censu eliminans in malam amandas crucem, et ad rationis argumentationes obsurdescis ; et omnia jam devorasti pharmaca, quæ poterant fallacis præoccupationis morbo mederi. Sed pro nobis David tibi Psalmista Deique proavus inclamabit : *Intelligite, insipientes in populo et stulti aliquando, sapite* [92], ne forte communis generis humani hostis tot vos laqueis impetens rapiat, *tanquam leo ferus et rugiens* [93], *animas vestras, et non sit qui eripiat* [94]. C

96. Rudes igitur informationes istas habes, ut petivisti, virorum religiosissime atque studiosissime. Quodsi quando Dominus nobis direptos libros atque amanuenses restituat, fortasse habebis sanctissimo Spiritu nobis afflante atque annuente etiam testimonia, quæ proferunt novi isti Spiritus inimici, imo totius summe bonæ et trinæ Deitatis hostes furiosi (nihil enim in ea omiserunt, quod suis vesaniis non lacerent) ; nec non habebis confutationem ipsorum ex testimoniis, quæ ipsimet pro-

[92] Psal. xciii, 8. [93] I Petr. v, 8. [94] Psal. xlix, 22.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(24) Col. τὸ δ' ὁμ.

(25) Vatic. f. 208 a. ἀποδείξεων καὶ ἐν τῷ Χριστῷ θεότης ὁμ.

(26) Palat. f. 251 b. ἐν αὐτῷ τῇ ἀνθρ.

(27) Videlicet si Filii humana natura consubstantialis est divinæ ejus naturæ, cum divina natura Patris sit eadem, Pater quoque humanæ naturæ consubstantialis erit.

(28) Col. ἀσεσείας ταύτης.

(29) Vat. ἀθεότερον.

(30) In Vatic. hic et in seq. μὴ δέ.

(31) Vat. προσιούσας λ. Intelligit rationes theologicas, ratiocinationes dialecticas ex præmissis revelationis deductas, quales sua sophismata esse censet.

(32) Col. τὸν κοινὸν Δεσπότην.

(33) Vide cap. 84 præsertim not. 5.

(34) Sic Col. Palat. f. 252 a. εἰς κορ. Tritum est proverbium Græcorum.

D (35) Col. περιβαλών.

(36) Psalm. vii, 3 ; xxi, 14 ; coll. I Petr. v, 8. — Brevem recapitulationem hoc caput complectitur, quam conferas cum cap. 13 sequentis opusculi. — Vat. κ. ὠρυώμενος.

(37) Palat. ἀποτυπώσεις.

(38) Cf. cap. 1.

(39) Colum. f. 317 : ἱερέων ἐμοὶ τιμιώτατε καὶ φιλ.

(40) Phrasis biblica psal. cxxvi. (Vulg. cxxv) 1 ; Exech. xxix, 14 ; Amos ix, 14 et sæpe apud prophetas occurrens (lxx).

(41) Colum. Εἰ δέ ποτε Κύριος ἡμῖν τὴν ὑγείαν χαρίσεται (in margine : καὶ τὴν αἰχμαλωσίαν ἐπιστρ. τῶν βιβλίων κ. τῶν ὑπογρ. ἡμῶν) καὶ τῆς νόσου ἐπιστρέψομεν ἐν τάχει καὶ τῶν γραφέων ἡμῶν, τάχα ἂν, κ. τ. λ.

(42) Vatic. f. 208 b. ἕξεις. Colum. ἕξης.

ducunt, deductas, imo et ipsorum in his rebus dolos ac fraudes, itemque beatorum sapientissimorumque nostrorum Patrum testimonia constantissima atque irrefragabilia, quibus confunditur et impietatis arguitur istius apostasiæ sententia.

A ἀπονοίας [110] καθυβρίζουσι (43)· καὶ δὴ καὶ τοὺς ἐπαγομένους αὐτοῖς ἐξ ὧν αὐτοὶ προάγουσι χρήσεων ἐλέγχους, ἀλλὰ καὶ τὴν περὶ ταῦτα κακουργίαν αὐτῶν καὶ μηχανουργίαν (44)· καὶ μὴν καὶ τῶν μακαρίων καὶ θεοσόφων Πατέρων ἡμῶν τὰς ἀπαραγράπτους μαρτυρίας, δ' ὧν αὐτῶν (45) καταισχύνεται καὶ πάσης εὐσεβείας ἀπελαύνεται τῆς ἀποστασίας τὸ φρόνημα.

PHOTII PATRIARCHÆ

Contra veteris Romæ asseclas libellus ostendens, Spiritum sanctum ex solo Patre procedere, non vero etiam ex Filio.

1. Si simplex quidem Spiritus, ex Patre vero et Filio procedit, omnino hi una censendi forent persona, atque exinde induceretur contractio Sabelliana seu potius semisabelliana.

2. Si ex Patre et ex Filio procedit Spiritus sanctus, duplex omnino erit et compositus. Si ad duo principia refertur Spiritus sanctus, ubi erit tantumdem decantatus unius principatus?

3. Si producit Spiritum Pater, producit vero illum et Filius, erit Pater et contiguus productor-Spiritus et longinquus propter Filius ex Filio productionem.

4. Si perfecta est sancti Spiritus ex Patre processio, superflua igitur ea quæ ex Filio.

5. Si eamdem Spiritus productionem habet Filius cum Patre, communis horum erit productionis proprietas, et quomodo commune erit proprietas? Si vero oppositum, quomodo hanc illa non destruit? Contrariorum enim alterum alterum destruit. Si diversam, pars quidem Spiritus hac ratione, pars vero alia ratione procedet, et ex partibus inæqualibus erit compositus.

6. Si ex una causa, Patre, tum Filius tum Spiritus prodierunt, rursum vero Filius producit Spiritum, producet quoque Filium Spiritus. Pari enim honore utrumque produxit Pater et productor.

7. Si Filius communicat cum Patre in sancti Spiritus productione, etiam Spiritus sanctus in ea communicabit; omnia enim quæ sunt Patri cum Filio communia, etiam sunt communia Spiritui sancto; hinc erit ipse causa simul et causatus, quod ipsis gentilium fabulis monstruosius est.

B

ΦΩΤΙΟΥ ΠΑΤΡΙΑΡΧΟΥ

Κατὰ τῶν τῆς παλαιᾶς Ῥώμης ὅτι ἐκ τοῦ Πατρὸς μόνον ἐκπορεύεται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἀλλ' οὐχὶ καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ.

[113] α'. Εἰ ἁπλοῦν μὲν τὸ Πνεῦμα, ἐκ τοῦ Πατρὸς δὲ καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεται, πάντως ἓν ἂν οὗτοι νομισθεῖεν πρόσωπον· κἀντεῦθεν εἰσαχθήσεται (46) συναλοιφὴ (47) Σαβέλλιος, ἢ μᾶλλον εἰπεῖν, ἡμισαβέλλιος.

β'. Εἴπερ ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, διπλοῦν ἂν εἴη καὶ σύνθετον· εἰ πρὸς δύο ἀρχὰς ἀναχθήσεται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον (48), ποῦ τὸ πολυύμνητον ἔσται τῆς μοναρχίας;

γ'. Εἰ προβάλλεται μὲν τὸ Πνεῦμα ὁ Πατὴρ (49), C προβάλλεται δὲ τοῦτο καὶ ὁ Υἱός, εἴη ἂν ὁ Πατὴρ καὶ προσεχὴς τοῦ Πνεύματος προβολεὺς καὶ πόρρω διὰ τὴν ἐκ τοῦ Υἱοῦ προβολήν.

δ'. Εἴπερ ἡ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπόρευσις τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐντελής, περιττὴ ἄρα ἡ ἐκ τοῦ Υἱοῦ (50)

ε'. Εἰ μὲν τὴν αὐτὴν προβολὴν ἔχει τοῦ Πνεύματος ὁ Υἱὸς τῷ Πατρί, κοινὴ τούτοις ἡ τῆς προβολῆς ἰδιότης· καὶ [114] πῶς ἔσται τὸ κοινὸν ἰδιότης; Εἰ δὲ τὴν ἐναντίαν, πῶς οὐ φθείρει ταύτην ἐκείνη; φθαρτικὰ γὰρ ἀλλήλων τὰ ἐναντία. Εἰ δὲ ἑτεροίαν, μέρος μὲν τοῦ Πνεύματος οὕτω, μέρος δὲ τρόπον ἄλλον ἐκπορευθήσεται καὶ ἐξ ἀνίσων μερῶν ἔσται τοῦτο συγκείμενον (51).

ς'. Εἴπερ ἐξ ἑνὸς αἰτίου, δηλαδὴ τοῦ Πατρὸς, ὅ τε Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα προελήλυθασι, προβάλλεται δὲ D πάλιν ὁ Υἱὸς τὸ Πνεῦμα, προβαλεῖται καὶ τὸ Πνεῦμα τὸν Υἱόν· ὁμοτίμως γὰρ ἄμφω προήγαγεν ὁ Πατὴρ καὶ προβολεύς.

ζ'. Εἴπερ ὁ Υἱὸς τῷ Πατρὶ κοινωνεῖ τῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος προβολῆς, καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα ταύτης κοινωνήσει (52)· πάντα γὰρ ὅσα τοῦ Πατρὸς κοινὰ πρὸς τὸν Υἱὸν, ταῦτα καὶ πρὸς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· καὶ λοιπὸν ἔσται καὶ αἴτιον ἅμα καὶ αἰτιατόν, ὃ καὶ τῆς τῶν Ἑλλήνων μυθολογίας τερατωδέστερον.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(43) Cf. cap. 53 fin.

(44) Videtur non solum perversas explanationes et illationes, verum etiam textuum corruptiones intelligere (cf. cap. 71), præsertim cum jam ex iis ipsis, quæ adversarii proferant, confectas refutationes immediate ante commemoraverit.

(45) Vat. αὐτὴ — Palat. f. 252 b. αὐτήν. Colum. ut supra.

(46) Cod. Vindob. Gr. th. 40. n. 23 f. 138 b. συναχθήσεται.

(47) Cod. Vindob. cit. συναλειφή.

(48) Τὸ ἅγιον deest in cod. Cæsar.

(49) Cod. cit. ὁ Πατὴρ τὸ Πνεύμα.

(50) Hæc quatuor argumenta eodem ordine leguntur apud Beccum orat. de un. Eccl. c. 35-40 (*G. O.* I. p. 154, 156, 158-160).

(51) Apud Beccum l. c. c. 42 (p. 162). Duo sequentia capp. ibid. c. 43, 44 (p. 164, 166).

(52) Euthym. ed. κοινωνήσει ταύτης.

η'. Εἰ προσάλλεται μὲν καὶ (53) ὁ Υἱὸς, τὸ Πνεῦμα δὲ τῆς προσολῆς ἀπεστέρηται, καταδεεστέρας ἂν εἴη (54) τοῦτο παρὰ τὸν Υἱὸν δυνάμεως, ὁ τῆς Μακεδονίου παραφροσύνης (55).

A 8. Si producit quidem et Filius, Spiritus vero productione privatus est, tenuioris esset facultatis quam Filius, quod fuit Macedonii deliramentum.

[115] θ'. Προφασίζονται (56) δὲ, (57) ὅτι Ἀμβρόσιος οὕτως εἴρηκεν ἐν τοῖς περὶ αὐτοῦ λόγοις, ἔτι δ' Αὐγουστῖνος καὶ Ἱερώνυμος· ὑπὲρ ὧν ἀπολογητέον, ὡς ἢ νενοθεύκασιν οἱ πνευματομάχοι τὰς τούτων (58) συγγραφὰς, ἢ κατ' οἰκονομίαν ἴσως εἰρήκασιν, ᾗ καὶ ὁ μέγας Βασίλειος (59) ἐχρήσατο, παρ' ἑαυτῷ φυλάττων ἀπόῤῥητον (60) μέχρι τινὸς τοῦ παναγίου Πνεύματος τὴν θεολογίαν· ἢ καὶ τῆς ἀκριβείας ὡς ἄνθρωποι παρεσύρησαν, ὅ πολλοὶ πεπόνθασι τῶν μεγάλων ἔν τισιν, ὡς ὁ Ἀλεξανδρείας Διονύσιος, καὶ Μεθόδιος ὁ Πατάρων, καὶ Πιέριος, καὶ Πάμφιλος, καὶ Θεόγνωστος, καὶ Εἰρηναῖος ὁ Λουγδούνων, καὶ Ἱππόλυτος ὁ σύτοῦ μαθητής. Τινὰς γὰρ αὐτῶν ῥήσεις οὐκ ἀποδεχόμεθα, καίτοι τἄλλα σφόδρα θαυμάζοντες (61).

B 9. Prætendunt autem Ambrosium ita dixisse in suis libris, ac pariter Augustinum et Hieronymum: super quibus respondendum, vel Pneumatomachos eorum scripta depravasse, vel eos secundum œconomiam fortasse locutos fuisse, qua et magnus Basilius usus est, apud se servans aliquandiu sanctissimi Spiritus deitatis prædicationem, vel ab accurata eos theologia, quæ est hominum conditio, deflexisse, quod multi ex magnis viris in quibusdam passi sunt, ut Dionysius Alexandrinus, Methodius Patarensis et Pierius, Pamphilus, Theognostus et Irenæus Lugdunensis atque Hippolytus ejus discipulus. Quasdam enim eorum sententias non recipimus, quamvis eos in aliis magnopere admiremur.

ι'. Εἶπον οἱ τρεῖς, ὡς Ῥωμαῖοι λέγουσιν· οἱ δὲ τῶν ἑπτὰ συνόδων ἀρχιερεῖς οὐκ εἶπον (62). Τὸν γὰρ τῆς πίστεως ἡμῶν (63) ὅρον πᾶσαι κατὰ διαδοχὰς ἐβεβαίωσαν, αἷς οἱ πρόεδροι καὶ λαμπτῆρες τῆς Ῥωμαϊκῆς Ἐκκλησίας ἀναντιῤῥήτως [116] συνεψηφίσαντο καὶ δόγμα προστεθῆναι μηδὲν ἔτι τεθείκασι (64) μήτ' ἀφαιρεθῆναι τοῦ ῥηθέντος ὅρου τῆς πίστεως, ἀλλὰ καὶ τὸν κατατολμήσαντα παντάπασιν ἀποῤῥαγῆναι τῆς Ἐκκλησίας (65).

10. Dixerunt isti tres, ut Romani aiunt; sed septem synodorum pontifices non dixerunt. Fidei enim nostræ definitionem omnes synodi secundum successiones confirmarunt, quibus Romanæ Ecclesiæ antistites ac lumina absque ulla contradictione assensi sunt, ac statuerunt nihil dictæ fidei definitioni addere nec ab ea subtrahere licere, verum qui hoc auderet et omnino ab Ecclesia ejiciendum.

ια'. Ὁ μέντοι θεῖος Γρηγόριος, ὁ Διάλογος, οὐ πολὺ μετὰ τὴν ἕκτην σύνοδον ἀκμάσας, Ῥωμαϊκῇ φωνῇ καὶ γράμμασιν ἐθεολόγησεν ἐκ τοῦ Πατρὸς C μόνου προσάλλεσθαι (66) τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· Ζαχαρίας δὲ πέντε καὶ ἑξήκοντα καὶ ἑκατὸν ἔτεσιν ὕστερον (67) τὰ συγγράμματα τοῦ Διαλόγου δι' Ἑλληνίδος ἑρμηνεύων φωνῆς, Τὸ παράκλητον Πνεῦμα, φησὶν, ἐκ τοῦ Πατρὸς προέρχεται, καὶ ἐν τῷ Υἱῷ μένει· παρὰ (68) τοῦ Προδρόμου τοῦτο μαθὼν ἰδόντος τὸ Πνεῦμα καταβαῖνον ὡσεὶ περιστερὰν καὶ μένον ἐπ' αὐτόν.

11. Gregorius tamen divinus, Dialogus, qui non multo post sextam synodum floruit, Romana lingua litterisque Latinis prædicavit ex Patre solo procedere Spiritum sanctum; Zacharias vero, centum sexaginta quinque annis post Dialogi libros Græca voce interpretans, *Paraclitus Spiritus*, ait, *ex Patre procedit et in Filio manet*, a Præcursore hoc edoctus, qui viderat Spiritum descendentem tanquam columbam et manentem super ipsum [95].

[95] Joan. I, 32.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(53) Καὶ deest in cod. Vindobon.

(54) Apud Euthym. ἦει.

(55) Hoc argumentum tum in Euthymii Panoplia tum in Cod. Vindobon. octavo loco ponitur; sed apud Beccum (*G. O.* I. p. 161) loco quinto, immediate post caput quartum. Post hoc cap. 8 differunt tum Euthymii textus tum præfatus Vindobon. Codex; cum priori plerumque Becci allegationes consentiunt. Dabimus hinc Euthymii textum, cui deinde alterum subjiciemus.

(56) Quæ nunc sequuntur usque ad finem præsentis textus, præter Euthymium suppeditat quoque altera synopsis Nicolai Methonensis in cod. Monac. Gr. 66 f. 81 b. et 82 tanquam epitomen eorum quæ Photius disputavit; ea quoque apud Beccum (l. c. p. 163 seq.) commemorantur iisdem propemodum verbis, nonnullis duntaxat prætermissis.

(57) Δέ omitt. ap. Nicol. Methon.

(58) Τούτων deest apud Methon.

(59) Euthym. καὶ αὐτὸς B.

(60) Ἀπόῤῥητον deest ap. Methon.

(61) Apud Beccum l. c. Ὡς εἰ καὶ εἰρήκασι τοῦτο οἱ δηλωθέντες, ἀλλὰ κατ' οἰκονομίαν ἴσως εἰρήκασιν, ᾗτινι καὶ ὁ μέγας Βασίλειος ἐν καιροῖς ἰδίοις ἐχρήσατο· ἢ καὶ τῆς ἀκριβείας ὡς ἄνθρωποι παρεσύρησαν· ὁ πολλοὶ πεπόνθασι τῶν μεγάλων ἔν τισιν, ὡς Ἀλεξανδρείας Διονύσιος καὶ Μεθόδιος ὁ Πατάρων, καὶ ὁ δεῖνα καὶ ὁ δεῖνα τῶν ἐπὶ ἁγιωσύνῃ ὀνομασθέντων, ὧν τινὰς ῥήσεις οὐκ ἀποδεχθῆναι (λέγει τῇ Ἐκκλησίᾳ, καὶ ταῦτα ἐπὶ τοῖς ἄλλοις σφόδρα θαυμαζομένων. D

(62) Hæc eodem pacto apud Beccum l. c. p. 170 occurrunt.

(63) Apud Nicol. Methon. additur ἱερόν.

(64) Sic Euthym. Methon. δόγμα τεθείκασι μηδὲν ἔτι προστεθῆναι.

(65) Beccus p. 170 : οἱ (septem synodorum præsules) καὶ συνεψηφίσαντο δόγμα προστεθῆναι μηδὲν ἔτι, μήτ' ἀφαιρεθῆναι τοῦ παραδοθέντος ὅρου τῆς πίστεως, ἀλλὰ καὶ... ut supra... τῆς Ἐκκλησίας.

(66) Sic Euthym. Methon. ἐκπορεύεσθαι.

(67) Methon. ὕστερον ἔτεσι.

(68) Methon. ἐκ.

12. Leo autem et Benedictus, magni Romæ pontifices, postea Græca lingua inter sacra Missarum solemnia fidei symbolum Romæ et in cæteris Ecclesiis Romanæ subjectis recitandum esse sanxerunt, ne linguæ angustiæ prætextum præberent blasphemandi. Hic vero Leo, cum apostolicæ Romanorum Ecclesiæ ærarium reserasset, scuta duo inter alia sacra donaria asservata eduxit Græcis et litteris et verbis catholicæ fidei expositionem continentia, quæ coram universo populo Romano recitari jussit; et usque ad pium Constantinopoleos patriarcham Sergium Romani pontifices in principio pontificatus systaticas professionis suæ mittentes epistolas in universas patriarchales sedes fidei symbolum absque ulla varietate inseruerunt.

A ιβ'. Λέων δὲ καὶ Βενέδικτος, οἱ μεγάλοι Ῥώμης ὕστερον ἀρχιερεῖς Ἑλληνιστὶ κατὰ τὴν ἱερὰν μυσταγωγίαν ἐκφωνεῖσθαι τὸ σύμβολον τῆς πίστεως ἐν τῇ Ῥώμῃ καὶ ταῖς ἄλλαις ὑπὸ ταύτην Ἐκκλησίαις (69) ἐνομοθέτησαν (70), ἵνα μὴ τὸ στενὸν τῆς διαλέκτου βλασφημίας (71) παράσχῃ πρόφασιν. [117] Οὗτος δὲ ὁ Λέων (72) τὸ θησαυροφυλάκιον τῆς ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας Ῥωμαίων διανοίξας (73), ἀσπίδας δύο τοῖς ἱεροῖς κειμηλίοις (74) συναποτεθησαυρισμένας (75) ἐξήνεγκεν, Ἑλληνικοῖς καὶ (76) γράμμασι καὶ ῥήμασιν ἐχούσας τὴν εὐσεβῆ τῆς πίστεως ἔκθεσιν, καὶ ταύτας ἐνώπιον ὑπαναγνωσθῆναι τοῦ Ῥωμαϊκοῦ πλήθους (77) ἐδικαίωσεν. Καὶ μέχρι τοῦ εὐσεβοῦς πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως Σεργίου οἱ

B Ῥώμης ἀρχιερεῖς ἐν ἀρχῇ τῆς χιάρερωσύνης (78) συστατικὰς (79) τῆς ἑαυτῶν θρησκείας ἐκπέμποντες ἐπιστολὰς εἰς πάντας τοὺς πατριαρχικοὺς θρόνους τὸ σύμβολον τῆς πίστεως ἀπαραλλάκτως ἐνέττατον (80).

13. Sed quid opus est multa dicere? Filius et Dominus Spiritum ex Patre procedere tradit ac prædicat, et magnus item Paulus decernit et sancit: *Licet nos vel angelus e cœlo evangelizaverit vobis præter id quod nos evangelizavimus vobis, anathema sit* [96]. Et quisnam alium doctorem adhuc quæret, nisi aperte insaniens?

ιγ'. Ἀλλὰ (81) τί δεῖ πολλὰ (82) λέγειν; Ὁ Υἱὸς καὶ Δεσπότης τὸ Πνεῦμα (83) ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεσθαι μυσταγωγεῖ· καὶ ὁ μέγας δὲ Παῦλος αὖθις ἀποφαίνεται λέγων· Κἂν ἡμεῖς ἢ ἄγγελος ἐξ οὐρανοῦ εὐαγγελίζηται ὑμῖν παρ' ὃ εὐηγγελισάμεθα ὑμῖν, ἀνάθεμα ἔστω (84). Τίς δὲ ἐπιζητεῖ διδάσκαλον ἄλλον, εἰ μὴ προφανῶς μέμηνεν (85);

---

[118] Altera pars ejusdem operis ex cod. Vindobon. Gr. theol. 40.

9a. Dicens David, *et Spiritu oris ejus*, docuit etiam C Spiritum ex solo Patre procedere, cum Patri attribuat illud *ex ore ejus*, non Filio, ut jam anticipando destruat blasphemiam illorum, qui etiam ex Filio procedere Spiritum opinantur.

θ'. Εἰπὼν ὁ Δαβὶδ, Καὶ τῷ Πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ, ἐδίδαξε καὶ, ὅτι ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται, τῷ Πατρὶ προσνείμας τὸ ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ, οὐ τῷ Υἱῷ, ἵνα προανέλῃ τὴν βλασφημίαν τῶν οἰομένων ἐκπορεύεσθαι τοῦτο καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ (86).

10a. In cæteris omnibus processio denotat egressionem simpliciter, ut illud quod in Psalmis dicitur: *Egrediebatur foras et loquebatur in idipsum* [97]; sed sancti Spiritus ex Patre processio non

ι'. Ἐπὶ μὲν τῶν ἄλλων ἁπάντων ἡ ἐκπόρευσις τὴν ἁπλῶς ἐξέλευσιν δηλοῖ, ὡς τὸ ψαλμικῶς εἰρημένον· Ἐξεπορεύετο ἔξω καὶ ἐλάλει ἐπὶ τὸ αὐτό· ἡ δὲ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπόρευσις τοῦ ἁγίου Πνεύματος (87)

[96] Galat. I, 9. [97] Psal. XL, 7.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(69) Method. ἔν τε Ῥώμῃ καὶ ταῖς ἄλλαις ταῖς D ὑπὸ τὴν ταύτης Ἐκκλησίαν.

(70) Huc usque verba hujus capitis ex Photii tractatu κατὰ τῶν τῆς παλαιᾶς Ῥώμης adducit Leo Allatius in *Confut. fab. de Jo. Papissa* n. 12 (Symmixta II, 419) integrum vero caput profert ex Photii (eodem) tractatu apud Euthym. in Panoplia in opere contra Hotting. c. 19, p. 417, 418, ac pariter hoc caput dat J. Usser., *Diss. de Rom. Eccl. Symbolo ap. vet.* Oxon. 1660, p. 25.

(71) Apud Allat. c. Hott. l. c. ῥᾳθυμίας.

(72) Apud Alla. l. c. additur καί. Sequentia verba leguntur quoque indirecto sermone apud Beccum l. c., p. 172, 173.

(73) Sic Euthym. Allat. τῆς ἀποστ. Ἐκκλ. Ῥωμ. ἀνοίξας· apud Method. τῆς ἀπ. ἀνοίξας Ἐκκλ. Ῥωμ.

(74) Τοῖς ἱεροῖς κειμηλίοις deest apud Euthym., sed legitur apud Beccum, Method., Allat et Usser.

(75) Allat. ἀποτεθ. Bacc. ἐναποτεθ.

(76) Καί deest apud Method.

(77) Method. καὶ ταύτην ἐνώπιον ἀναγνωσθῆναι πλήθους.

(78) Allat. ἱερωσύνης· sic et Usser.

(79) Method. συστατικὴν... ἐπιστολήν.

(80) Hæc Photii non esse re ipsa manifestum est; Allatius l. c. p. 418, posterius additamentum habet; alias tamen authentiam totius operis suspectam censet.

(81) Method. καί.

(82) Euthym. τὰ πολλά..

(83) Τὸ Πν. deest apud Euthym.

(84) Galat. I, 8. Ap. Bacc. ἡμῖν prima vice, altera deest.

(85) Totum caput iisdem verbis adducit Beccus l. c., p. 175, ubi pro τίς δὲ ἐπιζητεῖ legitur: καὶ τίς ἐπιζ.

(86) Hæc in solo Vindob. cod. th. Gr. 40 invenimus; quæ vero sequuntur a cap. 10, Euthymius rursum in Panoplia Photii opusculo hac inscriptione subjunxit: Ἑτέρου τὰ ὑποτεταγμένα δύο κεφάλαια. Ἐπὶ μὲν τῶν ἄλλων, ut in textu. Horum capitum prius legitur quoque in cod. Vindob. philos. Gr. 248 (Lambec. cod. 43) f. 117-118 cum epigraphe = Φωτίου πατριάρχου. Ἐπὶ μὲν τ. ἀ.... κόλασιν.

(87) Cod. Gr. phil. Vind. 248: ἡ δὲ τοῦ Πνεύματος ἐκπόρευσις.

οὐ τὴν ἁπλῶς ἔξέλευσιν σημαίνει, ἥτις ἐστὶ συμβε- A
βηκὸς γινομένη καὶ ἀπογινομένη, ἀλλὰ τὴν οὐσιώδη
καὶ φυσικὴν καὶ τοῦ πῶς εἶναι σημαντικὴν καὶ
τὴν (88) ὑπάρξεως τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐμφαντικήν·
ὅτι οὐ γεννητῶς ἐστιν ὡς ὁ Υἱός, ἀλλ' ἐκπορευτῶς
καὶ ἰδίως· τοῦ μὲν γὰρ Υἱοῦ ἴδιον τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς
γεννᾶσθαι φυσικῶς, τοῦ δὲ ἁγίου Πνεύματος τὸ ἐκ
τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεσθαι φυσικῶς· καὶ κατὰ τοῦτο
μόνον διαφέρουσιν ἀλλήλων, ἤτοι κατὰ τὴν ἰδιότητα
τῆς ὑπάρξεως, ἓν ὄντες ἄλλως τὴν οὐσίαν καὶ φύσιν
καὶ ἀξίαν καὶ δύναμιν, καὶ, ἁπλῶς εἰπεῖν, τἄλλα
πάντα πρός τε τὸν Πατέρα καὶ πρὸς ἀλλήλους. Πῶς
οὖν φατε τὸ ἅγιον Πνεῦμα (89) [119] ἐκπορεύεσθαι
καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ; Εἰ μὲν ὡς ἐξ αἰτίου, ἰδοὺ δύο αἴτια
καὶ δύο ἀρχαί, Πατὴρ καὶ Υἱός, καὶ διαρχία μᾶλλον
ἡ μοναρχία τὸ παρ' ὑμῖν (90) πρεσβευόμενον· καὶ B
οὐχ ἡμέτερον λέγειν ὅσα τὰ ἄτοπα ἕψεται. Εἰ δ' ἑτέ-
ρως, ὡς ἐκ φεραλλήλου διὰ τὴν εἰς ἄλληλα τούτων
ἀντιπεριχώρησιν, καὶ, ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, ἐξαποστελλό-
μενον· ἐξαποστέλλει γὰρ ὥσπερ ὁ Πατὴρ τὸν Υἱόν,
οὕτω καὶ ὁ Υἱὸς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· Ὅταν δέ, φη-
σὶν, ἔλθῃ ὁ Παράκλητος, ὃν ἐγὼ πέμψω ὑμῖν
παρὰ τοῦ Πατρὸς, τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὃ
παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται, ἐκεῖνο μαρτυρή-
σει περὶ ἐμοῦ· εἰ, κατὰ ταύτην τὴν διάνοιαν, ἐκπο-
ρεύεσθαι καὶ ἐκ (91) τοῦ Υἱοῦ, λέγετε, ἔῤῥωσθε μὲν
τὸν νοῦν, ἁμαρτάνετε δὲ καθ' ἕτερον λόγον· πρῶ-
τον (92) μὲν τὴν ὑπὸ τῶν ἑπτὰ συνόδων βεβαιωθεῖ-
σαν ἔκθεσιν τῆς πίστεως τῇ προσθήκῃ ταύτῃ παρα-
ποιοῦντες καὶ τότε μόνοι τῶν ἁπάντων ἔπειτα τὸ
καὶ προσκείμενον, ὃ σύνδεσμον καλεῖν εἰώθαμεν, ἴσην C
τὴν ἐκπόρευσιν δίδωσι νοεῖν ἔκ τε τοῦ Πατρὸς καὶ ἐκ
τοῦ Υἱοῦ, κἂν ὑμεῖς ἑτέρως νοῆτε (93) τὴν ἐκ τοῦ
Υἱοῦ, καθὰ προειρήκαμεν· χρὴ δὲ μὴ μόνον φρονεῖν
ὀρθῶς ἀλλὰ μηδὲ σκανδαλίζειν ἄλλους· εἰ γὰρ ὁ
σκανδαλίζων ἕνα φρικτῆς ἄξιος ἐκρίθη παρὰ τοῖς
Εὐαγγελίοις (94) κολάσεως, οἱ τὴν οἰκουμένην ὅλην
σχεδὸν σκανδαλίζοντες ποίαν ἀξίαν εὕροιεν κόλα-
σιν;

egressionem simpliciter significat, quæ accidentalis est et modo locum habet, modo non amplius, verum substantialem et naturalem quæque est declarativa certi exsistentiæ modi et subsistentiæ sancti Spiritus indicativa, quod non per generationem est ut Filius, sed per processionem suoque proprio modo. Filii enim proprietas est ex Patre generari naturaliter, sancti vero Spiritus proprietas naturaliter ex Patre procedere; et secundum hoc solummodo ab invicem differunt, sive secundum subsistentiæ proprietatem, cum cæteroquin unum sint quoad substantiam et naturam, dignitatem et virtutem, atque, ut uno verbo dicam, quoad alia omnia tum cum Patre tum cum se ipsis. Quonam igitur pacto dicitis, sanctum Spiritum procedere etiam ex Filio? Si enim velut ex causa, ecce duæ causæ et duo principia, Pater et Filius, et tunc id quod veneramur ac colimus supplicando dyarchia (duorum principatus) potius erit quam monarchia (unius principatus seu principii unitas). Neque nostrum est edicere, quanta inde secutura sint absurda. Si vero alio medo, velut ex mutua connexione propter eorum circumsessionem et, ut simpliciter dicam, ut ab eo missus (mittit enim, quemadmodum Pater Filium, ita et Filius Spiritum. *Quando*, inquit, *venerit Paraclitus, quem ego mittam vobis a Patre, Spiritum veritatis, qui a Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me* [98]); si secundum hunc, inquam, sensum procedere et ex Filio dicitur, tunc quidem, quod ad mentem spectat, sani estis, peccatis tamen secundum aliam rationem; primo quidem fidei expositionem a septem synodis confirmatam hoc additamento immutantes et falsantes, et quidem inter omnes soli; deinde illud *et*, quod conjunctionem vocare solemus, æqualem processionem dat intelligere tum ex Patre tum ex Filio, licet vos aliter intelligatis eam quæ ex Filio secundum ea quæ prædiximus. Oportet autem non solum recte sentire, sed neque alios scandalizare. Si enim qui unum scandalizat tremenda penes Evangelia judicatus est punitione dignus, quamnam ipsis convenientem pœnam invenerint qui universum propemodum scandalizant terrarum orbem!

ια'. Εἰπὼν ὁ Υἱὸς καὶ Θεὸς περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύ- D
ματος, ὅτι παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται, καὶ οὐχ
ἅπαξ, ἀλλὰ καὶ δὶς κατὰ τὴν αὐτὴν ἀκολουθίαν τοῦ
λόγου, πῶς οὐκ εἶπεν, ὅτι Καὶ παρ' ἐμοῦ; Καὶ οὗτοι
μὲν ἀποκρίνονται, ὅτι ὡς [120] ἄνθρωπος ἐταπεινολό-
γησεν (95)· ἡμεῖς δὲ ταχέως ἁπαντῶντες ἐλέγχομεν
αὐτοὺς ψευδολογοῦντας· τὸ (96) γὰρ εἰπεῖν, Ὃν ἐγὼ
πέμψω ὑμῖν, οὐχ ὡς ἄνθρωπος εἴρηκεν, ἀλλὰ μᾶλ-

11a. Cum Filius Dei et Deus de sancto Spiritu dixerit quod *a Patre* procedit, neque semel tantum, sed et bis secundum eamdem sermonis seriem, quomodo non dixit: *Procedit etiam a me?* Et hi quidem respondent ipsum pro humanitate sua humiliter esse locutum; non vero statim occurrentes mendacii eos convincimus. Verba enim illa *quem ego mittam vobis* non ut homo dixit, sed potius ut Deus.

[98] Joan. xv, 26.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(88) Vind. phil. 248 : τῆς, fort. τὴν τῆς ὑπ.
(89) Cod. cit. τὸ Πν. τὸ ἅγιον.
(90) Sic apud Euthym. et in cod. cit.; cod. theol. : ἡμῖν.
(91) ἐκ deest in cod. Vind. Gr. th. 40.
(92) Cod. Vind. Gr. ph. 248 : πρῶτα, Euthym. πρῶτοι.
(93) Cod. Gr. phil. cit. νοεῖτε.
(94) παρὰ τ. Εὐαγγελ. deest in cod. Vind. Gr. phil. 248.
(95) Sed minime dicunt Latini Christum humiliter et pro sua humanitate hic locutum, verum pro consuetudine uti cætera ita Spiritus processionem ad Patrem ceu ad primam causam retulisse. Inanis ergo sequens argumentatio.
(96) Sic Euthym. edit. Vindob. cod. theol. τῷ.

Homo enim non mittit Deum, siquidem Deus est Spiritus sanctus. Bis igitur dixit *a Patre* in hujus sermonis confirmationem et ut ad silentium redigeret eos qui dicturi erant, ipsum ex Filio quoque procedere. Idque ex acumine sapientissimi imperatoris [Alexii Comneni] prodiit; hac enim propositione usus est cum contra Mediolanensem episcopum disputaret.

A λον ὡς Θεός· ἄνθρωπος γὰρ οὐ πέμπει Θεὸν, εἴγε Θεὸς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Διὸ οὖν τὸ παρὰ τοῦ Πατρὸς εἴρηκεν εἰς βεβαίωσιν τοῦ τοιούτου λόγου καὶ πρὸς ἐπιστόμησιν τῶν μελλόντων λέγειν ὅτι καὶ (97) ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεται· τοῦτο τὸ λῆμμα τῆς ἀγχινοίας ἐστὶ τοῦ συνετωτάτου βασιλέως (98)· τούτῳ (99) γὰρ ἐχρήσατό ποτε κατὰ τοῦ Μεδιολάνων ἐπισκόπου (1) διαλεγόμενος.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(97) καὶ deest apud Euthym.
(98) Ἀλεξίου addit cod. theol. Vind. 40.
(99) Euthym. ed. τοῦτο.

(1) Petrus Mediolanensis esse videtur, de quo Baron. ad an. 1116, Allat. *De consens.* l. II, c. 10, n. 2 et *G. O.* I. 379 et in Append. ac lectorem.

[121-123] IN LIBRUM DE SPIRITUS SANCTI MYSTAGOGIA

ANIMADVERSIONES HISTORICÆ ET THEOLOGICÆ

AD OPERIS ILLUSTRATIONEM REFUTATIONEMQUE PERTINENTES.

I. — *Photii liber universim expenditur et illustratur.*

1. Inter dogmaticas disceptationes tum vetustate ac diuturnitate, tum rei gravitate ac difficultate omnium temporum nobilissimas vix ulli inferior est controversia *de Spiritus sancti processione*, quæ non apud theologos tantum agitata, verum et populorum contentionibus mirum in modum vexata, profanis quoque odiis et politicis studiis solerter olim nutrita ac propagata ad hodiernum usque diem Græcos ac Latinos dividit, sive potius orientalis Ecclesiæ a catholica unitate separationis non causa quidem, ansa tamen præcipua ac prætextus, imo vero fulcrum validissimum præsidiumque exsistit. Quamvis autem ea, quæ circa Spiritus sancti processionem litesque de ea obortas jam plurimi disputarunt eruditi (1*), sufficienter omnino quæstionis indolem, originem, progressumque patefaciant eorumque studiis historicis ac dogmaticis summa laus sit tribuenda: vix quisquam tamen negaverit, multa adhuc in hac materia [124] historiographis superesse illustranda, nonnulla quoque nova inquisitione novisque studiis indigere, præsertim cum plura scripta ad eam pertinentia nondum publicam aspexerint lucem et quædam illius historiæ partes adhuc caligine et obscuritate detineantur hiatusque ac lacunas plus semel ostendant. Qua in re Photii *De Spiritus sancti mystagogia* liber fructus affert haud contemnendos; eosque, qui illius dogmatis historiam iteratis curis tractaturi erunt, egregie sane juvabit. Interea nos nostrum esse censemus, antequam per partes editum nunc Photii librum theologica crisi subjiciamus, ejusdem in re theologica pretium ac pondus paucis declarare, ejus argumentum, scriptionis indolem, temporis adjuncta cæteraque quæ huc spectant breviter prosequi, plura denuo accuratius perpendenda alteri uberiori de Photio lucubrationi reservantes. Neque vero nobis universim celeberrimæ illius controversiæ historiam adumbrare, neque ejus dogmatis uberiorem explanationem tradere mens est, verum ea duntaxat historiæ ac theologiæ delibare documenta, quæ arctius cum hac Photii polemica dissertatione cohærent et ad aptius de illa judicandum conferre quid ac prodesse quodammodo videbuntur. Neque in his, quæ liti adhuc possunt esse obnoxia, sententiam veluti definitivam pronuntiamus, sed potius quædam suggerere volumus tum aliorum, quibus ejusmodi studia arridebunt, tum denique exiguis nostris curis et indaginibus denuo rimanda et perscrutanda.

2. Doctrina de Spiritus sancti *ex solo Patre* processione, quæ sæculo Ecclesiæ quarto, cum pugna cum Macedonianis ferveret, nondum fuerat audita, cujus prima veluti semina ac vestigia in Nestoriana primum controversia, deinde in concertationibus cum Monothelitis et Iconomachis deprehenduntur, Photium demum præcipuum propagatorem nacta est, cujus industria non suscitata tantum, verum etiam undequaque expolita ac veluti in systema [125] redacta fuit. Hic enim est, ait Hugo Etherianus (lib. II contra Græc. c. 16. *Bibl. PP.* Lugd. XXII, p. 1230) « qui post Theodoritum in æquorea puteum fodiens arena, non semina, sed Circena venena sepeliendo diri valde languoris fidei christianorum causa factus est. Profecto hunc cum suis complicibus deplorat Isaias dicendo: *Væ qui sapientes*

(1*) Præ cæteris nominandi sunt Leo Allatius, Peavius, Natalis Alexander, Maimbourg, Le Quien, Walch, Jager, quibus addendum Pitzippii opus: *L'Eglise orientale*, Rome 1855.

sunt apud semetipsos et in oculis suis prudentes (*Isa.* v, 21). Hic fuit, ut Joh. *Beccus* (s. Veccus) in orat. de un. Eccl. (c. 35, *Græc. Orthod.* Allat. t. I, p. 154) inquid, Ὁ πρῶτος εὑρετὴς καὶ γεννήτωρ τῶν κατὰ τῆς Ῥωμαϊκῆς Ἐκκλησίας ψευδῶς ἐφευρημένων προτάσεων. Quantum in hac doctrina stabilienda laboraverit, præter Amphilochianas quasdam quæstiones ad hanc rem pertinentes, præter argumenta in epistola encyclica contenta, præter breve opusculum contra Romæ veteris asseclas, quod saltem dubiis ejus accensendum est operibus (vide Præfat. nostram), Inculenter ostendunt tum prolixæ litteræ ad Aquileiensem archiepiscopum (2) datæ, quas librum potius esse haud immerito dixeris, et qui cæteris omnibus præstat, liber *De Spiritus sancti mystagogia*.

3. Invicta Nicolai I constantia (3) a Romana sede repulsus et anathemate perculsus (C. a. 866) misit Photius encyclicam suam Orientis episcopis, quæ præter alia minoris momenti Latinis gravissimis verbis veluti turpissimam hæresin docrinam illam exprobrabat, qua Spiritum sanctum ex Patre [126] *Filioque* procedere profitebantur, eamque quatuordecim circiter argumentis acriter impugnavit. Sed hæc Photii argumenta tum Occidentalibus minime innotuisse videntur (4); nonnisi *in genere* accusationum capita habebant perspecta, qualia a Bulgarorum principe Nicolaus pontifex fuerat ea doctus. Sane Ratramnus Corbeiensis monachus et Æneas antistes Parisiensis, qui tunc contra Græcos scripsere, illud unum noverant, quæ in Latinos crimina Græci congessissent, probationes ratiocinationesque Photii penitus ignorabant, quas neque alius quisquam Latinorum, neque ipse Nicolaus videtur novisse (5), ex cujus epistolis illi suas notitias hauserant. Ratramnus inter alia scribit (lib. III *Contra Græcorum opposita*, c. 6 ; Migne, t. CXXI, p. 303): « Cum enim negare volunt (Græci) Spiritum sanctum de Filio procedere, *unde quod dicunt comprobent, nullam vel ratiocinationem vel auctoritatem ostendunt;* unde potius levitatis esse tumor videtur, quam prudentiæ gravitas. » Non potuit sane ita loqui, qui Photii encyclicam ipsam legerat. Hinc apertum est, cur accurata Photianorum syllogismorum confutatio ab his auctoribus confici haud potuerit; illos in Latinum sermonem translatos fuisse nullum est vestigium. Rursum in Oriente Ratramni, Æneæ aliorumque libri vix cogniti fuisse videntur.

A Post Photii primam expulsionem (anno 867) non amplius necessarium, imo imprudens videbatur, Græcos universim de ejus erroribus objurgare, quos Ignatium fovere nulla erat suspicio; neque legati ad concilium octavum missi quid ejusmodi in mandatis habuere. Postmodum vero cum Ignatio mortuo Photius iterum Constantinopolitanam sedem occuparet, pax, licet non duratura, [127] fuit inita et in synodo sub Joanne VIII a. 879 celebrata de his tractatum fuisse nullo vestigio deprehenditur. Non ignoro, haud defuisse, qui Latinorum additionem ibi solemniter prohibitam fuisse affirmarint; verum, re accuratius perspecta, id defendi non posse liquido constat, ut multi viri docti jam demonstrarunt. Photius ipse in libro nostro (cap. 89) ex B hac synodo, cujus ipse veluti anima et moderator exstiterat, nullum aliud pro causa sua potuit argumentum colligere, nisi quod Joannis papæ legati symbolum prisco more receperint, recitaverint eique subscripserint; nulloque præterea certo argumento constat, ipsam tunc Romanam Ecclesiam symbolum solemniter cum illo additamento recitare consuevisse, cujus tamen additamenti sensum tota mente amplectebatur. Quæ Photius (l. c.) de Joanne VIII scribit, ea in historia eorum temporum haud exigui momenti sunt; nos interim Joh. Becci verba adducemus, quæ recitatum hunc textum subsequuntur. « Hæc cum inveniant Photium scribentem hi quibuscum nobis sermo est, opinantur, C ipsum inimicitias cum pace commutasse, quod papæ Joannis pii locum tenentes absque additione, quod apud nos legitur symbolum subscripserint et obsignaverint (6). Hoc vero nemo ex iis, qui ad bene conjectandum idonei sunt, facile sibi credendum proposuerit, cum *neque dogmatica ulla quæstio in ea synodo*, quæ pro pace sancienda coacta fuerat, *reperiatur mota ;* sed veræ causæ illud erat occultatio, secundum quam cum universa Romana Ecclesia simultates ac inimicitiæ Photio exortæ fuerant. Cum enim vereretur, ne omnium reprehensionem incurreret, quod, cum papa Nicaulaus eum non admitteret, [128] Romanam Ecclesiam universam in Divinitatem injuriam, impiam et legum maxime prævaricatricem nuncuparet; et cum papa Joannes D ejus id patriarchalem thronum restitutioni consensum præbuisset, eamdem sanctam et pietatis magistram prædicaret; pro pace cum Joanne inita quasi apologiam contexens, per suos locum tenentes

(2) Is Walpertus fuisse videtur, ad quem ep. 48 Joannis VIII (Mansi XIII, 43, 44) directa fuit et cui pariter inscriptum est Fragm. ep. Stephani V, a. 891 (Migne, t. CXXIX, p. 805). Vide de Rubeis *Monum. Eccl. Aquil.* Venet. 1740, p. 448.

(3) Sæculo elapso Nicolaum, ut alios pontifices, non solum acatholici scriptores, verum et nonnulli male dispositi catholici, inter quos Fontanius (*Dissert. de Phot.* in *Nov. erud. delic.* vol. I), in agendi ratione contra Photium injuste vituperare adamabant. Longe rectius hac in re judicavit sæculo nostro Neander in *Hist. eccl.* (t. IV, p. 607, præsert. n. 3 et alias).

(4) Aliter Walchium (*Hist. controv. de proc. Spirit. sanct.* Ienæ, 1751, c. 2, § 6, p. 35) statuisse apparet.

(5) Cf. Hincmar. Rem. epist. 51, t. II, p. 809, ed. Baluz. Nicol. I, ep. 70 ad Hincmar. ed. Migne, epist. 152, t. CXIX, 1152 seq.

(6) Lib. III, ad Theod. c. 4 (*Gr. orth.* II, p. 139) : Οἴονται τῆς ἔχθρας τὴ εἰρήνην αὐτὸν ἀπαλλάξασθαι, τὸ διὰ τοὺς τοῦ πάπα Ἰωάννου θεοσεβεῖς τοποτηρητὰς τὸ δίχα τῆς προσθήκης ἀναγινωσκόμενον παρ' ἡμῖν τῆς πίστεως σύμβολον ὑπογράψαι τε καὶ ἐπισφραγίσασθαι.

Joannem accepisse symbolum, et mente et lingua et sacris illustrissimorum et admirandorum hominum manibus subscripsisse obsignasseque inculcat. Hoc autem isti ita perfecere, quia et qui ante Joannem papam Romanam sedem ornarunt, hoc sanctum et pietate plenum profitebantur symbolum, quod etiam qui post eum ad hæc usque tempora successere, et mente amplectuntur et lingua deprædicant. Et dictum meum demonstrabit Evangeliorum nulla facta commutatio, et omnia Patrum scripta, quæ Spiritum tradunt ex Patre procedere et absque additione apud eos leguntur atque probantur (7). » Demum ejusmodi fucata pace rupta non potuit [129] Photius sibi temperare, quominus denuo hanc controversiam resuscitaret; imo suam opinionem tenaciter fovet et licet Romanos pontifices Nicolao excepto carpere non auderet, verum potius ab eis suæ causæ patrocinium peteret, Occidentales, quos posset, in eam trahere studuit. Consulto tamen, uti Hadrianum II, ita et Marinum pontificem non nominat, censuram ab utroque sibi inflictam tacet, suum cum Romana Ecclesia jacta consensum. Verum resuscitata a Photio quæstio tum apud Latinos vix eum in modum innotuit, qui ad artificiosas ejus rationes refutandas eos provocaret; ac licet jam tum Venetiani cum Byzantinis frequenti commercio convenirent (8), tamen post Joannem VIII usque ad Leonis Sapientis imperium ex tristi temporum conditione Orientalium Occidentaliumque communicatio magis magisque languebat, adeo ut præter eos, quos Photius in suam partem alliciebat, episcopos (9) haud multi ejus conamina novisse videantur. Deploranda sane documentorum penuria, quæ ultima Photii tempora densis veluti tenebris offundit.

4. Sed quid Latini potissimum ad defendendum dogma de processione Spiritus sancti ex Filio proponerent, id nullatenus diu potuit Photium latere et quadantenus quæ Ratramni aliorumque libri continebant, si non aliunde, sane ex epistolis, quas etiam ex Occidentalibus [130] partibus frequentes accipiebat, probe novit. Fortasse et postea una cum his epistolis libri illi Photio missi sunt. Hinc in posterioribus de hac quæstione scriptis, in ep. ad Aquileiensem præsulem, ut de opusculo breviori apud Euthymium taceamus, multo vero magis in tractatu de Spiritus sancti mystagogia ad ea quæ potiora sibi videbantur respicit Latinorum argumenta et suis demonstrationibus eorum refutationem intermiscet. Præclare noverat Latinos inniti Bibliorum testimoniis, ac potissimum Joan. XVI, 13-15; Galat. IV, 6; Rom. VIII, 9, et suorum Patrum auctoritati, maxime Ambrosii, Augustini atque Hieronymi. Quod si Ratramni Æneæve scripta vel ex toto vel ex parte legerat, ubi Græcorum quoque Doctorum textus allegantur, hos callide dissimulasse dicendus est. Sed in fine nostri operis (cap. 96) pollicetur, « si convertat Dominus librorum et amanuensium suorum captivitatem, » illi cui hoc opus nuncupavit, etiam dicta atque sententias, quas « novi, » quos vocat, « Pneumatomachi in medium proferunt, » causæ suæ patrocinium inde petentes, una cum opportunis refutationibus adjectis Patrum testimoniis sese transmissurum. Id eum postmodum præstitisse nullo historiæ documento edocemur; verum illud sane recte colligimus, Photium *multo plura*, quam in hoc tractatu protulit, Latinorum argumenta cognovisse et ex auctoritate petita præsidia.

5. Sed quænam est illa βιβλίων καὶ ὑπογραφέων αἰχμαλωσία, quam hic Photius commemorat? Ne ad prius Photii exsilium hoc referamus, in quo frequenter de librorum jactura conqueritur, vetare videtur cap. 89, unde patet librum conscriptum fuisse pluribus post Photii restitutionem annis elapsis, nec ante an. 884, cum Adriani III mentio fiat. Si opus paulo post priorem Photii expulsionem exaratum fuisset, plana fere apertaque exstitissent ea quæ de librorum scriptorumque penuria scribit; [131] Joannis vero VIII et Adriani III mentio rem interturbat. Quomodo enim Photius sub Joanne VIII solemniter sedi restitutus, Basilii imperatoris gravisus gratia, potentissimus fere in omnibus, librorum amanuensiumque inopiam patiebatur? Posset et de altero exsilio sub Leone Sapiente haberi suspicio; id temporum rationi congrueret, cum exsilium istud incidat in an. 886. Verum

(7) Lib. III, ad Theod. c. 4, p. 139. 140: Τό δ' οὐκ ἄν τις τῶν εὐθυβόλως ἐπιβάλλειν εἰδότων ῥᾴδιον εἰς πίστιν ἠγήσαιτο, ἐπεὶ μηδὲ δογματικός τις λόγος ἐν τῇ πρὸς εἰρήνην γενομένῃ τότε συνόδῳ εὑρίσκεται κινηθείς, ἀλλ' ἐπίκρυψις τοῦτο τῆς ἀληθοῦς ἦν αἰτίας, καθ-ἣν ἡ κατα πάσης τῆς Ῥωμαϊκῆς Ἐκκλησίας ἀνήρθη τῷ Φωτίῳ δυσμένεια. Τὸν γὰρ ἐξ ἁπάντων ψόγον ὑφορώμενος Φ., ἐφ' οἷς τοῦ μὲν πάπα Νικολάου μὴ προσιεμένου αὐτὸν, πᾶσαν τὴν Ῥωμ. Ἐκκλησίαν πρὸς τὸ θεῖον ἐξυβρίζουσαν, καὶ ἀσεβοῦσαν, καὶ παρανομοῦσαν τὰ ἔσχατα ἀπεκάλει, τοῦ δὲ πάπα Ἰωάννου τὴν εἰς τὸν πατριαρχικὸν θρόνον καθίδρυσιν τούτου ἐπευδοκήσαντος, ἀγίαν ταύτην καὶ εὐσεβείας διδάσκαλον ἀνεκήρυττεν, ὥσπερ τινὰ ἀπολογίαν ὑπὲρ τῆς πρὸς τὸν πάπαν Ἰωάννην εἰρήνης προβάλλεται τὸ διὰ τῶν ἐκείνου τοποτηρητῶν τὸ τῆς πίστεως ἐκεῖνον ἀποδέξασθαι σύμβολον καὶ γνώμῃ καὶ γλώσσῃ κ. χερσὶν ἱεραῖς τῶν τοιούτων περιφανεστάτων κ. θαυμασίων ἀνδρῶν ὑπογράψαι αὐτὸ κ. ἐπίσφραγίσασθαι. Τοῦτο δὲ οὕτω πεποιήκασιν οὗτοι διὰ τὸ καὶ τοὺς πρὸ τοῦ πάπα Ἰωάννου τὸν ἐκκλησιαστικὸν τῆς Ῥωμης θρόνον κοσμοῦντας τὸ τοιοῦτο σύμβολον ἅγιον καὶ εὐσεβείας πλήρες ὁμολογεῖν, ὅπερ οὖν καὶ οἱ ἐξ ἐκείνου μέχρι τοῦ νῦν καὶ γνώμῃ στέργουσι καὶ γλώσσῃ ἀνακηρύττουσι. Καὶ ἀπόδειξίς μοι τοῦ λόγου τὸ τῶν Εὐαγγελίων ἀμεταποίητον, κ. πᾶσα γραφὴ πατρικὴ, ἡ τὸ Πνεῦμα λέγουσα ἐκ Πατρὸς ἐκπορεύεσθαι, δίχα προσθήκης παρ' αὐτοῖς καὶ ἀναγινωσκομένη καὶ ὁμολογουμένη.

(8) Id patet ex Joan VIII epistolis, ut epist. 17, 20 ad Ursum Venet. ducem aliisque.

(9) Beccus apud Allat. *De Purgatorio* Append. p. 625 ed. Rom. 1655 refert, et ad alios Italos episcopos hac de causa scripsisse Photium, ac nominatim ad Marinum Castellanum, Gaudericum Velitternum, et Zachariam Anagninum, qui in ejus temporis monumentis aliquoties occurrunt, ac præsertim in concilio Romano a. 879 et conc. Ravennat. a. 878.

liber noster præter hanc scribentium librorumque αἰχμαλωσίαν nuspiam ostendit auctorem exsilio atque mœrore affectum, imo in ipso exordio (cap. 1) prospera tempora sibi a Providentia concessa videtur insinuare. Dicere quis posset Photium ista scripsisse vel scriptioni finem imposuisse a Leone VI gradu motum, nondum tamen judicatum, ideoque in monasterio otio fruentem, spe tamen vincendi adversariorum conatus adhuc repletum. Neque hoc officeret, quod in cod. Column. Photius semet patriarcham appellat in inscriptione; se enim semper, etiam in priori exsilio, legitimum habuit patriarcham et de jure novæ Romæ episcopum. Quid itaque dicendum? At res tanti non esse videtur. In priori exsilio amplissima librorum collectio, quam sibi Photius comparaverat, direpta discerptaque fuit; libri fortasse restituto patriarchæ redditi nunquam fuere; amanuenses vero et tachygraphi, quos antea in promptu habuerat, nescimus quo casu præsto non amplius erant, ob suspicionem fortasse politicam detenti. Verum hoc fortassis non penitus omnibus satisfacit. Quid si dicatur Photium Providentiæ erga se benignitatem in hoc reposuisse, quod, amotis curis, libere studiis suis vacare posset, vel opus prius a se inceptum anno 886 initio exsilii posterioris absolvisse, in quem annum pleraque quadrarent? Verum utut sit, malim ego integrum librum putare, quam ad hypotheses confugere, quales in similibus rebus confingi plerumque solent, interpolatum esse opus et alia posterius addita iis quæ in priori editione habebantur. Attamen non nego et illud probabile esse, Photium ipsum opus non uno eodemque tempore continenter scripsisse, sed in aliis rerum [132] adjunctis alia addidisse. En rursus fontium inopia certo rem definiri non sinit. Donec firmiora reperiantur, quid sibi probabilius videtur, eligat lector. Eodem tempore vel potius paulo ante scripta fuisse videtur epistola ad Aquileiensem archiepiscopum, in qua Joannis VIII, jam defuncti, non vero Adriani III fit mentio (Vide not. 85 ad cap. 89). Utrumque ergo opus ad ultima tempora patriarchatus Photii spectat. Id exploratum est; reliqua vero conjecturis campum aperiunt.

6. Ut tamen quoad propositam quæstionem sententiam meam proponam, verosimilius mihi opus nostrum circa annum 886 compositum esse videtur. Si non fallimur, dum Photii verba (cap. 89): « Cum igitur sancti ac beati hi pontifices ita, dum in terris degebant, senserint et ab his fluxis et corruptibilibus rebus ad incorruptibilem vitam in hac confessione transierint, » non solum ad priores, verum etiam ad proxime nominatum pontificem eorumque postremum referimus, tunc tuto colligi potest Adrianum III, dum hæc scribebat Photius, jam diem supremum obiisse ejusque mortem huic jam innotuisse. Cum vero Adrianus mense Maio a. 885 defunctus sit idque Photius probabiliter nonnisi aliquot elapsis mensibus didicerit, facile ad annum 886 deducimur, quo Basilio Macedone decedente ac Leone ejus filio imperii habenas assumente, Photii res rursus turbatæ sunt. Præterea Adriani III synodicam non ut nuper ac paulo ante sibi missam allegat Photius; ab ea missa ad tempus, quo Photius ista scripsit, intervallum temporis haud adeo breve cogitandum videtur. Igitur vel Photius eo momento, quo illa litteris consignavit, jam e cathedra turbatus erat vel saltem ejusmodi catastrophe non diu post subsecuta est. Si prius admittitur, facillime explicatur αἰχμαλωσία βιβλίων καὶ ὑπογράφων, de qua loquitur et solum difficultas est in iis quæ ex cap. 1 colliguntur. Hæc vero solvi potest vel ex iis quæ ibidem [133] et in Præf. notantur, vel ex allata supra verborum huc pertinentium explicatione. Imo tota evanescit difficultas, si incisum illud τῆς θείας προνοίας εὐμ. ἡ. ὁρ. non, uti prima fronte videbatur, ad conditionem statumque auctoris refertur, quasi dicat, se ideo petitioni satisfacere, *quia* benigne providentia sibi nunc prospiciat, sed eo legitimo sensu exponitur: *Deo propitio* non indigna tuo in Deum amore tuoque desiderio hujus rei fiet exsecutio; sive: Dei providentia annuente rem exsequemur et ad terminum perducemus, vel: *si* benigne nos respicit Deus. Non *causaliter*, sed *conditionaliter* genitivus absolutus accipiendus, et nihil est quod nos cogat reddere: *quia* vel *cum*. Quod si vero ante posteriorem e throno depulsionem finem libro imposuit, adjuncta talia facile cogitari possunt, in quibus deplorare poterat scribentium librorumque defectum, ut in superius dictis allata sunt. Jam Basilio ægrotante potuit Photius adversam fortunam experiri; quanquam non opus est ad hæc recurrere, saltem iis qui simpliciori explicationi supra datæ adhærent (10).

7. Sed quinam erant illi plures majorisque molis libri, quibus adversariorum fastum et alta supercilia flecti ac funditus profligari gloriatur auctor (cap. 1)? Erantne ante Photium uberiores hac de re tractatus, qui fusius Latinorum sententiam refutare conabantur? Num ante illum ita disputationis ignis exarserat, ut Spiritus sancti ex Filio processionis assertores jam abunde confutatos credere potuerit? An vero fortasse Patrum Græcorum, Damasceni v. gr., operat intellexit, quæ tamen nuspiam de hac controversia agendi scopum consiliumque manifestant? Num ipse alios uberiores libros de hac re ediderat, quorum tamen nullum hucusque habemus hoc nostro opere locupletiorem? Posterius non [134] facile admittendum. Longe mihi credibilius Photium, qui ostentatione quadam fere ubique Græcorum Patrum theologiam jactat, qui cap. 96 ad eorumdem dicta a se vel collecta

(10) Huc usque ejusmodi quæstiones accuratius pertractare non potuimus; speramus alibi nos meliora daturos.

vel colligenda provocat, horum tractatus, etsi non ex professo, ut dici solet, hac de materia agentes, specie duntaxat et silentio potius quam apertis verbis sibi quodammodo faventes respexisse. Sane de libris multorum versuum (στίχων) loquitur, quibus *inserta* erant argumenta, quæ ad Latinos convincendos idonea reputabat; ea quæ in his dispersa erant, colligere et synoptice exhibere consilium ceperat; proinde hi libri non in una illa quæstione versabantur. Ad hos vero provocat Photius ad antiquitatem auctoritatemque suis dictis conciliandam, quamvis fere omnia quæ profert, proprii sui ingenii fetus exsistant.

8. Tum ipsius libri verba tum cod. Column. inscriptio suadent librum nostrum non secus ac illum, qui ad Aquileiensem præsulem missus fuit, epistolæ formam præ se tulisse, quæ ad varios directa videtur. Quis Beda episcopus fuerit, cui cod. Column., quis Eusebius, cui Beccus librum nuncupatum dicit, ignoramus. Quod ad dictionem spectat, modo ea dialecticorum instar concisa est, modo rhetoricis ornata floribus, interdum elegans, rudior alias, affectata sæpe, sed plerumque perspicua (11), nunquam fere [135] penitus sale destituta. Ostendit auctorem, qui multa legerat, ex multis variorum temporum auctoribus stylum sibi formarat. Acriter omnino Latinos insectatur. Accusat eos tum ignorantiæ, erroris, stultitiæ, insaniæ, vesaniæ, furoris, tum temeritatis, audaciæ, impudentiæ, tum hæreseos, polytheismi, impietatis; horrenda eis contra fidem impingit crimina; artibus omnibus utitur ad eos confundendos et refellendos. Mira est ingenii fecunditas, quæ toties dicta aliis et aliis modis novit denuo, quasi revera nova sint, producere; iniqua fere semper est cum adversariis agendi ratio, quorum doctrinam perversis non solum consectariis, sed etiam interpretationibus fœdissimo sub aspectu ostendere totis viribus anhelat.

9. Operis authentia ita manifesta est, ut sit tempus consumere, velle ejus argumenta congerere. Quod ad ejus integritatem spectat, neque ea in dubium vocari potest. Id tamen fortasse dubitandi rationem affert, quod liber nihil fere contineat de eo, quod missio Spiritus sancti per Filium sit ratio cur Filii dicatur Spiritus, quod tamen in titulo trium codicum expressum est. Sed potest in primis dici titulum non totum, uti exstat, ab ipso Photio fuisse præpositum; deinde potest et illud affirmari, etsi titulum ipse posuerit, tamen dictorum copia abreptum hujus rei, quam moliebatur, expositionem omisisse pluraque fortasse in mente habuisse, quam re ipsa tractaverit, præsertim si intervallis temporum totum opus perfecit. Si apud Hugonem Etherianum (l. II, c. 20, p. 1235) legitur : « Non dicitur Spiritus Filii ut consubstantiale et *qui mittitur per ipsum, ut Photii declarat descriptio*, » videtur hic *inscriptio* intelligenda, quam et Hugo præ oculis habuerit, qui præterea nihil ex hoc opere allegat, quod ad hanc quæstionem referatur. Theophylactus (not. 32 ad cap. 60) aliique posteriores Græci utramque rationem, consubstantialitatem ac missionem, solent conjungere et, propositio, qua Spiritus Filii Spiritus [136] dici ob missionem affirmatur, minime a mente Photii abhorret, qui (cap. 91) multiplices hujus dicti rationes assignari posse tradit, ac (c. 85) breviter et illud tangit, quod Filius *mittatur* a Spiritu sancto.

10. *De Spiritus sancti mystagogia* librum inscriptum voluit Photius. Vocabulum hoc maxime ipsi familiare (12), non secus ac μυσταγωγεῖν (13) et μυσταγωγός Paulus v. gr. apostolus μύστης καὶ μυσταγωγός ipsi dicitur (14). Est proprie μυσταγωγῶν qui in mysteria ducit, qui ritu mysterioso initiat, consecrat, qui mysteria perficit, qui mysteria tradit ac docet (15); hinc sacerdos quoque μυσταγωγός nuncupatur (16); μυσταγωγία est initiatio, immissio, inductio in mysteria, sacra institutio, sacri cujuslibet ritus perfectio (17). Porro cum in ecclesiastico loquendi usu tam sacramenta sacrique ritus quam dogmata sublimiora rationisque vires excedentia nominentur μυστήρια, μυσταγωγία quoque modo ad sacramenta Ecclesiæ (18), ac præsertim ad baptismum (19) et Eucharistiam (20), refertur, ac sæpe in posteriori acceptione [137] idem

(11) Non tamen male in genere A. Scottus (Præfat. in *Amphiloch.* qu. 18, Neapoli, 1814, p. v) monebat : « Compertum est... quantum medii ævi scriptores, ac Photius ipse, auctor alioqui disertissimus, a prisca Atticismi elegantia desciverint, et quanta denique obscuritate ex eodem scriptionis vitio sermones præsertim didascalici obvolvantur. Verba enim technica, et quidem scholastica, quæ tunc percrebuerant, argumentationum cavillationumque subtilitates, quibus ingenii acumen sese jactabat, ac periodorum μεγαλοκώλων implicata prolixitas, in qua præcipuus orationis cultus constituebatur, sunt quædam veluti impedimenta, quæ lectori ad sensum recte tenendum identidem objiciuntur. »

(12) Cf. in op. nostro cap. 5, 20, 23, 24.

(13) Cap. 2, 25, 28, 90, et sæpe.

(14) *Contra Manich.* II, 11, Galland. *Bibl. PP.* XIII, p. 632 Cf. ep. 205, p. 302 ; op. nostr. c. 48.

(15) Suidas sub h. v. Μυσταγωγεῖ· μυστήρια ἐπιτελεῖ· ὡς μυστήρια ἄγει ἢ ἐκδιδάσκει. Hesych. sub. h. v. μυστήριον ἄγει. Cf. Suicer. Thess. ib.

(16) Suidas : Μυσταγωγός · ἱερεύς · Hesych. : Μυσταγωγός · ἱερεὺς ὁ τοὺς μύστας ἄγων. Sunt vero μύστοι — μυστήρια εἰδότες.

(17) Suicer. Thes. h. v.

(18) Huc spectant verba Eus. Cæs. *Hist. eccl.* I, 2, p. 24 ed. Hein. 1829. Ait enim Deum Judæis per Moysen dedisse figuras ac symbola, ἑτέρων τε νοητῶν θεωρημάτων εἰσαγωγὰς, ἀλλ' οὐκ αὐτὰς ἐναργεῖς τὰς μυσταγωγίας.

(19) Cyrill., Chrys., Theodoret. apud Klee in *Hist. dogmat.* II, p. 137 ; Phot. *Amphil.* q. 43 ; Mai. *Nova Collect.* I, II, p. 99.

(20) Chrys. *in Rom.* XVI, 3 ; Greg. Nyss. *in Cant.* Klee l. c., p. 170; Greg. Naz. orat. 17, p. 273 : Τὴν ἱερὰν καὶ ἄνω φέρουσαν μυσταγωγίαν. Cf. Neander K. G. II, p. 973, ed. III. Hinc Chrysostomus quoad utrumque sacramentum fideles sæpe vocat μεμυσταγωγημένους. Vide et Casaubon. exercit. 16, in *Ann.* Baronii.

ac λειτουργία significat (21), modo ad theologicam institutionem sacramque doctrinam denotandam adhibetur; atque adeo tum ἱερουργίαν tum ἱερολογίαν complectitur. Frequenter Photius μυσταγωγίαν dicit institutionem dogmaticam, doctrinam divinitus traditam; sic θεόσοφον μυσταγωγίαν vocat fidei expositionem ex œcumenicorum conciliorum definitionibus desumptam (22); sic verba μυσταγωγεῖν, θεολογεῖν, ἱερολογεῖν veluti synonyma usurpat (23). Et hoc pacto in opere nostro vocem intelligit; tradere vult doctrinam sacram ac divinam de Spiritu sancto, vera dogmata circa tertiam Trinitatis personam. Æquipollere μυσταγωγίαν cum θεολογίᾳ ac ἱερολογίᾳ, et μυσταγωγεῖν cum θεολογεῖν ac ἱερολογεῖν promiscuus harum vocum usus satis manifestat (24). A B

11. Quanti momenti Photii liber *De Spiritus sancti mystagogia* sit, id in primis patet, si eum cum posteriorum temporum ejusdem argumenti operibus Græcorum conferamus, quod vel ex notis ideo operi a nobis appositis constabit. Patet id rursus, si eos consideramus, qui pro catholicæ Ecclesiæ dogmate contra Græcos calamum strinxere, [138] quique non parum cum Photii syllogismis decertarunt. Ad Latinorum manus per tria sæcula vix hoc opus pervenit. Sæculo demum XII, Hugo Etherianus, qui apud Manuelem I imperatorem singulari fruebatur gratia, illud præ manibus habuit ac in suis libris ad Alexandrum III missis nonnulla ejus capita confutavit (25). Est autem Hugo, ut opinor, nobilissimis theologis annumerandus, qui in eo sane non imprudenter egit, quod Græcorum Patrum lectione nutritus loquendi morem eorum studiose secutus imitatusque est (26), quo faciliorem, quantum posset, ad desideratam unionem sterneret viam; qua in re, licet sæpe dura Latinorum theologicis auribus ejus dictio videatur, laudandus potius, quam culpandus est. Cæterum si non cuncta accurate pertractavit, meminisse oportet, sæculo XII non eam theologiæ ἀκρίβειαν [139[, C constitutam inveniri, quam sæculo XIII illa adepta est; meminisse oportet, cum ingenue fateri et virium suarum inopiam et sublimis materiæ, quam tractabat, difficultatem. In præfat. ab lib. III *De hæresibus quas Græci in Latinos devolvunt* (*Bibl. PP. max.* Ludg. XXII, p, 1237 c), « De hac materia, inquit, edere aliquid formidabile est; nam in his non solum infirma facultas rationis orationisque, verum validissima vix se a mendacio temperat et ab inconsultis erroribus. » Hinc nos inter eos, quos sequentibus harum animadversionum articulis contra Photium disputantes inducemus, haud infimo subsellio Etherianum collocandum esse rati sumus. Neque minoris, in multis etiam majoris auctoritatis est Joan. Beccus, virtute ac doctrina æque nobilissimus Byzantinorum patriarcha, qui pro vero dogmate, semel ac illud cognovit, strenue decertavit, qui et operibus et discipulis suis Græcorum nationem mire illustravit. Illud tamen notandum, Beccum in orat. de un. Eccl. (*Græc. orth.* I, p. 154-180), dnm Photii argumenta quædam profert ac solvit, non nostrum opus allegare, sed opusculum alterum ab Euthymio vulgatum; libro vero III, ad Theodorum Sugdææ episcopum (*ibid.* II, p. 133 seq.) ex illo manifeste hausisse. Alii, qui hunc Photii librum refellendum sibi sumpserint, noti huc usque non sunt; sed quoad rem ejus argumenta, quæ insequentium sæculorum schismaticis veluti facem præferebant, plurimi theologi feliciter enervarunt. Nos dum varios auctores in medium proferimus, licet selecti ii sint, nequaquam *singulorum* dicta nostra facere intendimus, verum potius uno veluti conspectu ea exhibere, quæ a diversis, diverso tempore, ac pro varia ingenii institutionisque indole, contra argutias illas modo feliciori marte, modo non satis felici, non tamen sine ullo fundamento, proferebantur.

12. At enimvero hujus operis pretium theologicum et aliunde patet. Quod ad pugnæ illius de Spiritus sancti [140] processione varia stadia pro- D

(21) Germ. *Rer. eccles. contempl.* Galland. XIII, p. 209; Bona, *Rer. Lit.* l. II; Raynaud, *Onomast. Euchar.*, J. Dartis ad dist. 2, *De consecr.* Selvaggio *Instit. antiq. Chr.* l. II, p. I, c. 6, § 5, n. 15.

(22) Phot. epist. 1, ad Mich. Bulg. n. 21. (*Antiqu. lect.* Canis ed. Basnage II, II, p. 397.)

(23) Vide op. nostr. c. 53; *Amphil.* 28, apud Scottum p. 26 et seq.

(24) Quam cap. 20 vocarat προτέραν μυσταγωγίαν, scilicet doctrinam a Christo Joan. XV, 26, enuntiatam, eamdem cap. 23 dicit προτέραν θεολογίαν. Cap. 67 ait : Admirabilem illam mystagogiam, per quam Spiritum ex Patre procedere theologica ratione prædicamus (θεολογοῦμεν), adversarios pervertere propriis suis figmentis et inventionibus.

(25) Quod ad versionem verborum Photii attinet, durius judicat Petavius (*De Trin.* VII, c. 2, n. 4), Hugonem ea non *integre* transtulisse. Verum Petavius e Photii operibus encyclicam tantum epistolam hic præ oculis habuisse videtur, nec nostrum opus inspexit, e quo fere omnia Photii verba quæ affert, ille desumpsit.

(26) Sic *causæ* nomine, æque ac Græci vocibus αἰτίας et ἀρχῆς promiscue utuntur, passim *principium* significat, quod posterius vocabulum gravissimis ducti rationibus (vide Thom. *Sum.* p. I, q. 33, a. 1 ad 1 et Opusc. contra Græc. ad Urban. IV, c. 7), prætulerunt Latini. Alia exempla intra suppeditabuntur. Universim vero opus nostri Theologi quoad majorem partem adeo Græcorum dictionem redolet, ut illud potius e Græco in Latinum sermonem translatum diceres, quam Latine conscriptum, nisi aliunde constaret, Hugonem Latine scripsisse. Exstitit teste Allatio (*De eccles. consensione*, l. II, c. 2, p. 654) Græca hujus operis versio, quæ si publicata foret, facilius de hac re judicaremus. Mihi non incredibile videtur Hugonem Constantinopoli Græce quædam pro imperatore scripsisse, hæc vero Latino eloquio rursus pertractata et in tres libros congesta amicis Occidentalibus tradidisse. Præfationes librorum ejusdem legenti id non sine fundamento dictum apparebit. Demum mihi et hoc persuasum est, qui Hugonis philosophemata et dialecticos excursus uberius scrutatus fuerit, inde non exiguos fructus pro historia philosophiæ medii ævi ante Thomam eum collecturum.

gressusque pertinet, id imprimis notandum, duplicis generis arma fuisse adhibita : *auctoritatis* scilicet et *rationis*. Prius genus Bibliorum et traditionis testimonia complectitur; alterum ratiocinationes ex theologicis principiis profectas. Porro ad *auctoritatem* quod attinet, is fere ubique a Photio et ei adhærentibus assumitur canon : *Ubicunque*, sive in Scripturis sive in symbolis et synodorum actis, sive apud Patres, *ex Patre procedere dicitur Spiritus sanctus, ibi processio ex Filio prorsus excluditur*, quem canonem falsum esse facili negotio Latini theologi evincunt. Ad Patres vero, ac speciatim Græcos, Latini *primi* in hac lite provocarunt. Constat ex celebri in hac controversia epistola sancti Maximi ad Marinum (27) jam sæculo VII Occidentales præter suos doctores Cyrilli Alexandrini expositionem in Joannis Evangelium appellasse ; constat non solum posteriores Latinos, ut Etherianum et Anselmum Havelbergensem *(Dial.* l. II, c. 24, p. 188 ed. Paris. 1723), verum etiam eos ipsos, qui primitus Photium impugnabant scriptores Occidentales, Athanasii, Didymi aliorumque Græcorum testimonia protulisse ; Græcos vero nonnisi serius ex sententiis suorum doctorum arma petere cœpisse, atque in iis explicandis fluctuantium et incertorum more sæpenumero suas mutasse opiniones. Nicephorus Blemmida, vir insignis, cujus integritati et eruditioni vel ipsi schismatici summas tribuunt laudes (28), et testatur et probat vetustiores suorum civium Damascenum secutos admisisse διὰ τοῦ Υἱοῦ εἶναι τὸ Πνεῦμα, nonnisi τὸ, ἐκ τοῦ [141] Υἱοῦ negantes; posteriores vero, quo melius formulam alteram tollerent, etiam priorem, veluti non minus causæ suæ exitialem, esse æque aspernatos (29). Provocat ipse ad opus τῆς ἱερᾶς ὁπλοθήκης jam dudum celeberrimum (30), ubi ad formulam ἐκ τοῦ Υἱοῦ impugnandam argumenta ex doctorum formula διὰ τοῦ Υἱοῦ petebantur. Incredibile dictu est, quot diversis modis interpretati fuerint suorum Patrum dicta, modo significationem τοῦ προέρχεσθαι, προϊέναι, προχεῖσθαι longe aliam quam τοῦ ἐκπορεύεσθαι prætendentes, modo alia vocum discrimina fingentes, modo præpositionem διά præpositionibus σύν et μετά æquiparantes, modo nescio quam ἔκφανσιν, quæ nulla modo si πρόοδος, modo pervadere quoddam seu διήκειν, aliaque id genus comminiscentes (31). Qui vero primus, post Photium, qui id saltem jam moliebatur, Patrum dicta, quæ schismatis causæ favere putabantur, in unum collegit, Andronicus Camaterus sæculo XII (vel XI) florens, nonnisi adjectis suis observationibus iis nervum quemdam fucatæ probationis indere potuit; adeo deerant testimonia diserte et pure ejus scopo conducentia præter illa, quibus supradictus canon applicabatur. Camateri observationes refellendas sibi sumpsit Beccus, qui simul in suis epigraphis Patrum textus pro processione ex Filio collegit; quibus Palamas, acerrimus schismatis defensor, postea suas ἀντιῤῥήσεις opposuit, quas card. Bessarion [142] confutavit (32). Sed multa utriusque partis scripta lucem adhuc desiderant, quæ concertationis varios successus accuratius delinearent (33). Nemo rerum gnarus negaverit, Latinos scriptores jam sæc. IX Græcorum solvendis argutiis impares minima fuisse; posterius vero ac præsertim sæc. XIII et XV, eos in theologia et in philosophicis disciplinis undequaque superiores exstitisse manifestum est. Sed sæculo IX, hæc controversia nondum eo eruditionis splendore agitari potuit, quem tempore Becci et synodi Florentinæ animadvertimus ; neque eæ quæstiones exegeticæ, philologicæ [143] ac criticæ movebantur, in quibus postea summi theologi

(27) Galland. *Bibl. PP.* XIII, p. 38, 39. Opp. Max. II, p. 38, 39; Allat. *contra Creyght.* p. 191.

(28) Cf. Georg. Acropol. *Annal.* c. 32, p. 54, ed. Bonn.; Pachym. *Hist.* v. 15; Ephrem monach. in *Chron.* (Mai. *Vett. scr. Coll.* III, 1, p. 211); Becc. orat. 2, De injusta depos. c. 5, 17 *(G. O.* II. 43, 62); Allat. *De consens.* l. II, c. 14, n. 4.

(29) Niceph. Blem. orat. 1, c. 5-7; orat. 2, c. 3 (*G. O.* I. p. 4-8, 42).

(30) Niceph. Blem. l. c. p. 4 : Ἡ βίβλος αἰδέσιμος ἦν τοῖς τότε τῶν λογίων ἀνδρῶν λογάσι καὶ περισπούδαστος, εἰς ἔπειτά τε καὶ ἕως ἡμῶν περίπυστος καὶ ἐξαίρετος. Beccus, orat. 2, de deposit. *(G. O.* II, 59) Camaterum auctorem vocat.

(31) Cf. Becc. orat. cit. (p. 50 seq., 54 seq., 93); l. IV, ad Constant. c. 3 (ib. p. 207 seq.); contra tom. Cypr. (ib. p. 215 seq.); Marcum Ephes. de præpositione διὰ æquipollente τῇ μετὰ apud Greg. Cpl. in *Apol.* (Cod. Mon. 27 f. 115 a. seq.) Allat. *Vindic. syn. Eph.* c. 60-64, p. 404-432.

(32) Camateri opus cum Refutatione Becci extat in *Gr. orthod.* t. II, p. 293 521; Epigraphæ Becci ib. p. 522 seq. Palamæ antirrheticus cum Bessarionis confut. ap. Arcud. in *Opusc. theol. aureis.* Rom. 1630, 1670 et in cod Mon. cit. f. 57 seq.

(33) Opera Joan. Chilæ et Manuelis Chrysolaræ pro causa catholica nondum publicata sunt, præstans Manuelis Calecæ opus Latine tantum, quantum scimus. Ex schismaticis auctoribus multa adhuc in bibliothecis jacent Theophylacti, Phurnæ, Nicolai Methon., Eustratii Nicæni, Nicetæ Byzant, Camateri, Nicol. Hydruntini aliorumque. In cod. Vindob. Gr. theol. 102 (Lamb. 258) f. 18, antithesis est Matthæi quæstoris contra Thomam Aquinatem. Plura opera sæc. XV, partim in conc. Flor. editionibus, partim ab Arcudio publicata continet cod. Mon. in nostra editione adhibitus. Ibi quoque legitur fol. 114 b-144 a. Gregorii Cpl. Apologia in Marci Ephesii confessionem (præcedit) f. 97 b-114 a, ejusdem liber ad imp. Trapez. ab Allat. *G. O.* I. 419 seq. editus); sequuntur a fol. 180 a. Marci Eugenii capita syllogistica, quorum 17 Georgius Scholarius, reliqua usque ad cap. 38 Bessarion confutavit, quæ refutationes usque ad fol. 255 b se extendunt. Legitur nota capitum summario addita : Ἕτερα κεφάλαια τοῦ αὐτοῦ Ἐφέσου, ἃ οὐκ ἔφθασεν ἀπολογήσηναι ὁ σχολάριος, καὶ ἀπεκρίθη ταῦτα ὁ Κύριός μου Νικαίας αἰτήσει καὶ παρακλήσει τοῦ μακαρίτου Κυρίου Γρηγορίου τοῦ πατριάρχου γενομένου ἐν Ῥώμῃ. Ex his operibus nonnulla in seq. articulis excerpta sunt. Cæterum in operibus schismaticorum quæ nondum vulgata sunt, plurima eadem plane videntur esse, quæ jam in editis prostant; pauca solummodo quæ peculiara habent, expiscari interdum licet. Nihilominus non sine utilitate pro uberiori hujus dogmatis historia ejusmodi scripta publicarentur.

decertarunt. Attamen, ut pugna Græcis e voto cederet, certa quædam principia erant constituenda, et quibus doctrina Latinis contraria stabiliretur, quorumque ope auctoritatum dicta scopo accommodarentur. Et hic fuit Photii labor, qui pro sui ingenii facultate ea primus posuit fundamenta et facem prætulit cunctis ejusdem sententiæ patronis; uberrimum ipse fontem aperuit, ex quo per sæcula insequentia pleraque sua hausere, quicunque Spiritus sancti ex Filio processionem impugnarunt.

13. *Rationes theologicæ* schismaticorum ex nonnullis principiis maxima ex parte pendent a Photio jam stabilitis. Hæc *axiomata*, struendorum sophismatum fundamenta, qui bene perspexerit, artificiosam illorum disputationem ex integro poterit dijudicare. Photius autem, ut fere ubique in talibus usu venit, miscet *veris falsa*, receptis et concessis principiis nunquam admittenda eaque callide logicæ consecutionis filo inter se connectit. Quod attinet ad principia theologica ab omnibus admissa, his potissimum utitur Photius : I. Trinitas est omnino consubstantialis ; tres personæ eamdem habent omnino naturam atque potentiam. II. Pater est prima causa, primum principium, ex quo tum Filius tum Spiritus sanctus, etsi non eodem modo, suum esse divinamque habent essentiam. III. Essentia communicatur, sed personales proprietates sunt omnino incommunicabiles, vel, ut Gregorius Nazianzenus loquitur, τὸ ἴδιον ἑκάστου ἀκοινώνητον. (Cf. Joan. Theol. sess. 18 concilii Florentini, Hard. *Conc.* tom. IX, p. 201.) IV. Servanda in omnibus est divina monarchia, qua Trinitas, quam Christiani adorant, a polyarchia ethnicorum secernitur. Cum his alia effata connectuntur, quæ apud theologos et apud Patres non minus rata et explorata sunt. Sed *propria* Photii axiomata jam inspiciamus. Hæc potiora sunt : I. Filio quoque tribuere Spiritus sancti spirationem est *duo* in Trinitate [144] statuere *principia*, eaque inter se diversa. II. Producere Spiritum sanctum sive spirare est *hypostatica Patris proprietas*. III. Pater quidquid ex se ut ex causa producit, *ratione personæ, non autem ratione naturæ*, producit. IV. Quidquid in sancta Trinitate concipitur, *aut trium* personarum *commune* est *aut* personæ *uniusproprium*. V. *Nihil* in Trinitate potest esse *duabus personis commune*. VI. Quidquid de Trinitate dicitur, *aut naturale est aut hypostaticum* (eo scilicet sensu hypostaticum, quo unius personæ characteristicum et proprium). VII. Uti Filius, sic et Spiritus sanctus est ex Patre *immediate et proxime*, nullo medio exsistente. Hæc vero axiomata fere omnia jam adduxit Joan. Beccus tum in Camat. Animadv. (*Gr. orth.* II, p. 191), tum orat. 2, de depositione injusta, c. 54 (*Ibid.* p. 75) tanquam a Photio invecta et propugnata. Sec hæc *in libro nostro disertis verbis* reperiuntur, in quo potissimum theologicum ejus pretium constituendum esse censemus. Non solum doctrinam de Spiritus sancti ex solo Patre processione apud Græcos introduxit Photius, sed et methodo quadam et studio acerrimo cum systemate Patrum theologico eam connectere, sedem ei perpetuam figere in Græcorum dogmaticis institutionibus, eamque undequaque munire aggressus est. Nos hinc tribus continenter articulis tum argumenta ex auctoritate ab utraque parte prolata, quæ in Photii libro attinguntur, deinde hæc ipsa Photiana principia, postremo potiora ejusdem sophismata perlustrabimus, catholicorum theologorum selectas sententias responsionesque adjungentes.

[145] II. — *Argumenta ex auctoritate utrinque petita, quæ potiora sunt, examini subjiciuntur.*

1. Quod ad argumenta spectat ex auctoritate petita, urget in primis Photius c. 2, verba Christi Joan. xv, 26 : Ὁ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται, quasi inde Filius a Spiritus sancti spiratione activa excluderetur eaque *uni* Patri vindicaretur. Merito cum Petro Mediolanensi (*De proc. Spirit. sanct.* c. 6, *Græc. orthod.* Romæ 1652, t. I, p. 384, 385) Leo Allatius (c. Hotting. p. 296. Cf. *Enchir. De proc. Spirit. sanct.* Romæ 1658, cap. γ', p. ις') « criminantur schismatici Latinos quod verbis Christi addant *ex Filio*, nec erubescunt ipsi addere *ex solo*. Utraque additio est ; si est culpanda, quare non in utroque? » Catholici theologi respondent propositionem Joan. xv, 26 expressam esse affirmantem, *non excludentem*, ac præterea implicite Filium hic commemorari, tum ex verbis cum his intime connexis, tum ex certis theologicis principiis ; nec sine causa, imo pro more Scripturarum peculiariter Patri tribui spirationem ; neque demum obfuturum fuisse Latinis, si dictum esset : Qui ex *solo* Patre procedit. Etenim *regulariter*, ut ait S. Thomas (*Summa theol.* p. 1, q. 36, a. 2 ad 1), « etiam in sacra Scriptura tenendum est, quod id quod de Pater dicitur, oportet de Filio intelligi, *etiamsi dictio exclusiva addatur*, nisi solum in illis in quibus Pater et Filius secundum oppositas relationes distinguuntur. Cum enim Dominus Matth. xi, dicit : *Nemo novit Filium nisi Pater*, non excluditur, quin Filius se ipsum cognoscat. Sic igitur, cum dicitur, quod Spiritus sanctus a Patre procedit, etiamsi adderetur quod a solo Patre procedit, non excluderetur inde Filius, quia quantum ad hoc quod est esse [146] principium Spiritus sancti, non opponuntur Pater et Filius, sed solum quantum ad hoc quod hic est Pater et ille Filius. » Solemne est illud Augustini (tract. 99, in Joan.) : « Si ergo de Patre et de Filio procedit Spiritus sanctus, cur Filius dixit : De Patre procedit? Cur, putas, nisi quemadmodum ad eum solet referre et quod ipsius est, de quo et ipse est? Unde illud est quod ait : *Mea doctrina non est mea, sed ejus qui misit me.* Si igitur intelligitur hic ejus doctrina, quam tamen dixit *non suam*, sed Patris : quanto magis illic intelligendus est et de ipso procedere Spiritus sanctus, ubi sic ait : *De Patre procedit*, ut non diceret : *De me non procedit?* » Uberius idem argumentum evolvunt Pe-

trus Mediolanensis (l. c., c. 7, p. 386 seq.); Hugo Etherianus (l. III, *c. Græc.* c. 15, p. 1251, ed. cit. apud Petav. *De Trin.* VII, 15, 2, 3, et Natal. Alex. *H. E.* sæc. IX, diss. 18, assert. 1, t. XII, p. 532, ed. Bing. 1788); Nicephorus Blemmida (orat. 1, c. 19-21; *Gr. orth.* I, p. 26-28); Joannes Beccus pluribus in locis (*Gr. orth.* I, p. 348 seq., III p. 130-132, 145, 146); Georgius Metoch. (*contra Manuel. Cret.* c. 19; ibid. II, p. 1030-1034); Joseph. Methon. (*contra Marc. Ephes.* Hard. *Concil.* t. IX, p. 570, 571); Leo Allatius (*Enchirid.* c. γ', p. 15 seq.; c. κε', p. 170, 171; *contra Hotting.* c. 18, p. 324 seq.), aliique permulti.

2. Hinc theologi Latini illud *Filioque* verbis Christi adjunctum minime esse additamentum pro lubitu effictum contrarium sensui et alienum sed expositionem, ἐξήγησιν, σαφήνειαν verborum biblicorum ex re ipsa et analogia Scripturarum sponte semet offerentem summa cum concordia propugnant et evincunt. Ut alia in præsentia prætereamus, præclare Andreas Rhodii archiepiscopus in conc. Flor. sess. 6 (Hard. IX, p. 72 seq.), ex Christiana traditione, ex qua Græci non secus ac Romana Ecclesia legitimam Bibliorum interpretationem haurire se profitentur, quamque, prout est vel συστατική vel ἐξηγητική, ex æquo [147] venerandam et pro dogmatica probatione sufficientem omnino putandam esse statuunt, ea evolvit principia, ex quibus Spiritus sancti etiam ex Filio processio evidenter colligitur: Patrem non intelligi, quin simul Filius intelligatur; Trinitatem catenæ comparari, in qua attracto uno extremo annulo et alter extremus attrahatur; una persona intellecta reliquas simul comprehendi (34); omnia Filium cum Patre habere communia, una paternitate excepta (35); omnia in Trinitate esse [148] unum, ubi oppositæ non intrant relationes (36). « Omne quod non separat Patrem et Filium; » — ita Gregorius Cpl. ad imper. Trapezunt. c. 6 (*G. O.*, I, 429), — « Patri et Filio commune est: spirare vero non separat Patrem et Filium: est ergo utrique commune (37). » Præterea, ut præfatus præsul sess. 7 Flor. (Hard. l. c., p. 93) ostendit, eamdem relationem, quam habet Filius ad Patrem, habet Spiritus ad Filium (38); unde sicut Pater est ἀρχὴ Filii, ita Filius est ἀρχὴ Spiritus sancti. Quare Hugo Etherianus (l. II, c. 17, p. 1232 e): « In quantiscunque quidem Pater neque cum Filio neque cum Spiritu habere intelligitur commune, solus intelligitur Pater, velut cum dicitur ingenitus, absque causa et sine principio. In quantiscunque vero cum utroque aut cum altero tantum habere intelligitur commune, *quanquam solus nominetur, solus tamen non intelligitur.* At vero Spiritum habet cum Filio communem Pater; quare cum dicitur: a Patre procedit, et a Filio procedere debet *subintelligi.* » Quod si vero [149] quæratur, quid prohibuerit Christum, quominus addiderit: *et a me procedit*, quæri primo eodem jure potest, cur non dixerit: *Ex solo Patre procedit* (39); secundo respondetur, solemne fuisse Domino, sua omnia referre ad Patrem ut ad principium sine principio, ex quo erant omnia sua (40); deinde

(34) Jam Dionysius Alex. lib. II *Apol.* ad Dionys. Rom. apud Athanas. *De sent. Dionys.* n. 17, p. 254, ed. Maur. (Routh, *Reliqu. sacræ* III, p. 198, 199) dixerat: Πατέρα εἶπον, καὶ πρὶν ἐπαγάγω τὸν Υἱὸν, ἐσήμανα καὶ τοῦτον ἐν τῷ Πατρὶ... ἅγιον Πνεῦμα προσέθηκα, ἀλλ' ἅμα καὶ πόθεν καὶ διὰ τίνος ἦκεν ἐφήρμοσα. Luculentissime Basilius Magn. *De differ. usiæ et hypost.* ad Gregorium fratrem scribit: Ὁ τὸ Πνεῦμα νοήσας αὐτό τε ἐφ' ἑαυτοῦ ἐνόησε, καὶ τὸν οὗ ἐστι Πνεῦμα, καὶ τὸν Υἱὸν τῇ διανοίᾳ συμπαρεδέξατο· ὁ δὲ τοῦτον λαβὼν, τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα οὐκ ἀπεμέρισεν· ἀλλ' ἀκολούθως μὲν κατὰ τὴν τάξιν, συνημμένως δὲ κατὰ τὴν φύσιν τῶν τριῶν κατὰ ταὐτὰ συγκεκραμένων ἐν ἑαυτῷ τὴν πίστιν ἀνετυπώσατο. Καὶ ὁ τὸ Πνεῦμα μόνον εἰπὼν συμπεριέλαβε τῇ ὁμολογίᾳ καὶ τὸν οὗ ἐστι Πνεῦμα· καὶ ἐπειδὴ τοῦ Χριστοῦ ἐστι τὸ Πνεῦμα καὶ ἐκ τοῦ Θεοῦ, καθώς φησιν ὁ Ἀπόστολος... ὥσπερ ἐξ ἁλύσεως ὁ τοῦ ἑνὸς ἄκρου ἁψάμενος καὶ τὸ ἕτερον ἄκρον συνεσπάσατο, οὕτως ὁ τὸ Πνεῦμα ἑλκύσας δι' αὐτοῦ καὶ τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν συνεφελκύσατο· καὶ τὸν Υἱὸν εἴ τις λάβῃ, ἕξει αὐτοῦ ἑκατέρωθεν, πῇ μὲν τὸν ἑαυτοῦ Πατέρα, πῇ δὲ τὸ ἴδιον Πνεῦμα συνεπαγόμενον... οὐ γὰρ ἔστιν ἐπινοῆσαι τομὴν ἢ διαίρεσιν ἢ Υἱὸν χωρὶς Πατρὸς νοηθῆναι ἢ τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ διαζευχθῆναι. Quo Basilii textu utebantur jam diu antea Niceph. Blemmida et Joan. Beccus (*G. O.*, I, 16, 122, II, 345 seq. 556 seq.). Unde Andreas: Οὕτως ἔχουσι τὰ θεῖα πρόσωπα πρὸς ἄλληλα, ὥστε νοεῖσθαι καὶ τὰ ἄλλα πρόσωπα νοουμένου τούτων ἑνός (l. c., p. 73). Cf. et Manuel. Calceam, l. I, c. Græc. (*Bibl. PP. max.* Lugd. t. XXVI, p. 384).

(35) Basil. *Serm. de fide*: Ὅσα ἔχει ὁ Πατὴρ, ἔχει καὶ ὁ Υἱὸς σωζομένου ὅτι ὁ Υἱὸς οὐκ ἔστι Πατὴρ· πάντα ἐστὶν ὁ Υἱὸς ὅσα καὶ ὁ Πατὴρ δίχα τοῦ εἶναι μόνον Πατήρ. Athan. orat. 3 contra Arian. Τὰ αὐτὰ λέγεται περὶ τοῦ Υἱοῦ, ὅσα λέγεται καὶ περὶ τοῦ Πατρὸς χωρὶς τοῦ λέγεσθαι Πατήρ. Cf. Chrys. hom. 38, in Joan. et multa alia testimonia apud Beccum epigr. 10. (*G. O.* II, 615 seq.) et L. Allat. (in *Vindic. syn. Ephes.* c. 20, 37, 38, p. 81, 179-191; *Enchirid.* cap. δ').

(36) Cf. Manuel. Calec. l. III, p. 427, ed. cit.

(37) Πᾶν τὸ μὴ διακρινόν τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν, κοινόν ἐστι Πατρὶ καὶ Υἱῷ· τὸ προβάλλειν οὖν οὗ διακρίνει τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱόν· τὸ προβάλλειν ἄρα κοινὸν Πατρὶ καὶ Υἱῷ. Hinc conc. Flor. in decreto unionis (Hard. IX, 421): Ἐπεὶ πάντα ὅσα ἐστὶ τοῦ Πατρὸς αὐτὸς ὁ Πατὴρ τῷ μονογενεῖ αὐτοῦ Υἱῷ ἐν τῷ γεννᾷν δέδωκε, πλὴν τοῦ εἶναι Πατέρα, τοῦτ' αὐτὸ, ὅτι τὸ Πνεῦμα το ἅγιον ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεται, αὐτὸς ὁ Υἱὸς παρὰ τοῦ Πατρὸς ἀϊδίως ἔχει, ἀφ' οὗ ἀϊδίως καὶ γεγέννηται.

(38) Basil. *De Spirit. sancto*, c. 17, n. 43: Ὡς τοίνυν ἔχει ὁ Υἱὸς πρὸς τὸν Πατέρα, οὕτω πρὸς τὸν Υἱὸν τὸ Πνεῦμα. Athanas. ep. 1, ad Serap. Ὃν τρόπον ἔχει ὁ Υἱὸς πρὸς τὸν Πατέρα τῇ φύσει καὶ τῇ τάξει, οὕτως ἔχει τὸ Πνεῦμα πρὸς τὸν Υἱόν. Epist. 4: Τὸ Πν. τὸ ἅγιον τὸ τὴν αὐτὴν ἔχον ἑνότητα πρὸς τὸν Υἱὸν, ἣν αὐτὸς ἔχει πρὸς τὸν Πατέρα. Hæc cum aliis textibus adducit Joan. Beccus epigr. 4 (*G. O.* II, 551-553). Cf. Niceph. Blem. orat. 2, c. 14. (Ibid. I, 58, 59), Andreas Rhod. (Hard. l. c. p. 93), Allat. (*Vind. syn. Ephes.* c. 41, p. 198 seq.)

(39) Beccus, *De una Eccl.* c. 69 (*G. O.* I, 222). Τί ἐκώλυεν εἰπεῖν τὸν Χριστόν· ὃ παρὰ μόνου τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται;

(40) Beccus in Camateri, *Animadv.* c. 4 (*G. O.* II, p. 298): Ἦν (φωνὴν) ὁ Κύριος ἔφη πάντα τὰ αὐτοῦ εἰς τὸν Πατέρα ὡς εἰς ἄναρχον ἀναφέρων αἰτίαν.

ostenditur verba illa, ὃν ἐγὼ πέμψω παρὰ τοῦ Πατρὸς, τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας (41), sufficienter declarare, non abesse Filium a Spiritus sancti spiratione. Sed præ cæteris notandum est, theologorum illud argumentum, quo ex missione Spiritus per ilium, illius ab eodem processio comprobatur.

3. Jam ipsius Photii ævo Ratramnus Corbeiensis (l. I, c. 1, p. 229, ed. MIGNE) ita arguebat : « Legitis : qui a Patre procedit, et audire non vultis dicentem Filium : *Quem ego mittam vobis a Patre.* Dicite quemadmodum mittatur a Filio ; hoc namque dicere Filium non negatis, si tamen Evangelium legitis aut Evangelio si creditis. *Aut* ergo missionem hanc confitemini *processionem, aut*, quod est impium, *obsequium*, et eritis, quod absit, cum Ario, qui minorem dogmate perverso Spiritum sanctum asserebat Filio... Igitur cum dicat Filius, missurum se esse Spiritum veritatis qui [150] a Patre procedit, profecto fatetur quod a se dicat eum procedere, dum confirmat eum se mittere. Fortassis quæstionem facit, quod non simpliciter dixerit Salvator : *Quem ego mittam vobis*, sed addiderit : *A Patre.* Hoc Ariani movere primi, gradum facere volentes in Divinitate. Sed Evangelii veritas consubstantialem totius Trinitatis ostendit unitatem. Procedit Spiritus sanctus a Patre, quia de illius substantia manat. Mittit quoque Filius Spiritum veritatis a Patre, quia Spiritus sanctus ut a Filio procedat, ipse natus est ex Patre, et sicut accepit de Patre Filius nascendo substantiam, sic itidem accepit a Patre, ut Spiritum veritatis mitteret a se procedendo. Alioquin cum dicit : Qui a Patre procedit, non negat a se procedere, quoniam *missio Filii processio est Spiritus sancti ;* ut mittat Spiritum veritatis non tanquam minorem, *jubendo* ipse major exsistendo, sed missionis verbo monstratur, quia sicut procedit Spiritus veritatis a Patre, sic etiam procedit a Filio. » — Consona tradit Beccus (in Camateri *Animadv.* c. 4. *G. O.* II, 297, 298) : « Quod enim (Sp. sanct.) a Patre et Filio mittitur, cum a neutro *ad modum servi* (διακονικῶς), prorsus naturaliter veluti ex essentia utriusque exsistit. » Et Georgius Trapezuntius (*De una cath. Eccl.* c. 3, *G. O.* I, 540, 541) : « Inde procedit Spiritus sanctus unde et mittitur ; ex Patre igitur et Filio procedit. Nam qui temporarias in Deo et divinis personis progressiones confingunt, insaniunt... Indicantur rebus temporariis sempiterna. Namque mittens in illud quod mittitur *dignitatem* quamdam prorsus obtinet ; at in sancta Trinitate non est fas nobis intelligere unius personæ in aliam dignitatem, nisi eam tantum quæ oritur ex origine. Ideo neque a Filio Patrem, nequo a Spiritu Filium (nisi secundum humanitatem) mitti tradunt divina Eloquia (42). Revera [151] cum missiones in divinis non sint secundum imperium, neque secundum consilium, sed secundum originem intelligendæ, theologi exinde colligunt divinam personam, quæ mittitur ab alia, ab ea certe habere originem, et cum a Filio sanctus Spiritus nobis communicari ac mitti dicatur (*Joan.* XV, 26 ; XVI, 7 ; XX, 22), inde deducunt hujus ab illo processionem. Hinc Augustinus (*De Trin.* IV, 10), quem etiam adducit Æneas Parisiensis (c. Græc. c. 40 ; MIGNE, *Patrol.* t. CXXI, p. 708) : « Pater, inquit, cum ex tempore a quoquam cognoscitur, *non dicitur missus.* Non enim habet de quo sit aut ex quo procedat ; » et Hugo Rothomagensis (*Contra hæret.* l. I, c. 2 *Bibl. PP. max.* Lugd. t. XXII, p. 1341) : « Pater a nullo est ; sic nec missus est ; quia vero ex Patre est Filius et ex utroque Spiritus, bene uterque mittit potuit, a quo exsistit. » Sagaciter quoque hoc argumento utitur Hugo Etherianus (l. c., l. I, c. 10, 14, p. 1204, 1208).

4. Sed recitendum hic non est, quid ad enervandum hoc argumentum alibi Photius statuat. Contendit enim (*Amphiloch.* q. 188, ed. Mai *Vett. Scr. nova Collect.* I, II, p. 180), quamlibet trium personarum ab alia mitti, imo ipsum Patrem a Filio et Spiritu sancto missum dici Isaiæ XLVIII, 16, verbis illis : *Et nunc Dominus (Deus) misit me et Spiritus ejus.* Quod rursum in alia quæstione tangit (Galland. *Bibl. PP.* XIII, 742, 743) de Joan. XIV, 10, agens, ubi Chrysostomum [152] inducit ex allatis prophetæ verbis concludentem : Ὡς ὁ Πατὴρ εἶη ἀποστελλόμενός παρά τε του Πνεύματος καὶ τοῦ Υἱοῦ. Respicit certe ad homiliam de Spiritu sancto, cujus partem in *Bibliotheca*, cod. 277, p. 842, ed. vet. recitaverat. Sed in primis Isaiæ verba, quæ sæpe cum aliis c. LXI, 1, conjunguntur (de quibus aliter statuit Photius, ut infra videre est), rem non probant. Ut de recentioribus taceamus, qui ea ascribunt ipsi prophetæ (43), a Patribus communiter tri-

(41) Georgius Trapezunt. *De una cath. Eccl.* c. 3 (*G. O.* I, 540) illud urget, Spiritum hic dici Spiritum Veritatis, Veritatem vero esse Filium (*Joan.* XIV, 6), jamque id a Cyrillo Alex. ad rem præsentem egregie referri, dum scribit : Πνεῦμα γὰρ ἀληθείας ὠνόμασται · καὶ ἔστι Χριστὸς ἡ ἀλήθεια, καὶ προχεῖται παρ' αὐτοῦ, καθάπερ ἀμέλει καὶ παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός. (Cyrilli ep. ad Nestor. apud Beccum, epigr. I ; *G. O.* II, 525). Cf. Ratramn. Corbei. l. I, p. 230, ed. MIGNE, Constant. Meliten. orat. 1, c. 13 (*G. O.* II, 666) ; Manuel Chrysob. *De proc. Spirit. sancti* c. 5 (Ib. p. 1086).

(42) Πέμπεται παρὰ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ · ἐκεῖθεν δὲ ἐκπορεύεται, δθεν καὶ πέμπεται · ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ ἔρα ἐκπορεύεται · οἱ γὰρ χρονικὰς ἐπὶ Θεοῦ καὶ τῶν θείων ὑποστάσεων πλάττοντες προόδους, λήρουσιν... Δηλοῦται δὲ ὅμως διὰ τῶν χρονικῶν τὰ αἰώνια · τὸ γὰρ πέμπον πρὸς τὸ πεμπόμενον ἀξίωμα ἔχει πάντως ὁποιονοῦν · ἐν δὲ τῇ ἁγίᾳ καὶ προσκυνητῇ Τριάδι οὐδὲν ἀξίωμα ὑποστάσεως πρὸς ὑπόστασιν θεμιτὸν νοεῖν, εἰ μὴ μόνον τὸ ἐξ οὗ · διὰ τοῦτο οὔτε παρὰ τοῦ Υἱοῦ τὸν Πατέρα, οὔτε παρὰ τοῦ Πνεύματος τὸν Υἱόν, εἰ μὴ κατὰ τὸ ἀνθρώπινον, ἀπεστάλθαι ποτὲ λέγουσιν αἱ Γραφαί. Præclare de his quoque disputat Georg. Metoch. *Contra Manuel. Cretens.* c. 9. (*G. O.* II, 990 seq.) Missione ἀξίωμα mittentis ostendi docet inter alios Greg. Naz. orat. 37 p. 596, 608, ed. Bill.

(43) Cornel. a Lapide in h. l. : « Sunt verba non Cyrr. sed Isaiæ, qui missus est tanquam propheta et præco a Deo et Spiritu Dei ad hæc vaticinandum. » Cf. Knobel in h. l. Isa., p. 336.

buuntur Filio, et quidem spectato ut est homo (44), nec dissidet homiliæ illius auctor, ut Petavius (*De Trin.* l. VIII, c. 1, § 14) ostendit, licet loquentem personam Creatorem cœli et terræ appellaverit. Hinc et posteriores schismatis patroni non ex persona Patris, sed ex Filii persona verba illa prolata volunt; sed non tanquam hominis, verum tanquam Dei (45). Sed non opus est his diutius immorari; dabimus D. Thomæ disputationem rei illustrandæ universim opportunam. Postquam (*Summa*, 1, q. 43, a. 8) [153] tria protulit argumenta, quæ probare videntur, divinam personam mitti non posse nisi ab ea a qua æternaliter procedit, hisque opposuit, quod Isaiæ XLVIII, 16, Filius dicatur missus a Spiritu sancto, hæc docet : « Respondeo dicendum, quod circa hoc inveniuntur aliqui diversimode locuti esse. Secundum quosdam enim persona divina non mittitur, nisi ab eo, a quo est æternaliter; et secundum hoc, cum dicitur Filius Dei missus a Spiritu sancto, referendum est hoc ad humanam naturam, secundum quam missus est ad prædicandum a Spiritu sancto. Augustinus autem dicit (*De Trin.* II, 5), quod Filius mittitur et a se et a Spiritu sancto, et Spiritus sanctus etiam mittitur et a se et a Filio, ut sic *mitti* in divinis non conveniat cuilibet personæ, sed solum personæ ab alio exsistenti, *mittere* autem conveniat cuilibet personæ. Utrumque autem habet aliquo modo veritatem, quia cum dicitur aliqua persona mitti, designatur et ipsa persona ab alio exsistens, et effectus visibilis aut invisibilis, secundum quem missio divinæ personæ attenditur. Si igitur *mittens* designetur ut *principium personæ quæ mittitur*, sic non quælibet persona mitti, sed solum illa cui convenit esse principium alicujus personæ. Et sic mittitur Filius tantum a Patre, Spiritus sanctus autem a Patre et Filio. Si vero persona mittens intelligatur esse *principium effectus* secundum quem attenditur missio, sic *tota Trinitas* mittit personam missam. » Cum his connectenda sunt, quæ Thomas (l. c., a. 2) respondet ad illud argumentum : « Missio processionem importat; sed processio divinarum personarum est æterna; ergo et missio. » Ait enim : « Ad tertium dicendum, quod missio non solum importat processionem a principio, sed determinat processionis terminum temporalem. Unde missio solum est temporalis, vel missio includit processionem æternam et aliquid addit, scil. temporalem effectum. Habitudo enim divinæ personæ ad suum principium non est nisi ab æterno. Unde *gemina* dicitur *processio*, æterna scil. [154] et temporalis, non propter hoc, quod habitudo ad principium geminetur; sed geminatio est ex parte termini temporalis et principii æterni. » Duplicem secernit Thomas in missione habitudinem : I) habitudinem missi *ad mittentem;* II) *ad terminum, ad quem mittitur.* (Ibid. a. 1.) Quilibet porro missus habitudinem habet ad eum *a quo*, et habitudinem ad eum *ad quem* mittitur. Prior σχέσις potest esse triplex : « vel secundum *imperium* sicut dominus mittit servum; vel secundum *consilium*, ut si consiliarius mittere dicatur regem ad deballandum; vel secundum *originem*, ut si dicatur, quod flos emittatur ab arbore. » Jam vero in divinis neque secundum imperium, neque secundum consilium missio locum habere potest; relinquitur solum missio secundum originem Unde licet spectato termino *ad quem* et effectu missionis tota Trinitas dicatur mittere : tamen *relatio missi ad mittentem* ab origine dependet, et ea omnia argumenta immota persistunt, quibus ex missione processio Spiritus sancti a Filio confirmatur.

5. Eo vel magis, quod et Græci Patres ex missione qua Filius mittit Spiritum, hunc ex illo esse inferunt (46), et missio hæc ut propria et personalis cum effectibus personis duntaxat convenientibus ubique fere describitur, cum æterna processione communiter conjungitur, adeo ut et hinc in ea prorsus fundata appareat. « Si Filius, » ait Hugo Etherianus (lib. III, c. 13, p. 1249), « mittens et missus, causa et ex causa est, nihil inopinabile sequatur, quod Spiritum *emittit sicut mittit.* Nam si homo secundum naturam et ex propria voluntate corpulentum suum spiritum respirat et inspirat : multo magis Dei Filius Spiritum suum mittit et [155] emittit æqualiter Patri, perfecte ac eodem modo ipsum complectens absque diminutione (47).

(44) Vide Basil. l. III, *C. Eunom.*, ad quem provocat Beccus (*G. O.* II, 638); Ambros. *De Spirit. sanct.* l. III, c. 1; Athan. orat. 1 c. Arian., cujus doctrinæ innititur Georg. Metochita, *Contra Manuel Crel.* (c. 3; *G. O.* II, 966-970) ostendens Christum ut Deum minime a Spiritu missum dici. Omnium loco audiatur Anselmus, *De process. Spirit. sanct.* « Si autem dicunt, quia Spiritus sanctus mittit etiam Filium, sicut idem ipse dicit per prophetam : *Et nunc Dominus*, etc..., hoc secundum hominem, quem gerebat, intelligendum est, quia Patris et Spiritus sancti una voluntate et dispositione mundum redempturus mundo apparuit. » In his quæ Hugo Etherianus (l. I, c. 18, p. 12. 13 e.) hac de re habet, lectio corrupta videtur; neque tamen ex sua sententia ipse loquitur, ut incisum illud patefacit : « ut quidam autumant. »

(45) Ita inter alios Theophanes Procopowicz, *Tract. de proc. Spirit. sancti*, Gothæ 1772, c. 6, §§ 133, 134 p. 167 seq. Eodem textu Chrysostomo ascripto Andronicus Camaterus, c. 11 (*G. O.* II, 316, 317; et Marcus Ephesius (Syllog. cap. 10; cod. Mon. 27, f. 200, 201) pro re sua utuntur.

(46) Id. ex Chrys. hom. 39 in Joan. ostendit Bessarion ep. ad Alex. Lascar. c. 7. (Hard. *Conc.* IX, p. 1066); idem ostendit Athan. textus c. Arian. I, n. 5, quem Jo. Plusiad. pro conc. Flor. Apol. (*G. O.* I, 628, 629) aliique multi exhibent, de quo infra ad cap. 41 Potii agetur.

(47) Hæc comparatio et Patribus familiaris est. Ex Græcis audiatur Cyrillus *Expos. in Joan.* XIV, 16, quem citant Beccus (orat., de un, c. 28, epigr. 1 et 4, *G. O.* I, 140; II, 529, 530, 560). Greg. Cpl. (ad imp. Trapez. c. 20; ib. I, 466, 467) et Andreas Rhod. sess. 6 l. Flor. (Hard. l. c. p. 72, 73) : Τῶν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς φυσικῶν ἀγαθῶν κοινωνὸς οὐσιωδῶς ὑπάρχων ὁ Υἱὸς, ἔχει τὸ Πνεῦμα κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον, καθ' ὅνπερ νοοῖτο καὶ ὁ Πατήρ... ὥσπερ ἡμῶν ἕκαστος τὸ ἴδιον ἐν ἑαυτῷ Πνεῦμα συνέχει καὶ ἐκ τῶν ἐνδοτάτων σπλάγχνων εἰς τὸ ἔξω

Ex quo patet iterum, quod Filius Spiritus sancti quædam causa exsistat naturaliter, ut ipse Pater. » Huc et illud facit, quod Patres, ac præsertim Gregorius Naz., loco ἐκπορεύσεως in recensentis personarum characteribus voce ἐκπέμψεως utuntur, et quod (§ 4) ex Thoma audivimus, ad missionem duo omnino pertinere, tum externam efficientiam, tum æternam processionem, manifeste ex eorumdem doctrina eruitur. Qua de re cf. Petav. *De Trin.* VIII, 1, 7 seq.

6. Latini ergo tum ex Bibliis tum ex ecclesiastica traditione, quæ, ut scite monet Nicephorus Blemmida (orat. 1, *De proc. Spirit. sancti*, c. 3; *G. O.* I, p. 2, 3), per se deberet sufficere, illud « acutum et inevitabile telum » repellunt. Verum ex traditione pugnat et Photius, atque cap. 5 magno verborum [156] strepitu adversariorum doctrinam exagitat ut novam, inauditam, synodis et Patribus plane contrariam. Atqui res exploratissima est, sexcenta in Græcorum Patrum scriptis reperiri testimonia (48), quibus processio Spiritus sancti etiam ex Filio stabilitur. Ejusmodi testimonia plurima, etsi non omnia, tamen quod majorem partem genuina jam ex Athanasio, Gregorio Nazianzeno et Didymo Ratramnus (l. II, c. 3, 5; l. III, c. 6), ex Athanasio, Cyrillo, Didymo, Proclo Æneas Parisiensis (lib. *Adv. Græc.* c. 1-19, 29-34, 75), ipsius Photii temporibus collegerunt; multo locupletiora deinde posteriore theologi in medium protulere. Incredibile est Photium non novisse nec legisse eos Patrum suorum textus, in quibus Spiritus sanctus modo διὰ τοῦ Υἱοῦ ἐκ τοῦ Πατρὸς (49), [157] modo παρὰ vel ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ (50), modo παρ' ἀμφοτέρων (51) dicitur προέρχεσθαι, εἶναι, προϊέναι, ἐκλάμπειν, ἐκπορεύεσθαι, etc. (52), in quibus variis sub imaginibus (53) [158] Spiritus sancti

προχέει · διὰ γὰρ τοι τοῦτο καὶ σωματικῶς ἐνεφύσησεν ὁ Χριστὸς, δεικνὺς ὅτι καθάπερ ἐκ στόματος τοῦ ἀνθρωπείου πρόεισι τὸ Πνεῦμα σωματικῶς, οὕτω καὶ ἐκ τῆς θείας οὐσίας θεοπρεπῶς προχεῖται τὸ ἐξ αὐτῆς. Ex Latinis audiatur *Augustinus* pariter de Joan. xx, 22 agens *De Trin.* IV, 20: « Neque enim flatus ille corporeus... substantia Spiritus S. fuit, sed demonstratio per congruam significationem, non tantum a Patre, sed et a Filio procedere Spiritum sanctum. » Et rursum *contra Maxim.* III, 14: « Si non procederet et de ipso, non diceret discipulis: *Accipite Spiritum* sanctum eumque insufflando daret, ut a se quoque procedere significaret, *aperte ostenderet flando, quod inspirando dubat occulte.* » Priorem Augustini textum Græce citat Gregorius Cpl. (l. c. 220, p. 467), alterum illustrat Ratramnus (l. III, c. 4, p. 291, ed. Migne). Cf. et Anselm. Havelberg. ep. *Dialog.* lib. II, c. 15. (*Spicileg.* D'Achery, t. I, p. 181, 182, ed. Paris. 1723).

(48) J. G. Walch. *Histor. controvers. de proc. Spirit. sancti*, Ienæ, 1751, cap. 1, p. 3: « Antiquiores Christianorum Græcorum doctores processionem Spiritus sancti non solum a Patre, verum etiam a Filio, credidisse, quæ in illorum scriptis habentur testimonia haud obscure comprobant. Equidem minus negandum est eos non semper distincte satis ac perspicue de hac re exposuisse, cum illa nondum in disputationem vocata esset; exstant tamen effata, ex quibus non sine causa colligitur, quod Spiritum sanctum pariter ac a Patre procedere a Filio professi sint. » Quod deinde pluribus Athanasii, Epiphanii, Gregorii Nysseni, Cyrilli aliorumque dictis probat. Etiam Montacutius ad Photii epist. 2, p. 62-64 quædam hujus generis dicta protulit. In his colligendis, exponendis ac vindicandis egregie laborarunt: Jo. Beccus in *Epigraphis G. O.* II, p. 522-641); Bessarion (apud Arcud. opusc. theol. aurea. Romæ 1630 et 1670, p. 98 seq.), Petavius (*De Trin.* l. VII, c. 3 seq.), Steph. De Altimura s.; Le Quien (*Panoplia c. schisma Græcor.* p. 239 seq.), Card. Maius (*Spicil. Rom.* Præf. t. VI *Nova PP. Biblioth.* I, p. 47 seq.) et Pitzipios (*L'Eglise orientale*, t. I, chap. 11, § 2, Rome 1855).

(49) Basil. *De Spirit. sancto ad Amphil.* : Πῶς οὖν χωρίζοιτο τὰ ἀχώριστα, λόγος Θεοῦ καὶ Πνεῦμα, ἐκ Θεοῦ δι' Υἱοῦ; (*G. O.* II, 665.) ib. c. 18, n. 47 : Ἡ βασιλικὴ ἀγαθότης καὶ ὁ κατὰ φύσιν ἁγιασμὸς καὶ τὸ βασιλικὸν ἀξίωμα ἐκ Πατρὸς διὰ τοῦ Υἱοῦ μονογενοῦς ἐπὶ τὸ Πνεῦμα διήκει. Cf. ep. 52, n. 4. — Greg. Naz. *Carm.* ed. Bill. II, p. 68 : Εἷς Θεὸς ἐκ Γενέταο δι' Υἱέος εἰς μέγα Πνεῦμα Ἰσταμένης Θεότητος ἐνὶ τελέοισι τελείης (*G. O.* II, 418, 535). Cyrill. l. II, *ad Herm.* : Ἅγιον δὲ Πνεῦμα προστερεῖς

τὸ ἐκ Θεοῦ Πατρὸς δι' Υἱοῦ προχεόμενον φυσικῶς καὶ καθάπερ ἐν τύπῳ τῆς ἐκ τοῦ στόματος διαπνοῆς τὴν ἴδίαν ἡμῖν ὑποσημαῖνον ὕπαρξιν, (*G. O.* II, 536, 672). Cf. Cyrill. in Joan. XV, 27; *Adv. Nest.* IV, 3; *Trin.* dial. 2, t. V, p. 423. Illud satis notum formula illa διὰ τοῦ Υἱοῦ hac in re jam Origenem uti, et ex Latinis Tertullianum, *G. Prax.* c. 4.

(50) Cyrill. in Joel : Εἰ μὲν γάρ ἐστι Θεὸς καὶ ἐκ Θεοῦ κατὰ φύσιν ὁ Υἱός · γεγέννηται γὰρ ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός · ἴδιον αὐτοῦ τε καὶ ἐν αὐτῷ καὶ ἐξ αὐτοῦ τὸ Πνεῦμά ἐστι, καθάπερ ἀμέλει καὶ ἀπ' αὐτοῦ νοεῖται τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός. Hoc testimonio utuntur Hugo Ether. l. III, c. 21, p. 1259; Beccus, orat. 1, *De unit. Eccl.* c. 28; et epigr. 1 (*G. O.* I, 138; II, 525), Bessarion (*Orat. dogm.* c. 7; Hard. IX, 357), Jos. Methon. *Apol.* (ibid. p. 571), Leo Allatius (*Enchir.* c. ια'), p. o'. *Vind. syn. Eph.* c. 40, p. 193; c. 57. p. 372) aliique. Item. Cyrillus expos. anathem. IX : Ἄνθρωπος γεγονὼς ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Λόγος ἀπομεμένηκε καὶ οὕτω Θεὸς, πάντα ὑπάρχων ὅσα καὶ ὁ Πατὴρ δίχα μόνου τοῦ εἶναι Πατέρα, καὶ ἴδιον ἔχων τὸ ἐξ αὐτοῦ καὶ οὐσιωδῶς ἐμπεφυκὸς αὐτῷ Πνεῦμα τὸ ἅγιον εἰργάζετο τὰς θεοσημείας. Cf. Allat. *Vind. syn. Eph.* p. 79, 80, 371 seq. *Thes.* lib. II : Πρόεισι δὲ (τὸ Πν.) καὶ ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ · πρόδηλον ἐστι ὅτι τῆς θείας ἐστὶν οὐσίας. Cf. Niceph. Blem. *G. O.* I, 13; Beccus, ibid. II, 526; Allat. op. cit. c. 42, p. 208.

(51) Epiphan. hær. 74, n. 7 : Τὸ δὲ ἅγιον Πνεῦμα παρ' ἀμφοτέρων, Πνεῦμα ἐκ Πνεύματος · Πνεῦμα γὰρ ὁ Θεός. Eadem expressio in Ancorato (n. 8, 9, 69-71, 77) sæpius occurrit. Cyrill. ep. ad Pallad. Τρεπτὸν δὲ οὗτοι που τὸ Πν. ἢ εἴπερ τὸ τρέπεσθαι νοσεῖ, ἐπ' αὐτὴν ὁ μῶμος τὴν θείαν ἀναδραμεῖται φύσιν · εἴπερ ἐστι τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, καὶ μὴν καὶ τοῦ Υἱοῦ, τὸ οὐσιωδῶς ἐξ ἀμφοῖν, ἤγουν ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ προερχόμενον Πνεῦμα. Quo testimonio utuntur Hugo Etherianus, l. III, c. 21, p. 1259; Nicephor. Blemmida, orat. 1, c. 5. (*G. O.* I, p. 4-6), J. Beccus (Epigr. 1, *G. O.* II, 526, 543), Allatius (*Enchirid.* c. ια'. *Vindic. syn. Ephes.* p. 209).

(52) Æquipollere has et similes formulas late demonstrant Niceph. Blem. (l. c. c. 8 seq. *G. O.* I, p. 8 21), Beccus (*G. O.* I, 98 seq. 148), Constantin. Meliteniota (orat. 1, c. 18; *G. O.* II, 675 seq.), Georg. Trapezunt. (ad Joan. Cubocles. lib. I, 478 seq.), Leo Allatius (*Contra Hotting.* p. 325 seq. *Enchir.* c. ζ'. p. λβ'. seq. c. ια'. p. νς'. seq.), Petavius (*De Trin.* l. VIII, c. 4).

(53) De his vide Petav. (l. c. c. 5. n. 6 seq. et c. 6), Allat. (*Ench.* c. η' et ις'). Ut pauca quædam commemoremus, huc illud spectat, quod Gregorius Naz. Patrem ὀφθαλμόν, Filium πηγήν. Spiritum

processio Patri et Filio perspicue asseritur. Imo iisdem plane verbis utuntur Patres ad exprimendam exsistentiam Filii ex Patre, quibus Spiritum ex Filio exsistentiam habere declarant (54); quod si in enarranda processione Spiritus ex Filio diversis interdum utuntur formulis ab iis quæ relate ad Patrem adhibentur, id ideo fit, quia non solum personarum discrimen expressum, verum etiam Patris prærogativam servatam voluit, qua est ἀρχὴ προκαταρκτική, unde Filius communicatam habet, uti essentiam, ita et virtutem spiratricem. Neque etiam præpositiones ἐκ et διὰ hac in re eorum usu essentialer differunt (55); imo [159] phrases διὰ τοῦ Υἱοῦ πεφηνέναι, Πνεῦμα Υἱοῦ εἶναι, διὰ τοῦ Υἱοῦ vel ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι omnino æquipollent, ut late post alios cardinalis Bessarion in sanctum vocat ποταμόν· Chrysostomus vero in psal. XCIII Patrem πηγήν. Filium ποταμόν, Spiritum ζῶν ὕδωρ (*G. O.* II, 302); item Naz. Patrem dicit ἥλιον, Filium ἀκτῖνα, Spiritum φῶς, dum Cyrillus tres personas πῦρ, φλόγα, φῶς nominat, et alibi Filium ἄνθος, Spiritum ὀσμήν. *G. O.* II, 608.) Ejusmodi trium personarum nomina rursum sunt ῥίζα, κλάδος, καρπός (cf. Niceph. Blem. *G. O.* I, p. 18–20. Hug. Ether. l. I, c. 4, p. 1201); insuper Filius dicitur manus, Sp. sanct. digitus (Niceph. Blem, l. c. p. 17, 18). Sed nihil illustrius ea descriptione, quam Gregor. Nyssen. Serm. de Spirit. sanct. adv. Ar. et Sabell. s. Maced. profert (Mai. *Nova Bibl. PP.* I, p. 20; Niceph. Blem. l. c. p. 56; Beccus, epigr. I, *G. O.* II, 537; Georg. Metoch. ib. p. 935 seq.), dum illos, qui statuebant, τὴν κατὰ τὸν ἀριθμὸν τάξιν esse signum imminutionis alicujus aut immutationis secundum naturam, aggreditur.

(54) Id demonstrant Beccus (*G. O.* I, 94, 148; II, 539 seq. 627 seq, epigr. 13), Niceph. Blem. (ib. I, p. 8 — 21), Constantin. Meliteniota (ib. II, 675 seq.), Georg. Metochita (ib. 925 seq.), Georg. Trapezunt, ad J. Cubocl, (ib. I, 478 seq.), Allatius (c. Hotting. p. 325 seq. *Vind. syn. Eph.* c. 48, 59, p. 239 seq. 382 seq. *Enchir.* c. ζ' et ια'), Petav. *de Trin.* VII, 4.

(55) Id Basilius *de Spirit. sanct.* c. 5 ex professo propugnat et probat; idque pro hac re uberius exponunt J. Beccus, *De una Eccl.* c. 20 seq. 24; orat. 2, de injusta depos. c. 15; l. I, ad Theod. Sugd. c. 9 (*G. O.* I, 113, 123 seq. II, 60 seq. 110 seq.); Georg. Metoch. *C. Maxim. Plan.* (*G. O.* II, 944 seq.); Georg. Trapezunt. *De una Eccl.* c. 2; *De proc. Spirit. sanct.* ad J. Cubocl. c. 2 (ib. I, 538 seq. 471 seq 493 seq.); Gregor. Cpl. ad imp. Trapez. c. 5 (ib. 426 seq. 461); Gregorius Protosyncellus *Apol. c. Marc. Ephes.* (Hard, *Conc.* IX, p. 623-626); Joseph. Methon. (ib. p.586); Bessarion (*Orat. dogm.* c. 5, ib. p. 352 seq.); Hieron. Donati (*De process. Spirit. sanct.* ad Leonem X, lib. III, c. 9); Leo Allatius, ((*Enchir.* cap. κη'. p. ρπδ' seq. *Vindic. syn. Eph.* c. 59, p. 382 seq.); Petavius, *De Trin.* l. VII, c. 17, n. 2 seq. — Schismatici interdum concedebant esse Spiritum διὰ τοῦ Υἱοῦ· sed id dicere processionem et æquivalere τῷ ἐκ τοῦ Υἱοῦ inficiabantur. Hinc Hugo Etherianus l. II, c. 9, p. 1222): « At vero Latinus ei quidem qui asserit Spiritum exsistentiam habere *ex Filio ut ex Patre*, consentit; dicentem autem: *Ex Patre per Filium*, et *non subintelligentem ex Filio*, aspernatur. » Cf. cum his quæ Florentiæ disputata sunt (apud Hard. IX, p. 377, seq.).

(56) Vide Niceph. Blem. orat. 1, c. 4 (*G. O.* I, p. 3, 4), Bessarionem, Gregorium Scholarium, ac Joseph. Methonensem (apud Hard. IX, p. 313, 449, 567 seq.); Leonem Allatium, *Vindic synod. Ephes.* c. 50, p. 274 seq. c. 59, p. 398 seq.

A dogmatica oratione c. 6 comprobavit (Hard. IX. 356 seq. 348 seq).. Neque prudens quisquam hodie affirmare audebit vel Macedonianos, vel Latinos Græcorum Patrum codices, quotquot ejusmodi quid continent (non secunda interpolatoris, sed prima omnino manu, absque ulla fraudis suspicione id præ se ferentes), quorum codicum plures exstant adhuc Photii ævo paulo antiquiores, in suum favorem corrupisse; quam accusationem (quod ad Græcos libros attinet) nonnisi multis post schisma exortum sæculis, ex angustiis in quas in Flor. potissimum concilio Græci theologi redacti sunt, protensam pronum jam fuit catholicis confutare (56); quinimo ejusmodi convicium in auctores ipsos, falsatoriæ artis peritissimos, [160] retorquere jure suo po-

B tuerunt (57). Jam vero Photius, qui Græcorum Pa-

(57) Huc pertinet celeberrimus Gregorii Nysseni locus serm. de Orat. Dominica III, c. fin., editus complete ab Ang. Maio (*Nova PP. Bibl.* Romæ 1847, t. I, p. 52, 53,) de quo doctissimus editor propria dissertatione (p. 40 51) late egit. Censuit quidem Petavius (*De Trin.* VII, c. 3; §§ 11-13) in illis verbis: Τὸ δὲ ἅγιον Πνεῦμα καὶ ἐκ τοῦ Πατρὸς λέγεται καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ εἶναι προσμαρτυρεῖται, quibus textus Rom VIII, 9, adjungitur, illud ἐκ fuisse posterius additum; sed interna, quibus utitur, argumenta non adeo decretoria sunt, ut externis, quæ pro illa lectione stant, quæque Petavius nondum perspecta habuit saltem omnia refragari vel debeamus vel etiam possimus; imo facile illa ipsius argumenta solvuntur. Bene Gregorius λέγεσθαι et προσμαρτυρεῖσθαι secernit; ex Patre esse Spiritum, di-

C serte et expresse in Bibliis legitur; ex Filio vero esse, non dicitur κατὰ λέξιν, sed concluditur, deducitur ex iis quæ explicite dicuntur, præsertim ex Rom. VIII, 9; ut ex aliis, ubi Spiritus vocatur Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ, id etiam alii Patres deducunt, quod postea demonstrabitur. Habemus autem judicium synodi anno 1280 a J. Becco et octo metropolitis celebratæ (Allat. *G. O.* I, p. 366–374. Cf. *De consens.* l. III, c. 1, n. 5, p. 893-897), ubi publicis tabulis manifestatum fuit Escammatismenum referendarium ex hujus operis codice antiquissimo (quem nunc Romæ exstare omnia suadent) illud ἐκ erasisse idque ipsum postea esse confessum. Codex alter ante schisma conscriptus pariter illud ἐκ præse fert, ac recentiores potissimum sunt, qui eo ca-

D rent. Locum deinde cum hac præpositione plures cordati scriptores proferunt eamque lectionem alii ex professo defendunt. Cf. Hug. Ether. (l. II, c. 19, p. 1234); Beccum, *De injusta deposit.* orat. 2, c. 23 in Camat. *Animadv.* c. 22, epigr. 1, ad Theod. Sugd. l. III, 5 *De un. Eccl.* c. 28; *De proc. Spirit.* c. 1, n. 4. (*G. O.* II, p. 74, 333, 523, 141; I, 143, 230); Georg. Metoch. (ib. II, 944, 953, 1045); Isaiam Cyprium (ib. I, 398); Manuel. Calec. (l. II, p. 401, ed. cit.); Jos. Methon. (Hard. IX, 571); Allat. (*Vind. Syn. Eph.* c. 41, p. 205; *Enchir.* c. ιβ'), deinde card. Maium l. c. et opusculum: *Confutazione di Antimo patriarca scismatico*, Roma 1854, p. 47. — Accedit alius non minus illustris locus Basilii l. III *C. Eunom.* n. 1 seq., de quo diu disputatum fuit in conc. Flor. sess. 19-22. (Hard. IX, 220, 225 seq. 241 seq. 255 seq. 264 seq. 328 seq.). Lectionem Latinorum jam Hugo Ether. (l. III, c. 13, p. 1249) retulit ejusque adversarius Nicetas Thessalonicensis agnovit (Cf. Bessar. ep. ad. Alex. Lasc. c. 1; Allat. *Enchir.* cap. κ'). Si dex vetustate codicum judicium fiat, male Garnerius textum, qualem Photiani propugnant, recepisse dicendus est; neque attendit ad tot argumenta tum. interna tum externa,

trum opera, quæcunque sibi comparare [161] poterat, nocturna diurnaque versarat manu, ea omnia astute dissimulavit, quæ adversariorum causæ in iis favebant, ac silentio pressit omnino, nonnulla fortasse minus diserta testimonia suum in sensum trahi posse existimans, alia clariora, ut infra quoad Latinos doctores videbimus, veluti theologica ἀκριβείᾳ destituta parvipendens, magnopere vero in Latinorum confidens ignorantia ac penuria virorum Græcis litteris imbutorum, minime vero ea plane ignorans. Photii in hac controversia fidem non bonam vidit et castigavit sedulus operum ejusdem scrutator, Joan. Beccus (l. III, ad Theod. Sugd. c. 12; *G. O.* II, p. 147, 148).

[162] 7. Cæterum vidit acute Photius se facilius in suos placito Orientales confirmaturum, si adversariorum sententiam velutiab ecclesiastica traditione aberrantem, quinimo ab ea prorsus condemnatam traduceret. Sed quid tandem affert ut hoc obtineat ? Nil aliud habet, nisi concilii Cpltani I, definitionem a subsequentibus quinque synodis rursum confirmatam, ab omnibus Patribus propugnatam, ibique illud *qui ex Patre procedit* sensu exclusivo exponit. Hoc Photii caput fusius refellit epistola Simonis Cpltani ad Joannem Nomophylacem (apud Allatium contra Hotting. c. 18, p. 334-382), licet non sine apocryphorum documentorum usu, attamen in pluribus, ac præsertim in adductis Patrum testimoniis, non prorsus inaniter. Merito illud urget, nullam synodum processionem Spiritus ex Filio negasse, solum ea asseruisse synodos, quæ contra suorum temporum hæreses necessario erant statuenda, hinc uberiores dogmatum expositiones posteriores synodos promulgasse (58), Patres in his conciliis primas partes obtinentes, ut Alexandrinum Cyrillum (59), illud dogma Latinorum aperte tradidisse; Ephesinum [165] concilium specialiter nonum Cyrilli anathematismum approbasse (p. 356), quintam et sextam synodum solemniter eos Patres atque Ecclesiæ doctores proclamasse, qui processionis Spiritus sancti etiam ex Filio propugnatores exstiterant (p. 360) ; in septima synodo nemine reclamante Tarasii epistolam ad Orientales fuisse lectam et approbatam (act. 3), in qua ἐκ τοῦ Πατρὸς δι' Υἱοῦ Spiritus sanctus procedere dicitur (60), eamque nullatenus fuisse culpatam (p. 368, 369). Præterea et illud maximi momenti est, quod in concertatione cum Macedonianis et Eunomianis nunquam a Patribus negatum fuit, Spiritum sanctum esse per Filium vel ex Filio, quod illi fundamenti loco ponebant ; sed negatum fuit eum esse creatum, esse ex solo Filio, et non simul ex Patre ; ea sane Græci doctores argumenta protulerunt, quæ prius admittunt, posterius repellunt. Ita v. gr. Basilius, l. II, c. Eunom. interrogat ; Πῶς οὖν (Eunomius) τὴν τοῦ Πνεύματος αἰτίαν τῷ Μονογενεῖ μόνῳ προστίθησι ; Illud duntaxat vituperat, quod Patrem excludat, et adversarium ex eo refutat, quod οὐδεμία ἐνέργεια τοῦ Υἱοῦ ἀποτετμημένη ἐστὶ τοῦ Πάτρός (61). Ac si diceret : Per te ἡ τοῦ Πνεύματος προβολὴ [164] est

quæ Beccus, Bessarion aliique in medium protulere. Fraudem in Basilii codice Græcos in ipso conc. Flor. attentasse testis est Jos. Methonensis (apud Allat. *De cons.* III, 1, 5, p. 889, 892 ; Hard. IX, 567). De hoc Basilii textu consulendi sunt Beccus, *De una Eccl.* c. 27, 59 ; *De proc. Spirit. sancti.* c. 1-3 ; l. II, c. 3 ad Theod. Sugd. et epigr. 1 (*G. O.* I, 133 seq. 200, 225-274 ; II, 120 seq. 523) ; Georg. Metoch. (ib. II, 1048 seq.); Const. Meliten. (ib. 825 seq.), Manuel Calecas (l. I, p. 395) ; Georg. Trapez. ad Joan. Cubocl. c. 22 (*G. O.* I. 516, 517) ; Joan. Plusiaden. pro conc. Flor. (*G. O.* I, 629, 630 ;) Bessarion. (l. c. p. 171, ed. Arcud. Hard. IX, 1045—1050), Bellarmin. (de Chr. II, 25) ; Allat. (l. c.) ; Petav. (l. c. c. 3, § 14 seq.), Natal. Alex. (l. c. n. 3, p. 513-515, ed. cit.), Maius (l. c. p. 46-48). — Præterea ipsi Photio objicitur, quod Bibl. cod. 277 in homil. de incarnatione Chrysostomo ascripta, quæ incipit : Ὄντως ἐπεφάνη ἡμῖν ἡ τοῦ Θεοῦ χάρις, propositionem ex expunxerit (p. 848, ed. 1601), quam Beccus (*G. O.* I, 139 ; II, 313, 314, 334, 527), Manuel Calecas, Jos. Methon. (Hard. IX, 574) et editio Saviliana omnino concordanter legerunt. Verba sunt : Ἦλθεν ὁ Χριστὸς πρὸς ἡμᾶς· ἐδωκεν ἡμῖν τὸ ἐξ αὐτοῦ Πνεῦμα καὶ ἀνελάβετο τὸ ἡμέτερον σῶμα. Alibi, ut orat. 1, prophyl. (*G. O.* II, 528), legitur : Τὸ παρὰ Χριστοῦ Πνεῦμα. De hoc testimonio cf. Petavium, *De Trin.* VII, 3, 19. — Alia corruptionis exempla enumerat Beccus in altera oratione de sua depositione injusta, c. 23 (*G. O.* II, p. 73, 74) ac late de his aliisque agit Constantin. Meliteniota orat. 2, c. 20-28 (*G. O.* II, 823-854), c. 31 seq. (ib. p. 864 seq.).

(58) Ratramnus, l. II, c. 2 (p. 245, 246, ed. Migne) notat, Patres concilii secundi Nicæno symbolo verba de Spiritus sancti divinitate contra Macedonianos addidisse et ecclesiis Christi exemplum dedisse : « Si quid secundum Scripturas sacras superaddere vellent, quod hæreticos expugnaret et fidem credentium roboraret ; » nec dici posse, solum in Bibliis contenta esse recipienda, cum tali pacto cum Arianis τὸ ὁμοούσιον esset rejiciendum, imo fere tota Cplitana contra Macedonianos definitio ; si vero dicatur, hanc virtualiter in Scripturis contineri, etiam Latinos ostendere, suum dogma quoad rem et sensum et « virtute intelligentiæ » ibi inveniri. Eodem fere modo loquitur Anselm. Havelberg. (*Dial.* II, 20, 22, p. 185, 186, 187, edit. Paris. 1723). Cf. præterea S. Thom. (p. 1, q. 36 , a. 2 ad 2) ; Beccum (*De una Eccl.* c. 46, *G. O.* I, 170-172) ; Georg. Metoch. c. *Man. Cret.* c. 26, 27 ; ibid. II ; p. 1060-1065) ; Manuel. Calec. (l, IV, *C. Græc.* p. 449, 450, ed. cit.) ; Greg. Cpl. (ad imp. Trapez. *G. O*, I, 422 seq.) ; Petav. *De Trin.* VII, c. 2.

(59) De Cyrilli fide late disputat Leo Allatius in opere inscripto : *Vindiciæ synodi Ephesinæ.* Romæ 1661, cap. 17 seq. p. 65 seq. Res adeo manifesta est, ut et nonnulli schismatici eum in hac quæstione cum Augustino sensisse et concedant (ib. c. 74, p. 608 seq.)

(60) Eodem Tarasii testimonio utuntur illudque exponunt : Nicephorus Blemmida, orat. 1, n. 24-26 (*G. O.* I, 31-38) : J. Beccus orat. 2, de injusta deposit. c. 26 ; l. I, ad Theod. Sugd. c. 8, epigr. 1. Ib. II, 81, 109, 538) ; Constant. Meliteniota, orat. 1. (Ib. II, 695, 696), Georg. Metochita, *C. Maxim. Planud.* (ib. p. 924 seq.); Manuel Calecas (l. I, p. 386 ; l. IV, p. 442, ed. cit.); Andreas Rhod. in sess. VII, Flor. (Hard. IX. 100) ; Bessarion (ibid. p. 349); Joseph Methon. (ibid. p. 574) ; Georgius Protosyncellus (ibid. p. 623) ; Leos Allatius (*Contra Hotting.* c. 20, p. 521 ; *Vindic. Syn. Eph.* c. 48, p. 263, c. 77, p. 651).

(61) Cf. de hoc textu disputantes Beccum, orat. 1,

Filii operatio; sed nulla Filii operatio a Patre disjuncta et aliena est; proinde et Patri hanc προβολὴν convenire fatearis oportet. Et hic præcise illis verbis Christi utitur, ex quibus et catholici arguunt theologi : *Omnia mea tua sunt*, etc. Quare cum luculentissimo Patres ipsi Græci Latinis suffragentur: quod Photius afferre potuisset, vix ullius fuisset momenti. Poterat fortasse ad Theodorum Mopsuestenum provocare, quem tamen in re dogmatica nihili fere fecit, vel ad Theodoretum, quem « hujus negationis inventorem et præconem » vocat Hugo Etherianus [l. I, c. 2, p. 1200 (62)], vel specie saltem ad Joannem Damascenum, qui tamen, licet (*De F. O.* I, 8, p. 141) affirmaverit, ἐκ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα μὴ λέγεσθαι aperte Spiritum διὰ τοῦ Υἱοῦ προέρχεσθαι docuit, et a Latinis verbis potius quam re ipsa dissidere jure optimo censetur (63). Quæ [165] cum ita sint, non temere Ratramnus (l. I, c. 8, p. 242 seq. ed. cit.). Græcos sui temporis ita objurgat : « Cessent igitur reprehensores vel malevoli vel imperiti Christi Ecclesiam redarguere, quod Spiritum sanctum confitetur a Patre et Filio procedere. Hoc Evangelia docent, hoc Apostoli profitentur, hoc prophetæ non tacent... Videte, quo tendat vestra... professio, qua dicitis Spiritum sanctum a Patre procedere, non autem a Filio. Hoc nec in Litteris divinis nec in doctoribus ecclesiasticis aliquando legistis. Dixit quidem sancta synodus Cplitana... Filium consubstantialem esse Patris, Spiritum quoque sanctum procedentem a Patre; nunquid negavit eum a Filio procedere? Vel consequens est, ut procedit a Patre, non procedat a Filio? Potius ergo agnoscite, si Filii vultis esse Ecclesiæ et Patrum sequi doctrinam, quod dicendo sanctum concilium Cpli collectum Spiritum sanctum procedentem a Patre, quod eum et a Filio procedere non negavit; sed tota Trinitas, cum sit consubstantialis et Filius natus a Patre, Spiritus quoque sanctus sit charitas utriusque, non possit quis negare Spiritum sanctum a Filio procedere, nisi negaverit Filium charitatem, qua diligit Patrem, habere. Quod quia vesanum, tenendum omnino et fideliter profitendum, quia Pater diligit Filium et Filius diligit Patrem, et hæc dilectio, qua Pater diligit Fi-

A lium, a Patre procedit, et dilectio, qua Filius diligit Patrem, a Filio nihilominus procedit. Est autem hæc dilectio Spiritus sanctus. Procedit ergo Spiritus a Patre et Filio. » Concludimus cum Hugonis Etheriani verbis, qui (l. II, c. 17, p. 1232) ita Photio respondet : « Dixit Dominus : *Spiritus, qui a Patre procedit*; confirmaverunt hoc et sanctæ synodi Latinorumque omne collegium non solum non inficiatum est, sed cum omni diligentia et ex toto corde credit, et dicit confiteturque, et ex Filio procedere. Nam licet solus nominetur Pater, subintelligitur omnino et Filius, eo quod absque medio de Patre non procedat, et cum nusquam Pater dixisse reperiatur : *Ego solus emitto Spiritum*; [166] sed neque prophetarum quisquam seu aliorum Patrum:
B *Solus Pater emittit Spiritum*, aliquando protulit. At vero neque contra decreta SS. Patrum, qui Nicææ, Constantinopoli, Chalcedone vel ubilibet locorum pro firmanda fide convenerunt. *Idem* enim, *sed aliter* dicit *explanando, et interpretando*, quod pie intelligi oporteat Spiritum ex Patre procedere, subintellecto scil. Filio, tum quia verissimum est Spiritum ex Filio procedere, tum quia multi a Filio ipsum dividebant. Enimvero sicut intelligitur Filii esse Spiritus, cum dicitur esse Patris, ita concipiendus est ex Filio procedere, cum Deus a Patre procedit... Verum bonus Pastor suis falsis opinionibus consistentia et bene habentia dimovet et Latinorum S. Ecclesiam absque synodo pro suis viribus
C condemnat, contraque SS. synodos contraque apostolicæ sanctitatis viros mentitur, dum eos sanxisse affirmat, Spiritum a Patre, sed non a Filio procedere... Hic conviciator edocuisse illos asserit, quod indicare orationem arbitratur, scil. qui a Patre *solo* procedit... Non idem significant hæ duæ orationes : *Qui a Patre procedit*, et : *Qui a Patre solo procedit*, neque apud Græcos, neque apud Latinos, neque penes oratores, neque penes philosophos; profecto rimari quidem oportet non solum dictionem, verum dictionis intentionem. Sane quæ dubia sunt, interdum per alia manifestantur et ex his quæ alibi scripta sunt. Nothum (*edit.* notum) quidem videtur Latinis *qui a Patre solo*, nothum vero Græcis *qui a Patre et Filio*, eo quod neutrum in Evangeliis scri-

De una Eccl. c. 9; *De proc. Sp. S.* c. 4 (*G. O.* I, 74, 282); Greg. Cpl. ad imp. Trapez. c. 18 (ib. p. 460); aliosque. Similia dicit Cyrillus, l. VI, ad Herm. (Beccus, epigr. 1, *G. O.* II, 540).

(62) Nonnulli vero eruditi non sine gravibus rationibus Theodoretum vindicant ab ejusmodi errore.

(63) Illud ἐκ τοῦ Υἱοῦ rejecit non alio sensu, nisi ὡς ἐκ τῆς πρώτης αἰτίας, ἐκ τῆς ἀρχῆς προκαταρκτικῆς, ut Græcus auctor apud Niceph. Blem., orat. 1, p. 7 advertit. Hugo Ether. l. III, c. 21, p. 1259 : « Solus vero, inquit, Damascenus Joannes dissidere a magno Cyrillo aliisque Patribus videtur, si tamen ita scibit : *Spiritum ex Patre dicimus et Spiritum Patris nominamus. Ex Filio autem Spiritum non dicimus, Spiritum vero Filii nominamus*.» Verumtamen *et Scriptura sic se habente* non discordat hic sanctus a Latina veritate; hoc ad con-

D suetudinem Græcorum referendo, quæ non esse Spiritum ex Filio confitetur, etc.» Thomas Aquinas (p. 1, q. 36, a. 2 ad 3) Damascenum Nestorianis hac in re accensuit; sed statim adjecit : « Quamvis a quibusdam dicatur, quod Damasc., sicut non confitetur Spiritum sanctum esse a Filio, ita etiam non negat ex vi verborum illorum. » Sed re ipsa eum cum aliis Patribus sentire ostendunt Niceph. Blem. (l. c, c. 23, p. 29 seq.); Beccus (*G. O.* II, 66 seq. 124) : Constantin. Meliten. orat. 1 (id. 673 seq. 694, 695); Georg. Trapezunt. (ad J. Cubocl. c. 13; ib. I. 494 seq.); Manuel Calecas. (l. III, p. 431); Georg. Protosyncell. *Apol. c. Marc. Eph.* (Hard. IX. 630); Bessarion (ep. ad Alex. Lasc. c. 9; ib. p. 1074 seq.); Leo Allatius (*De consens.* II, 2, 6-11, p. 432 seq. *Enchir.* c. 4. 26, 27); Walch. (op. cit. c. 2, § 2, p. 24) aliique plurimi.

ptum reperiatur; verum sic opposita sunt, ut alterum quidem duorum sit verum ex necessitate, alterum vero non ; sed ex Filio quidem procedere Scripturis consonat et concordat, et neque contrarium vel repugnans invenitur, quanquam a synodis expressum non sit. Etenim quisque Romanorum pontificum, qui synodos sanctificaverunt et confirmaverunt, semper hoc dixit ac dogmatizavit... *Ex solo* autem dicentem multa sequuntur inconvenientia... [167] Si ex solo Patre procedit Spiritus, non est ipse *imago Filii* (64), sed Patris, ut sine medio ex ipso coruscans ; non est autem hoc, cum Spiritus imago sit Filii et ex ipso *proxime* refulgeat. Propinquior erit Patri quam Filio et magis Patris quam Filii. Amplius si ex Patre solo procedit, ad mensuram dat Pater Filio Spiritum, cum solam missionem, et non emissionem ei tribuat. In quo scil. non videtur remetiri paternam excellentiam, nec ex integro Spiritum habere cum omnibus, quæ circa ipsum considerantur, sicut habet Pater. Ait enim magnus Cyrillus : « Non ad mensuram dat Spiritum Filius, juxta Joannis vocem ; sed ipse emittit ex se, quemadmodum utique et Pater. Quocirca quicunque orationem : *Qui a Patre procedit* transformat in eam quæ dicit *a Patre solo*, Salvatoris vocem, qui est perennis fons veritatis, infirmat. »

8. At multo uberius Photius de iis agit documentis, quæ Latini pro sententia sua afferre solebant, atque imprimis cap. 20-30 longam habet disputationem, qua argumentum ex Joan. xvi, 13-15 petitum enervare connititur. Hoc textu Patrum occidentalium (65) vestigia premens utebatur [168] Ratramnus (op. cit. I, 3, p. 229 sep.) inquiens : « Quid enim accipiet Spiritus sanctus a Filio, cum unius sint substantiæ uniusque potentiæ ? Nimirum *De meo accipiet* dixit, id est : a me procedit, quia sicut sunt unius substantiæ Pater et Filius, sic et de utroque procedendo Spiritus sanctus accepit consubstantialitatis exsistentiam. Nec debet movere, quod *accipiet* futuri temporis dixit ; hoc enim ad illud respicit, quod futurum erat, quod discipulis mitteretur, non ad illud, a Patre Filioque procedit ; sine tempore namque procedit a Patre, procedit et a Filio. » Sequitur : « *Omnia, quæcunque habet Pater, mea sunt ; propterea dixi, quia de meo accipiet et annuntiabit vobis.* Si omnia, quæcunque habet Pater, habet et Filius, profecto sicut est Spiritus sanctus Patris Spiritus, est et Filii Spiritus ; alioquin si Patris est tantum, non etiam Filii, non omnia, quæcunque habet Pater, sunt Filii. » Similiter posteriorum temporum Catholici disputant. Georgius Trapezuntius (*De una S. Eccl.* O. G. I, 542 seq.). « Cum Filius, inquit, verus Patris Filius sit, necesse est ipsum Filium remanentem omnia Patris possidere. Producit vero Pater Spiritum, producit igitur et Fillius, ut idem asserit : *Quæcunque habet Pater, mea sunt ; propterea dixi vobis : quia de meo accipiet... Accipiet* futuro tempore dixit, non quod acceplurus esset ; nihil enim *novum* aut *adjectum* [169] aut *temporarium* in Deo ; sed quæ nondum peracta erat super Apostolos, notat operationem, verum peragendam (66). Namque operationum manifestationes, cum sint quoad nos (πρὸς ἡμᾶς) temporariæ, in tempore quoque fiunt et comparent. Cum igitur similis Spiritus operatio Apostolis manifestanda erat, ideo accepturum Paracletum a se dicit. Ad hæc fieri non potest, cum homines simus, ut aliter intelligamus et loquamur vel concipiamus, nisi in tempore et secundum tempus : ideoque quæ hic temporum intervallis exprimuntur, in Divinis æternaliter intelliguntur. Quare quod nunc acceptarus a Filio Paracletus asseritur, accepit ab eo ab ipsa æternitate. Quæ vero ab ipsa æternitate Deo insunt et quæ ab æterno possidet, aut naturæ aut hypostasibus accommodantur ; accipere vero hypostasin ab hypostasi non adaptatur naturæ ; ergo hypostasi. Quod nil aliud est, quam habere τὸ εἶναι personam accipientem ab ea, a qua accipit. Quod vero ab aliquo accipit esse, ex eo etiam habet, quidquid possidet (67). » Hinc enascitur celebre

(64) Græci Patres, ut jam Gregorius Thaumat. in Confess. (Nysseni Opp. III, 546), Basil. l. v, c. Eunom., Naz. orat. 2, *de Filio*, Athan. ep. ad. Serap. aliique Spiritum dicunt εἰκόνα τοῦ Υἱοῦ, sicut Filium εἰκόνα τοῦ Πατρός. Id Schismatici de nuda consubstantialitate exponunt (cf. ipsum Photium *Amphil. quæst.* 235, ed. Mai. *Vett. Scr. nova Coll.* IX, p. 115). Verum certum est, id penes Patres plus aliquid dicere et idoneum esse ad Spiritus e Filio processionem confirmandam. Cf. Niceph. Blem. orat. 2, c. 7 (*G. O.* I, p. 47 seq.), Beccum (Epigr. III ; *G. O.* II, 547 seq.), Georg. Metoch. *c. Man. Cret.* (ib. 936 seq.) ; Hugon. Ether. (I. II, c. 7, p. 1221) ; Manuel. Calec. (l. II, p. 405, 406) ; Allat. *Enchir.* cap. η', p. λζ'. *Vind. Syn. Eph.* p. 466 seq.) ; sed una cum his Thomam (*Summæ*, p. 1, q. 35, a. 2 ; Opusc. I, *c. Græc.* c. 10, 32) ; ac Petavium (*de Trin.* VII, c. 7).

(65) Tertull. *C. Prax.* c. 20 : « Cæterum de meo sumit, inquit, *sicut ipse de* (illo quod est) *Patris.* » *Ambros. De Sp. S.* II, 12 (apud Ratramn. II, 4, p. 255) : « De Filio Spiritus sanctus accepit ; accepit autem per unitatem substantiæ, sicut accepit a Patre Filius. » *Joan.* xvi, 14. — Hilar. *de Trin.* VIII, 20 : « A Filio igitur accipit, qui et ab eo mittitur et a Patre procedit, et interrogo utrum id ipsum sit, a Filio accipere, quod a Patre procedere. Quod si nihil differre credetur inter accipere a Filio et procedere a Patre, certe id ipsum atque unum esse existimatur a Filio accipere, quod sit accipere a Patre. Ipse enim Dominus ait : *Quoniam de meo accipiet*, etc. Hoc quod accipiet, sive potestas est, sive virtus, sive doctrina est, Filius a se accipiendum dixit. » Cf. Leon. M. serm. 2, *de Pentec.* et August. apud Ratramnum, III, 2, p. 277.

(66) Λήψεται δὲ ἐπὶ μέλλοντος εἶπεν, οὐχ ὅτι ἔμελλεν λήψεσθαι· οὐδὲν γὰρ νέον ἢ ἐπείσακτον ἢ χρονικὸν ἐπὶ Θεοῦ· ἀλλὰ τὴν οὔπω γεγονυῖαν ἐπὶ τοῖς ἀποστόλοις ἐνέργειαν, μέλλουσαν δέ.

(67) Διὰ τοῦτο τὰ χρονικῶς λέγόμενα ταῦτα αἰωνίως νοεῖται ἐπὶ τῶν Θείων· καὶ ὅπερ ἄρα λήψεσθαι νῦν ἐκ τοῦ Υἱοῦ λέγεται ὁ Παράκλητος, αἰωνίως ἐξ αὐτοῦ λαμβάνει· τὰ δὲ αἰώνια προσόντα τῷ Θεῷ, πάντα δὲ αὐτῷ αἰωνίως ὅσα ἔχει, ἢ τῇ φύσει ἢ ταῖς ὑποστάσεσιν ἁρμόζει· τὸ δὲ λαμβάνειν ὑπόστασιν παρ' ὑποστάσεως οὐ τῇ φύσει ἁρμόζει, τῇ ὑποστάσει ἄρα. Τοῦτο δὲ οὐδὲν ἄλλο ἐστίν, εἰ μὴ τὸ ἔχειν τὸ εἶναι τὸ λαμβάνον πρόσωπον ἐξ οὗ λαμβάνει· τὸ δὲ'

illud *Joannis Theologi* argumentum (*Conc. Flor.* sess., XVIII, Hard. IX, 193 seq.) : « A quo Spiritus sanctus accipit esse in divinis, ab eo etiam procedit ; dicitur autem Spiritus sanctus accipere esse a Filio ; ergo et a Filio procedit (68). » « Quod autem [170] accipit, » ait Bessarion (ep. ad Alex. Lasc. c. 7, ib. 1067, 1068), « est ejus essentia ; nec enim est aliud ipse, aliud ejus essentia... cum summe simplex sit, essentiam suam et esse accipit ex Filio. » Hinc catholici theologi ex illo textu multiplicia desumunt argumenta.

9. Jam vero Photius præ cæteris in eo insistit, quod Christus non dixerit ἐξ ἐμοῦ, quod hoc perperam Latinorum inducat interpretatio, quod illud ἐκ τοῦ ἐμοῦ personam potius Patris innuat, adeo ut sensum habeat : ἐκ τοῦ ἐμοῦ Πατρός. (Cf. potissimum capp. 22, 29, 30). Sed I) falso supponit, Latinos astringi ad verba Christi mutanda in ἐξ ἐμοῦ, cum omnes vertant non *de me*, sed *de meo*, id est, de eo, quod habeo a Patre acceptum, de eo quod meum est. Imo fatentur Latini fere omnes immediate de scientia ac doctrina sermonem esse, nec repugnant Chrysostomo (hom. 78 in Joan.) interpretanti : Παρ' ἐμοῦ, τουτέστι παρὰ τῆς ἐμῆς γνώσεως (69). Sed inde jure suo colligunt processionem ex Filio. Observat Gregorius Cpl. in *Apol. contra Marcum Ephes.* (70) adductis Chrysostomi verbis : « Non est scientia Filii aliud, aliud Filius ipse. Si enim ipse esset aliud, et aliud præter ipsum scientia quæ in eo est, compositus foret et non simplex. » Præterea, ut ait Georgius Trapezuntius (l. c. p. 544), si quis affirmaverit accipere quidem Paracletum a Filio quæcunque Sanctis revelaturus erat, non vero ipsum esse, impia plane effutiet. « Habebit enim [171] aliquid acquisitum (ἐπίκτητόν τι) Paracletus et sic non erit verus Deus. Quæcunque enim Deus possidet, ab ipsa æternitate possidet. » Nil, aiunt Patres (71), Spiritus sanctus habet adventitium, nil postmodum acquisitum, sed ommia habet ab æterno. Unde Joannes Theologus, sess. XXI, conc. Flor. (Hard. l. c. 256, 257) : « Omne quod Spiritus sanctus accepit et accipit et accipiet, id æternaliter habet ; et quod Filius audit a Patre, idem est quod scientia ; scientia vero in divinis idem est quod esse (72). » Breviter Allatius (*Contra Hotting.* c. 18, p. 295) : « Ne Spiritus sanctus fiat creatura non accipiet scientiam, nisi accipiendo essentiam. » Hinc quando dicitur Spiritum nonnisi ea loqui, quæ audivit, sicut Filius nonnisi a Patre audita loquitur, eadem essentialis scientia intelligitur. « Idem, ait Petavius (*De Trin.* VII, 5, 4) ad textum Joan. XVI, 13, in Deo audire quod videre vel scire ; idem scire quod esse, ut et Augustinus tract. in Joan. XVIII, 19, pluribus disserit. » II) Ex arbitrio conficta et nullatenus admittenda est illa interpretatio : ἐκ τοῦ ἐμοῦ Πατρός. « Si esset hæc vera intelligentia, ait Manuel Calecas (lib. I, *C. Græc.* p. 397, ed. cit.), nequaquam sine additamento diceretur. Nunquam enim possessiva pronomina masculini vel feminini generis sine adjectione Græcæ linguæ proprietate proferuntur. Dicimus enim : Ὁ ἐμὸς πατὴρ καὶ ἡ ἐμὴ οἰκία [172] ἡ πόλις. Ita quippe Græcæ linguæ consuetudo proferre consuevit. Alias enim vitiosa esset pronuntiatio. Cum vero sine adjectione dicitur, *neutrum* esse et *rem* significare intelligitur, exempli causa : Εἴ τι καὶ τοὐμόν ἐστι παρά σοι, si quid meum est apud te, quod per se rem intelligi dat. Eodem pacto Bessarion (l. c.) : « Si cum dicitur *ex meo*, subintelligendum esset ex Patre, hoc *meo* esset pronomen generis masculini ; nullus autem vel in Græca vel in Latina lingua edoctus aut masculini aut feminini generis pronomen profert, nisi cum additione : *meus frater*, *meus amicus*, aut *mea civitas* vel *domus*, dicens. Meus etenim simpliciter absque additione non magis patrem quam hostem significat. » III) Nec illud verum proinde est, ἐκ τοῦ ἐμοῦ duas personas insinuare, quarum altera sit possidens, altera ipsa possessio (c. 22). Non sine acumine Hugo Etherianus (l. II, c. 19, p. 1234) hinc Photium refellit dicens : « Idem Salvator dicit : *Non possum ego a me ipso facere quidquam. . . quia non quæro voluntatem meam.* Et rursum : *Descendi de cælo, non ut faciam voluntatem meam ;* et item : *Mea doctrina non est mea.* At vero si secundum positionem Photii Patriarchæ *meum* pronomen ubique duas personas significat, voluntas Filii alia sit a Filio persona... Quare non est necessarium, *meum* pronomen ubique duas significare personas, cum et *figurate* de eadem persona dicatur, ut Persius (*Satyr.* V, 88) dicit :

Vindicta postquam meus *a prætore recessi*

et Euripides : « Ego autem *meus* sum. » Attendere

τὸ εἶναι λαμβάνον ἔκ τινος ἐξ ἐκείνου ἔχει καὶ πάνθ ὅσα ἔχει.

(68) Propositionem majorem : Ἀφ' οὗ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον λαμβάνει τὸ εἶναι, ἀπὸ τούτου καὶ ἐκπορεύεται, nec Marcus Ephesius penitus rejecit ; minorem vero ab ipso negatam luculentis Patrum testimoniis Joannes comprobavit.

(69) Cf. Perrone, *Prælect. theol.* Tract. *de SS. Trin.* cap. 5, prop. 1, ad obj. 1, 3, ubi etiam de Maldonati sententia agitur.

(70) Cod. Monac. 27 f. 132 a. Οὐκ ἔστιν ἡ γνῶσις τοῦ Υἱοῦ ἄλλη καὶ ἄλλος ὁ Υἱὸς... εἰ γὰρ αὐτὸς μὲν ἕτερόν τί ἐστιν, ἑτέρα δέ τις παρ' αὐτὸν ἡ ἐν αὐ ᾧ γνῶσις, σύνθετός ἐστι, καὶ οὐχ ἁπλοῦς.

(71) Basil. *De Spirit. sancto*, apud Niceph. Blem. et Beccum epigr. 13. (*G. O.* I, 15 ; II, 630) : Τὸ Πνεῦμα οὐδὲν ἔχον ἐστὶν ἐπίκτητον ἑαυτῷ, ἀλλ' ἀΐδιος πάντα ἔχει ὡς Πνεῦμα Θεοῦ καὶ ἐξ αὐτοῦ πεφηνός. Cf. Athan. (ib. epigr. 8, p. 583).

(72) Ἐπειδὴ πᾶν ὅπερ ἔλαβε καὶ λαμβάνει καὶ λήψεται, ἀϊδίως ἔχει, ἐπειδὴ ἡ ἀκρόασις τοῦ Υἱοῦ παρὰ τοῦ Πατρὸς ταὐτόν ἐστι καὶ γνῶσις, καὶ ἡ γνῶσις ἐπὶ τῶν θείων ταὐτόν ἐστι τῷ εἶναι. Cf. Bessar. l. c. « Idem est sapientia et ejus esse, et a quo accipit esse, ab eodem etiam accipit sapientiam, et cum spiratur, et accipit esse et subsistere, etiam accipit sapientiam. . . Si Spiritus accipit a Filio, ergo Filius *dat* ei ; sed ipsum *dare* in divinis personis significat idem quod *producere*. »

debuisset homo ille, quod *aliter apud Grammaticos* accipitur persona, et *aliter apud Theologos*. Etenim in Grammatica *quælibet res persona nuncupari potest*, sive per se subsistat, sive per aliud, sive substantia sit, sive accidens. Quare secundum hujusmodi disciplinam, cum Filius dicit : *mea* voluntas, *meum* judicium, *mea* doctrina . . . alia et alia intelligitur *ad similitudinem possessionum* persona (sc. grammatice). In theologia vero tacitis proprietatibus ab omnibus quæ secundum [173] substantiam dicuntur, tres tantum insinuantur (ed. imminuantur) personæ, quarum nulla expresse intelligi videtur, ubi Salvator dicit : *De meo accipiet et annuntiabit vobis.* » Præterea IV) adversatur illa expositio Christi ipsius explanationi, qua v. 15 ex eo probat τὸ ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται ante a se affirmatum, quia omnia quæ habet Pater sua sunt. Hæc ultima verba juxta omnes essentiæ unitatem in Patre et Folio probant ; hinc illud quod accipere dicitur Spiritus, manifeste patet esse ipsam divinitatem, non aliud quidquam. Deinde, ut Bessarion (l. c.) ait, ex Joan. XVI, 15, hoc construitur argumentum : « Spiritus accipit ex iis quæ Patris sunt ; sed omnia Patris sunt mea ; igitur Spiritus accipit ex meis vel ex meo. Et *cum ipse et sua unum et idem sint propter summam simplicitatem, accipiendo de suis, accipiet ex eo.* » Semel constituto, de ipsa divina essentia esse sermonem, non amplius negari potest, Spiritum hanc accipere a Filio. Si vero Spiritus a Filio accipit, Filius ei dat sive communicat essentiam ; *dare* vero in divinis idem est ac producere, ut idem Bessarion (ib.) Chrysostomi in Joan. v, 22 suffragio confirmat. Etiamsi igitur quoad verba non est idem : Spiritum accipere a Filio et procedere a Filio (Phot. c. 21), re tamen ipsa idem est, quia *accipere* in Spiritu et *dare* in Filio sunt correlativa et Spiritus ut Deus nil præter divinitatem accipere ab eo potest. Conjungit se Christus cum Patre, ad suam cum Patre communionem recurrit, ex quo cuncta habet ; nec separat sua ab iis quæ sunt Patris, imo eadem esse ostendit. Absurde rursum Photius (c. 23) quasi duo contraria exhibet : procedere a Patre et procedere a Filio ; prius posterius non excludit, sed includit ; nec posterior mystagogia priorem institutionem tollit, imo vero confirmat : Omnia quæ sunt Patris mea sunt. Recte Manuel Calecas (l. c.) « Si enim Spiritus a Filio accipit, Patris autem omnia et Filio communia sunt, manifestum et ex his insinuari Filium unum cum Patre Deum [174] esse, Spiritum autem verum Deum ex Patris et Filii essentia denuntiari. Porro dicere : *Omnia quæ habet Pater, mea sunt ; ideo* (διὰ τοῦτο) *dixi vobis : quia de meo accipiet*, etc. ; aut nihil significat aut non significat propositum tibi ; quippe suscepta ad structuram causa nihil de Filii dignitate excludit, nisi in quantum dictum est : *Omnia quæ habet Pater, mea sunt :* quod *etiam sine eo quod sequitur solum per se ipsum dici poterat.* » Sane inanis foret ea repetitio, inanis ea probatio, si tantum voluit dicere : De meo Patre sumet, non de me. Potius dicendum videtur, dum Christus se veluti medium terminum ponit inter Patrem et Spiritum, dum per suam cum Patre communionem quod asserit vindicat, dum quæ accipiet Spiritus sua prius vocat ac deinde ad Patrem refert, se ipsum proximum datorem eorum designasse. Accedit, quod universalis Christi propositio πάντα ὅσα κ. τ. λ. non permittit Spiritus προβολὴν a Filio removere (73). « Quod si accipiendo, ait Hugo Etherianus (l. c.), de iis quæ sunt Patris et habet Pater, accipit de Patre, et accipiendo de iis quæ sunt Filii et habet Filius, accipit de Filio. Manifestum est igitur quod non de solo Patre accipit Spiritus, ut Photius asserit. . . Si emissor Spiritus non in eo quod generat secundum naturam est Pater, Filius vero minime, quomodo verax erit Salvator asserens : *Ideo dixi vobis, quia de meo accipiet, quia omnia quæ habet Pater, mea sunt ?* Aut enim habebit secundum naturam, ut sit emissor, quod Patris non ut genitoris est, aut si non hoc, Patris quidem sunt, quæ exsistunt Filii, *quæ vero sunt Patris, non pertinent ad Filium.* Quare si omnia quæ sunt [175] Patris (non ut genitoris) habet Filius, emittere autem Spiritum Patris non ut genitoris est, hoc abesse non potest a Filio. » Hoc est illud, de quo supra (§ 2) egimus, argumentum : Quæ habet in divinis Pater excepta paternitate (et innascibilitate) communia sunt eidem cum Filio ; ergo vis spiratrix, quæ est a paternitate (et a ratione ingeniti) distincta, est Filio cum Patre communis. In divinis juxta Anselmum (*De inc.*, *c.* 3 ; *De proc. Spirit. sanct.* c. 2), omnia sunt unum, ubi non obviat relationis oppositio. Cf. Petav. *De Trin.* VII, 9, 11.

10. Demum V) adversatur Photii expositio ipsis Græcis Patribus, quorum doctrinæ se tenacissime inhæsurum semper protestatur. Id satis præter alios Manuel Calecas et Bessarion nec minus luculenter Beccus (l. III, ad Theodor. n. 10 ; *G. O.* II, 144, 145 et in *Epigraph.*) atque Allatius (*Enchirid.* c. κε'. p. ρξς' seq. et *Vindic. syn. Ephes.* p. 294) demonstrarunt. Unum alterumve horum Patrum audiamus. Athanas. ad Serap. ait : Ὁ μὲν Υἱὸς φησιν· ἃ ἤκουσα παρὰ τοῦ Πατρὸς, ταῦτα λαλῶ εἰς τὸν κόσμον· τὸ δὲ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Υἱοῦ λαμβάνει· ἐκ τοῦ ἐμοῦ γὰρ λήψεται κ. τ. λ. Item orat. 3, c. Adrian. (Calecæ est orat. 3) : Τὸ Πνεῦμα παρὰ τοῦ Λόγου λαμβάνει. . αὐτὸς γὰρ ὁ Υἱὸς τὸ Πνεῦμα δίδωσι καὶ ὅσα ἔχει τὸ Πνεῦμα ταῦτα παρὰ τοῦ Λόγος ἔχει. Hoc testimonio Nicephorus Blemmida, orat. 2, c. 6.

(73) Profecto verba : *Omnia quæ habet Pater*, etc. 1) universalia sunt ; ergo non possunt restringi et limitari nisi in iis, quæ natura rerum per se excludit ; 2) ad ipsam relationem ad Spiritum a Filio extenduntur ipso et ad id adhibentur, ut Spiritum secum intime conjungi et de eo, quod ipsius est, accipere ostendat.

G. O. I. 44, 45), Gregor. Cpl. ad imp. Trapezunt. c. 4 (ib. 424); Bessarion (l. c.) aliique plurimi utuntur (cf. Petav. *De Trin.* VII, 5,1 seqq.) Non minus luculenta argumenta suppeditat Epiphanius, dum in *Ancorato* (cf. Beccum *G. O.* II, 145, 580) scribit (74): « Quod si Christus ex Patre procedit, Deus [176] ex Deo, et Spiritus ex Christo, aut ab utroque, ut ait Christus : *qui a Patre procedit*, et : *Hic ex meo accipiet.* » (Cf. et hær. 74, n. 10 Opp. I, 898). Certe Epiphanius probaturus τὸ παρ' ἀμφοτέρων, quam vim tribuit verbis : qui a Patre procedit, ad ostendendam Spiritus ex Patre originem, eamdem verbis, de quibus agimus, inesse exsistimat ad manifestandam processionem ex Filio (75). Audiatur et Didymus (lib. II *De Spirit. sanct.* Opp. Hier. IV, I, 514, ed. Mart.) : « Rursum hic *accipere*, ut divinæ naturæ conveniat, intelligendum. Quomodo ergo *Filius dans* non privatur his quæ tribuit, neque cum damno suo impertit aliis : sic et Spiritus non *accipit*, quod ante non habuit. Si enim quod prius non habebat, accepit, translato in alium munere, vacuus largitor effectus est, cessans habere quod tribuit. Quomodo igitur supra de naturis incorporalibus disputantes intelleximus, sic et nunc Spiritum sanctum *a Filio accipere id quod suæ naturæ fuerat*, cognoscendum est; et non dantem et accipientem, sed unam significare substantiam : si quidem *et Filius eadem a Patre accipere dicitur, quibus ipse subsistit.* Neque enim quid aliud est Filius, exceptis his, quæ ei dantur a Patre ; *neque alia substantia est Spiritus sancti præter id quod datur ei a Filio.* » Addatur Cyrillus Alexandrinus, quem Constantinus Meliteniota (*De proc. Spirit. sancti*, orat. 1, c. 15 ; *G. O.* II, 571, 572) ; et Leo Allatius (*Vind. syn. Eph.* pag. 279, 295-297) locupletissimum testem adducunt multis in locis eumdem textum diverso omnino modo a Photii ratione explanantem. Ad verba illa : « *Non enim loquetur a semetipso* (*Joan.* XVI, 13) notat : « Non utique uti ego futura prædicaret, nisi prorsus in me exsisteret et per me progrederetur (76). » Exponens vero Joan. XVI, 14 tradit : « Cum vero [177] Filio consubstantialis sit et ut Deum decet *per ipsum prodeat*, omnem ejus in omnibus perfectissimam possidens operationem et virtutem, *propter hoc* dicit : *Quia de meo accipiet* (77). » Et ad v. 15 repetitis Christi verbis addit : « Spiritus videlicet, qui per ipsum et in ipso est (78). » Item in Joan. XV, 26 : « Ecce enim Spiritum veritatis *sui ipsius* nempe nuncupans, ex Patre illum procedere ait. Nam sicut *Filii Spiritus* est naturaliter in ipso manens et per ipsum prodiens, sic certe Patris quoque Spiritus est. Quibus autem *Spiritus communis* est, ii profecto secundum substantiam separari non possunt (79) (cf. Becci *Epigr.* V, *G. O.* II, 567). Quid clarius iis quæ Cyrillus item ad Joan. XVI, 13, disputat? (*G. O.* II, 570-572.) « Cum enim prædixisset Paracletum ad eos venturum, Spiritum veritatis eum nominavit, hoc est sui ipsius. Ipse enim est Veritas. Namque ut addiscerent discipuli, non alienam neque peregrinam a se missurum virtutem, sed seipsum alio quodam modo daturum polliceri, *veritatis Spiritum, id est, sui ipsius*, Paracletum vocat. Non enim alienus a substantia Filii sanctus Spiritus intelligitur, sed *ex ea naturaliter progreditur*, nil aliud ab ipso exsistens, quantum ad naturæ identitatem, licet in persona propria concipiatur (80). » Cum autem venerit, ait, [178] non loquetur a seipso quidquam ; pro eo ut dicat : Prudentes vos reddet, et veritatis mysterium revelabit ; non loquetur quidquam prorsus, quod mihi non consentiat, neque peregrinis vos disciplinis instruet. Neque proprias forte leges feret. Cum vero Spiritus et quasi *mens mea* sit, loquetur omnino quæ in me sunt. Et hæc Dominus ait, non ut ministri locum habere Spiritum sanctum secundum quorumdam imperitiam cogitemus, sed potius discipulos certiores reddere volens, secundum essentiæ rationem a seipso non esse diversum Spiritum sanctum, et hæc prorsus loqui et operari et velle. Propterea quæ præmi-

(74) Εἰ δὲ Χριστὸς ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται Θεὸς ἐκ Θεοῦ, καὶ τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Χριστοῦ, ἢ παρ' ἀμφοτέρων, ὡς φησιν ὁ Χριστός. Ὅ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται· καὶ· Οὗτος ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται.

(75) Cf. Georg. Metoch. *Contra Manuel. Cretens.* c. 7, *G. O.* II, 982.

(76) Οὐκ ἂν οὖν ἄρα καθάπερ ἐγὼ προσερεῖ τὰ ἐσόμενα, μὴ οὐχὶ πάντως ἐν ἐμοί τε ὑπάρχων καὶ δι' ἐμοῦ προϊών.

(77) Ἐπειδὴ δὲ ὁμοούσιόν τέ ἐστι τῷ Υἱῷ καὶ πρόεισι θεοπρεπῶς δι' αὐτοῦ, πᾶσαν αὐτοῦ τὴν ἐφ ἅπασι τελεωτάτην ἔχον ἐνέργειάν τε καὶ δύναμιν, διὰ τοῦτο φησὶν, Ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται. Cf. Becci Epigr. 5, *G. O.* II, 573.

(78) Διὰ τοῦτο εἶπον ὑμῖν, Ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ λαμβάνει καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν, τὸ Πνεῦμα δηλονότι τὸ δι' αὐτοῦ τε καὶ ἐν αὐτῷ.

(79) Οἷς δὲ τὸ Πνεῦμα κοινὸν, τούτοις εἴη δήπου πάντως ἂν καὶ τὰ τῆς οὐσίας οὐ διωρισμένα (al. διῃρημένα).

(80) Προειρηκὼς γὰρ ἥξειν ἐπ' αὐτοὺς τὸν Παράκλητον, τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας ὠνόμασεν αὐτὸν, *τουτέστιν ἑαυτοῦ· αὐτὸς* γὰρ ἐστιν ἡ ἀλήθεια· ἵνα γὰρ εἰδοῖεν οἱ μαθηταί, ὡς οὐκ ἀλλοτρίας καὶ ξένης αὐτοῖς δυναμεως ἐπιφοίτησιν, ἀλλ' ἑαυτὸν ἑτέρως ἐπιδώσειν ἐπαγγέλλεται, Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, τουτέστιν ἑαυτοῦ, τὸν Παράκλητον ἀποκαλεῖ· Οὐ γὰρ ἀλλότριον τῆς τοῦ Μονογενοῦς οὐσίας τὸ ἅγιον νοεῖται Πνεῦμα, πρόεισ' δὲ φυσικῶς ἐξ αὐτῆς, οὐδὲν ἕτερον παρ' αὐτὸν ὑπάρχον, ὅσον εἰς ταυτότητα φύσεως, εἰ καὶ νοοῖτο τυχὸν ἰδιοσυστάτως. Cyrilli Thes. L. Allatius (*Vind. syn. Eph.* p. 296 seq.) recitat : Ἐπειδὴ γὰρ ἔμελλε τὴν μετὰ σαρκὸς ἀποπληρῶσας οἰκονομίαν ἀναβαίνειν πρὸς τὸν Πατέρα, πέμψειν δὲ ὑπέσχετο τὸν Παράκλητον τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς, ἵνα μὴ τις ὑπολάβῃ τὰ μὴ κατὰ γνώμην αὐτοῦ διατάξειν ποτὲ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, δεικνύς τε σαφῶς, ὅτι τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ ὑπάρχον τὲ ἐξ αὐτοῦ πάλιν διακονήσει ῥήματα, οὐ λαλήσει, φησὶν, ἀφ' ἑαυτοῦ, ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται· ὅμοιον γὰρ ὡς εἰ καὶ τὸ μέλι περὶ τῆς ἐνούσης αὐτῷ φυσικῆς ποιότητος λέγοι, οὐκ ἐνθήσει τι ἀφ' ἑαυτῆς τοῖς ἀπογευομένοις· ἀλλ' ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται φυσικῶς, διαβαινούσης τῆς ἐκ τῶν οὐσιῶν, ἵν' οὕτως εἰπω, ποιότητος ἐπὶ τὰ ἐξ αὐτῶν ἀμερίστως προερχομένα· οἷον καθάπερ ἤδη προείπομεν, ἐκ μέλιτος ἡ γλυκύτης, ἐκ πυρὸς ἡ θερμότης, ἐξ ὕδατος ἡ ψυξις.

sit, quod « etiam ventura annuntiabit vobis. Ac si diceret : Signum hoc erit vobis, *ex mea substantia* esse Spiritum et mentem esse quasi meam, quod ille futura sicut ego prædicabit (81). Sic rursus [179] ad Joan. XVI, 14 observat, per hoc, quod Spiritus accipiat a Filio, nihil omnino ei detrahi, et omnia eum habere perfecte (82). Cæterum quæ Cyrillus habet, ea ad illustrandum contextum et scopum verborum Christi insigniter conferunt ; quæ autem disputat Photius, etsi magna ex parte vera sunt, tamen ipsius non prosunt intento. Christus consolatur discipulos, non alienum ac peregrinum se consolatorem missurum testatur, ostendit suam tum cum Patre tum cum Paracleto æqualitatem, sui et illius cum Patre ὁμοφυίαν ; verum non hoc *duntaxat* ejus verba sibi volunt. Multo efficacius ea probat, si simul ostendit, *a se*, quem noscebant amabantque adeo discipuli, Spiritum sua omnia habere, et si auctore Photio (c. 26, 27) cavere vult, ne illi majorem se ipso putarent Spiritum, multo validius id efficit, si a se eumdem esse confirmat, se velut ejus principium repræsentat, quem superius a Patre procedere dixerat. Imo, ut Photii verbis utamur, priorem mystagogiam revera evolvit uberius et cum hac explanatione conjungit ac copulat per illa verba : *Omnia quæ habet Pater, mea sunt.* Quorsum vero illa ratiocinatio, si nihil a Filio accipit Spiritus ? Sed qui singulas Photii assertiones prosequi vellet, ampliorem adhuc probationum materiam dubio procul inveniet. Nos ad alia properamus.

11. Non minus prolixa est disputatio (a cap. 48), qua [180] aliud Scripturarum testimonium Latinis eripere conatur Photius, videlicet *Galat.* IV, 6, ubi Spiritus sanctus vocatur *Spiritus Filii.* Quamvis verba *per se* non probent Spiritus a Filio processionem, tamen spectatis tum aliis tum traditionis christianæ præsidiis huic dicto aliisque similibus vim inesse ad eam ostendendam summo consensu theologi persuasum habuere semper ac variis modis argumenta exinde efformarunt. Photio coævus Ratramnus ita de hoc textu disserit (l. I, c. 4. p. 232) : « Non ait Paulus : Misit Deus Spiritum *suum.* Quod si diceret, non penitus excluderet Filium, quoniam Deus est etiam Filius, quemadmodum Pater est Deus, et uterque non duo Dei, sed unus est Deus ; quod enim persona separat, substantia conjungit. Volens autem auferre omnem quæstionem, personam Filii specialiter dixit misisse Deum Spiritum A Filii sui in corda nostra. Num alius est Spiritus Filii quam Spiritus Patris ? Quod si idem est Spiritus amborum, profecto procedit ab utroque ; non enim sic dicitur Spiritus Filii, tanquam sit minor Filio ; hoc qui sentit vel dicit non est catholicus. Qua de re non est, quare dicatur Spiritus Filii, nisi quia procedit a Filio, sicut dicitur Spiritus Patris, quia procedit a Patre. » Addit deinde Ratramnus alios textus, ubi Spiritus dicitur Spiritus Jesu, Spiritus Christi, ac potissimum *Rom.* VIII, 9, concludens, Spiritum Christi esse eumdem qui et dicitur Spiritus Dei (c. 6, p. 236) atque comparans *Rom.* VIII, 15 cum *Galat.* IV, 6 notat : « Videte, quod eumdem dicat Spiritum adoptionis filiorum, quem confitetur Spiritum Filii, quo nos doceat Apostolus, eumdem esse B Spiritum Patris, quem dicit Spiritum adoptionis, et eumdem esse Spiritum Filii, quem misit Deus in corda nostra ; et in eodem, qui tam Patris quam Filii monstratur Spiritus, clamamus : *Abba, Pater.* Quod nequaquam facere possemus, si non quemadmodum procedit a Patre Spiritus sanctus, sic etiam procedat et a Filio. » Hinc rursum exclamat (c. 7, p. 238) : « Si Spiritus non [181] procedit a Christo, quomodo Spiritus dicitur esse Christi ? Procedit igitur a Christo, quia non ex *subjectione*, nec *ex particulari sectione* dicitur ejus esse, sed quod ejus de substantia substantialiter procedit. » Neque aliter Georgius Trapezuntius ad Cretens. *De una S. Eccl.* c. 3, 4 (*G. O.* I, 541 seq.) : « Ex Patre et C Filio habet Spiritus, quod sit, secundum divinum Evangelium. Nec non et Paulus dicit : *Misit Deus Spiritum Filii sui.* Itaque si *Patris et Filii Spiritus est*, quod sæpe sæpius legitur, manifestum est eum ab utroque spirari vel procedere. » His concordant multi alii Theologi (cf. Walch op. cit. c. 10, § 3, p. 168, 169), qui ita ratiocinari solent : Qui in divinis dicitur esse alterius, ab illo procedit ; quia cum una persona sit alteri æqualis, non dicitur alterius esse ratione subjectionis aut servitutis, sed ratione originis ; proinde si Spiritus sanctus dicitur Spiritus Filii, jam a Filio procedit (cf. Demetr. Cydon. *De proc. Spirit. sanct.* c. 10). Præclare Manuel Calecas contra Græcos ita disputat : « Cum unum alterius dici vel hujus *proprium* in divinis, D rejecta materia et iis quæ materiam consequuntur, neque tanquam membrum, neque ut possessio, neque ratione alicujus excellentiæ vel alterius cujuspiam affinitatis dici queat, sed ratione solum principii et ejus quod est a principio, in quo uno

(81) Καὶ οἱονεὶ νοῦς ἐστιν ἐμὸς, λαλήσει δὲ πάντως τὰ ἐν ἐμοί· καὶ τοῦτο φησὶν ὁ Σωτὴρ, οὐχ ἵνα νοῶμεν ὑπουργικὸν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον κατὰ τὴν τινῶν ἀμαθίαν, πληροφορῆσαι δὲ μᾶλλον ἐθελήσας τοὺς μαθητὰς, ὡς οὐχ ἕτερον ὂν παρ' αὐτὸν τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ κατά γε τὸν ἐν ὁμοουσιότητι Λόγον, ταῦτα τὴ πάντως λαλήσει καὶ ἐνεργήσει καὶ βουλήσεται. Διὰ γὰρ τοι τοῦτο προστέθηκεν, ὅτι καὶ τὰ ἐρχόμενα ἀναγγελεῖ ὑμῖν· μονονουχὶ λέγων, σημεῖον τοῦτο ἔσται, ὅτι δὴ πάντως ἐκ τῆς ἐμῆς οὐσίας τὸ Πνεῦμά ἐστι, καὶ οἷον ἐμός ἐστι νοῦς, τὸ ἐρεῖν αὐτὸν τὰ ἐσόμενα καθάπερ ἐγώ. Sequuntur verba posita nota, 83.

(82) Beco. epigr. 5, l. c. p. 574 : Ἀκατηγόρητον οὖν ἄρα παντελῶς καὶ λοιδορίας ἁπάσης ἔξω κείσεται τὸ λαβεῖν λέγεσθαί τι παρὰ τοῦ Μονογενοῦς τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ· προϊὸν γὰρ δι' αὐτοῦ φυσικῶς ὡς ἴδιον αὐτοῦ μετὰ πάντων ὧν ἔχει τελείως, λαμβάνειν λέγεται τὰ αὐτοῦ. Cf. sequ. ap. Becoum p. 576. Cyrilli verba in Joan. xx, 22, una cum Anastasii textu in lib. Περὶ τῶν κατ' ἡμᾶς τῆς ἀληθείας δογμάτων adducit Gregorius Cpl. *Apol.* c. Marci Ephes. Confess: in cod. Monac. 27, f. 119.

alterum ab altero discerni comprehendimus, perspicuum est, cum dicimus Spiritum sanctum proprium esse Filii, id sola illa principii ratione intelligi posse (83). » [182] Egregie quoque disserit Bessarion (*Orat. dogm.* c. 6 ; Hard. IX, 340) : » Spiritus quoque *relativum nomen* est et ad spirantem refertur ; et cujus dicitur Spiritus, ab illo etiam spiratur. Quod enim personalia nomina Trinitatis *relativa* sint, nullus ignorat. *Personale* vero nomen Spiritus esse, quod Spiritus sanctus dicatur, nemo inficiatur quemadmodum Patris *Pater* et Filii *Filius*, et necessario relativum, quemadmodum et illa ; siquidem essentia non sunt, nec aliud est in divinis præter essentiam et relationes. Quemadmodum igitur, Filius cum sit nomen relativum, et referatur ad Patrem, veremur Filium Spiritus dicere, ne Spiritus pater ejus putaretur, ita et Spiritus, cum sit nomen relativum et necessario ad spirantem referatur, ab eo etiam spiratur, cujus dicitur Spiritus esse (84). » Denique Patres non solum latini (cf. v. gr. Aug. *De Trin.* IV, 20), verum etiam Græci Ἴδιον Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ ea ratione dicunt, ut inde Spiritus a Filio origo plane manifestetur, quod præ cæteris Petavius (*De Trin.* VII, c. 4, § 8 seq.) ostendit.

12. Sed omnem movet Photius lapidem, ut inanem atque absurdam talem Paulini effati intelligentiam ostendat. In primis eodem artificio, quod c. 20 seq. circa verba Christi *Joan,* XVI, 13, adhibuerat, conclusionem e *Galat.* IV, 6 deductam contrariam doctrinæ Christi effingit, adversariosque [183] Paulum cum Servatore committere et injuria utrumque afficere pronuntiat (c. 48). Deinde « Ubinam, inquit (c. 49), Paulus edixit Spiritum ex Filio procedere ? *Esse* quidem *Filii* (neque enim alienus ab ipso, quod absit) et ille dixit et Ecclesia Dei, simul confitetur intelligitque ; procedere autem ex Filio neque ex ejus labiis divinis rebus repletis prodiit unquam, neque piorum quispiam scripto protulit, imo ne auribus quidem hanc blasphemiam excipere toleraret (c. 49). » Inde exigit, ut nihil dicatur præter id quod dixit Apostolus, ut ejus verba retineantur nec tali expositione immutentur. Quo ista spectant : « Quare igitur non et tu hæc dicis, sed prave agis, omnia susdeque vertis et verbum præconis pervertis et, quod gravius est, hanc tuam perversionem atque blasphemiam in ipsam doctoris vocem immittis ? (C. 50). Dixit : *Spiritum Filii sui*. Recte omnino ac pro sapientia ipsi divinitus data. Tu vero quid vocem adulteras, et quæ quidem dixit, non dicis, quæ autem ne cogitavit quidem, quasi ab illo dicta prædicare non erubescis ? » (C. 51.) Sed hæc, uti cætera ejusmodi, vana sunt declamatio ; illud unum quæritur, quonam pacto ex Pauli verbis Latini suam doctrinam stabiliant ; atque planum est non deesse iis argumenta quibus suam conclusionem confirment. Hoc potius videndum est, quid Photio auctore Pauli phrasis τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ sibi velit. Is itaque potissimum ad nudam *consubstantialitatem* verba illa detorquet ; id illis indicatum censet, quod Spiritus non sit alienus a Filio (c. 49) quod ejusdem naturæ cum Filio, ejusdem essentiæ, ejusdem gloriæ, ejusdem honoris et dominationis exsistat (c. 51). « Qui igitur dicit *Spiritum Filii*, naturæ quidem sine ulla differentia edocet unitatem, principium vero processionis nullo modo simul indicat ; unitatem secundum essentiam novit, eum qui æqualis naturæ hypostasin producit nulla prorsus ratione simul prædicat neque principium insinuat » (Ibid.) Deinde docet (c. 53) consubstantialem [184] esse Spiritum Patri, quia ex ipso procedit ; consubstantialem Filio, « non quia ex ipso procedit (apage, cum neque ille huic propter generationem), sed quia ex una et indivisibili principio ab æterno æquali ordine utrique progressio est. »

13. Verum denominationem Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ ac similes in *biblico* et *patristico* sermone ad unam consubstantialitatem referendam esse inane prorsus et falsum est Nam I) *latius* patet dictio : hic est illius, quam propositio : hic est illi consubstantialis. Quod in primis qui peculiarem tractatum contra asserentes Spiritum τοῦ Υἱοῦ dici διὰ τὸ ὁμοούσιον ἢ διὰ τὸ χορηγεῖσθαι ὑπ' αὐτοῦ τοῖς ἀξίοις conscripsit, *Georgius Pachymeres* urget (*G. O.* I, 393) dicens : [« Quilibet fatebitur τόδε τοῦδέ τινος εἶναι universalius prædicari (ἐπιπλέον εἶναι) quam τὸ ὁμοούσιον. Domus etenim hæc Socratis et sedes Platonis ; sed non consubstantialis est, neque domus, neque sedes philosophis illis. » Revera nominativus Spiritus cum genitivo Filii nemini ingerit consubstantialitatis ideam. Verum II) nihil prodest si de iis solum agatur quæ *consubstantialia novimus*. « Quod si, » ita pergit præfatus auctor, « *in*

(83) Græcum Manuelis textum dat Leo Allatius *Vindic. syn. Eph.* p. 124 : Ἐπεὶ γὰρ ἐν τοῖς θείοις τόδε τοῦδε, τῆς ὕλης καὶ τῶν ἐν αὐτῇ παρεπομένων ἀπεληλαμένων οὔθ' ὡς μέλος, οὔθ'ὡς κτῆμα, οὐδὲ κατά τινα ὑπεροχὴν καί τοιαύτην ἄλλην οἰκειότητα λέγεται, κατὰ δὲ μόνον αἴτιον καὶ αἰτιατὸν, ἐν ᾧ μόνῳ τὸ ἕτερον τοῦ ἑτέρου διακρίνεσθαι καταλαμβάνομεν (hæc Greg. Nyss. asserit. Vide infra art. IV, § 7, nota 1. Φανερὸν, ὅτι καὶ τὸ λέγεσθαι ἴδιον εἶναι τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα κατὰ τοῦτον μόνον τὸν τῆς αἰτίας λόγον δύναται καταλαμβάνεσθαι.

(84) Καὶ τὸ Πνεῦμα ἀναφορικόν ἐστιν ὄνομα καὶ πρὸς τὸν πνέοντα ἀποδίδοται ἐξ ἀνάγκης, καὶ οὗ λέγεται πνεῦμα ἐξ ἐκείνου πάντως καὶ πνεῖται. Ὅτι γὰρ ἀναφορικὰ τὰ ὑποστατικὰ ὀνόματα τῆς Τριάδος, οὐδεὶς ἀντερεῖ· ὑποστατικὸν δὲ τὸ τοῦ Πνεύματος ὄνομα τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον λέγεται, ὥσπερ καὶ τοῦ Πατρὸς ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς τοῦ Υἱοῦ· καὶ ἀναφορικὸν ἐξ ἀνάγκης. ὥσπερ καὶ ταῦτα · εἴπερ οὐσία μὲν οὐκ ἔστιν, ἄλλο δὲ παρὰ τὰς ἀναφορὰς καὶ τὴν οὐσίαν ἐν τοῖς θείοις οὐκ ἔστιν. Ὥσπερ οὖν τὸν Υἱὸν διὰ τὸ ἀναφορικὸν ὄνομα εἶναι καὶ ἀποδίδοσθαι πρὸς Πατέρα, δεδίαμεν Υἱὸν τοῦ Πνεύματος λέγειν, ἵνα μὴ πατὴρ αὐτοῦ νομισθῇ, οὕτω καὶ τὸ Πνεῦμα, ἀναφορικὸν ὄνομα, ὄν, καὶ πάντως ἀποδιδόμενον πρὸς τὸν πνέοντα, ἐξ ἐκείνου καὶ πνεῖται, οὗ Πνεῦμα εἶναι λέγεται.

consubstantialibus etiam solis quæratur, minime inveniemus, in consubstantialibus omnibus sequi hoc hujusce esse, sed et in his etiam plurimis modis deficere comperitur. Consubstantialis quippe Petrus est Paulo et Petro Paulus ; sed neque Paulus Petri, neque Petrus Pauli. Ideo multo minus patebit τὸ ὁμοούσιον quam τὸ τόδε τοῦδέ τινος εἶναι καὶ λέγεσθαι. Tunc enim omnino minus diffunderetur consubstantiale, quam hoc alicujus esse et dici, si hoc quidem illi ex altera parte non responderet (οὐκ ἀντέτρεφε), responderet vero ac congrueret huic consubstantiale ; cum vero minus sit et non omne, quod est alicui consubstantiale, hujus dicatur, ampliori mensura consubstantiali inerit, minus esse, quam illi, quod hujusce est. » Similiter Hugo Etherianus (l. II, c. 20, p. 1225) : Cum omnes homines inter se sint consubstantiales, tamen « nullus homo [185] in eo quod homo (vel alteri consubstantialis) alterius esse dicitur. » Pergit III) Pachymeres (p. 394) : « Hoc concesso inquirendum est, utrum magis se extendat causa (αἴτιον) an effectus (αἰτιατόν). Sine dubio causa. Quare si quis quærat, cur *lumen radii* dicitur (φῶς ἀκτῖνος λέγεται), stultum foret respondere : quia consubstantiale est ; sed si quis quæsierit : Quomodo hæc consubstantialia sunt, tunc locum habet responsio, quia hoc hujusce dicitur, licet in pluribus consubstantialibus id causa non sit. Sic et in proposita quæstione quispiam audebit efferre. Si magis late patet esse et dici Spiritum Filii, ut jam ex dictis de consubstantialitate fateri debemus, si quis quæsierit : Quare consubstantialis Spiritus Filio est? commode respondebitur, quod Filii Spiritus dicitur Spiritus sanctus ; neque enim ascititius (ἐπίκτητον) est illi, ut nobis sunt ea quæ possidemus, sed æterno ac naturali modo promanans. Sicut si quis quæreret : Quare consubstantialis est Filius Patri ? dicimus, quia Patris Filius sit Filius ; et est præterea ex Patre secundum substantiam, sed non uti creaturæ. At vero respondere ad quæstionem, cur Filii dicatur Spiritus, quod illi consubstantialis est, insulsa est responsio et non juxta dialecticas leges. Minus enim patet consubstantiale eo quod est hujusce esse. Et quomodo quod minus sese extendit, illius quod magis, causam esse fatebimur? Causa etenim de pluribus vel paribus, si contra versatur, nunquam vero de paucioribus. » (P. 395.)

14. Alii vero Theologi et alias proferunt rationes, quibus commentum illud destruitur. « Qui asserunt, ait Georgius Trapezuntius (*G. O.* I, 541, c. 4), Filii Spiritum dici κατὰ τὸ ὁμοούσιον, deliranl. Cur enim non dicimus τὸν Πατέρα τοῦ Πνεύματος, cum ejusdem ac Spiritus naturæ sit ? An non apertum inde remanet, eum qui Patrem Spiritus dicit, Spiritum dicere Filium et blasphemare? Et pariter eum qui Filium Spiritus dicit, utpote Spiritum in Patrem [186] transformantem ? » Sane juxta illam expositionem cum tres personæ sint inter se consubstantiales, quælibet deberet dici alterius. Atqui abhorret ab hoc loquendi mos theologicus et Christianus ; et si qui paucissimi vel e schismaticis fuere, qui Spiritus sancti proprium dicerent Filium (cf. Const. Meliten. orat. c. 37 ; *G. O.* II, p. 746), plurimi tamen id omnino rejecerunt, inter quos Marcus Ephesius « Filius, inquit, Spiritus sancti neque est neque dicitur secundum Gregorium Nyssenum (85). » Hujus enim hæc sunt verba : Ὁ Υἱὸς τοῦ Πνεύματος οὔτε ἔστιν οὔτε λέγεται, οὐδὲ ἀντιστρέφει ἡ σχετικὴ αὕτη ἀκολουθία. Sed si hoc non convertitur, id consubstantialitatem non denotat ; si enim ad ὁμοούσιον foret referendum, jam e converso diceretur uti Spiritus Filii, sic Filius Spiritus. Præterea genitivus τοῦ Υἱοῦ vel indicat possessionem, proprietatem vel relationem quamdam ; generatim id dicitur alicujus, *quod ad eum quocunque modo pertinet*. Sed ex principiis theologicis Patrum relationes in divinis sunt relationes originis ; nomina trium personarum ipsa sunt relativa, denotatur itaque hic habitudo originis (86). Neque secus ratio reddi posset, cur non dicatur Filius proprius Spiritus sancti, Pater proprius Spiritus. Proprietatem non habet divina persona in aliam, nisi habitudine principii. Recolantur quæ (§ 11) ex Bessarione adduximus. Quibus ista consonant Georgii Trapezuntii (l. c. p. 541, 542) : « Quemadmodum Pater et Filius nomina sunt hypostatica modum exsistendi (τὸν τρόπον τοῦ εἶναι) harum [187] hypostaseon indicantia, pari ratione et Spiritus nomen hypostaticum est, exsistendi modum ipsius manifestans. Ex Patre ergo et Filio spiratur, cum amborum sit Spiritus. » (Cf. eumd. ad Joan. Cubocl. c. 10, p. 487.) Accedit, quod juxta Patres Græcos eodem Spiritus modo proprius est Filii, quo est proprius Patris. Sed juxta eosdem Patres proprius est Patris ut ex eo procedens ; juxta eosdem igitur est proprius Filii ut ab eo progrediens (87).

(85) Marc. Ephes. in Confess. ap. Gregor. Cpl. *Apol.* cod. Mon. 27 f. 117 a. : Ὁ δὲ Υἱὸς τοῦ Πνεύματος οὔτε ἔστιν οὔτε λέγεται κατὰ τὸν Νύσσης Γρηγόριον.

(86) Georg. Schol. ad cap. 12 Ephesii (cod. cit. f. 210 a.) exinde demonstrationem a Latinis peti docet, Μὴ δεῖν ἐπὶ τῶν θείων ἄλλην τινὰ σχέσιν πλὴν τῆς κατ' αἰτίαν νοεῖν, ὁπόταν ἕτερον ἑτέρου λέγηται εἶναι.

(87) Cyrill. Alex. in Joan. XVI. (ap. Const. Melit. *G. O.* II, 671) : Ὥσπερ γάρ ἐστιν ἴδιον Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ φυσικῶς ἐν αὐτῷ ὑπάρχον καὶ δι' αὐτοῦ προϊόν, οὕτω καὶ τοῦ Πατρός. Respons. ad Orient. (Allat. *Vind.* c. 26, p. 118) : Ἴδιον γὰρ τὸ Πνεῦμα ἐστὶ τὸ ἅγιον τοῦ Υἱοῦ καθάπερ ἀμέλει καὶ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός. Respons. ad Theodoret. Allat. l. c. p. 119, 120) : Ἦν γὰρ καὶ ἔστιν αὐτοῦ τὸ Πνεῦμα, καθαπερ ἀμέλει καὶ τοῦ Πατρὸς, κ. τ. λ., ubi adducit *Rom.* VIII, 8, 9. Deinde pergit : Ἐκπορεύεται μὲν γὰρ ὡς ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον κατὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος φωνὴν (Joan XV, 26), ἀλλ' οὐκ ἀλλότριόν ἐστι τοῦ Υἱοῦ· πάντα γὰρ ἔχει μετὰ τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦτο αὐτὸς ἐδίδαξεν (Joan. XVI, 15). Idem in Joan. I, 32 : Ὥσπερ γὰρ τοῦ Πατρὸς, οὕτω δὴ καὶ τοῦ Υἱοῦ ἐστὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Basil. ad Amphiloch. (Const. Melit. *G. O.* II, 665,

Ergo non diversimode dicitur Spiritus Patris et Spiritus Filii, sed eodem plane modo et utrumque ad originem refertur. Basilius *c. Eum.* II, n. 34 probat Spiritum ex Patre esse, ex eo, quod dicitur Spiritus Dei, sicut Spiritus Filii ; legitime ergo probabitur ex Filio esse, eo quod dicitur Spiritus Filii. Diserte Cyrillus statuit : quod proprium est Dei, id ex ejus essentia est ; proprium dicitur alicujus, quod ex ejus essentia est (88) ; [188] sed juxta eumdem (infra III, § 9) quod ex essentia Patris vel Filii est, id quoque ex eo est. Ratum omnino esse debet ex Patribus, æqualiter esse Spiritum tum Patris tum Filii. Hinc Hugo Etherianus (l. I, c. 1, p. 1200, 1201) : « Si ab uno solo duorum processionem Spiritus haberet, duorum non esset *æqualiter* commune et *indefferenter*, sed *præcipue* illius, ex quo proveniret ; at vero Spiritus est alterutrius (utriusque) *æqualiter* et *indifferenter*; non enim *minus Fili* et *magis Patris* est, quare non ab uno solo duorum procedit Spiritus. » Et rursum (l. I, c. 6, p. 1203) : « Æqualiter atque indifferenter ab utroque Spiritus *habetur* ; igitur æqualiter atque indifferenter ab utroque idem Spiritus *emittitur* (89). » Si Spiritus *proprius* Patri ob processionem, ob eamdem proprius erit Filio. Quare Ratramnus (l. II, c. 4, p. 254) : « Unde Patris est Spiritus, quia procedit a Patre ; hinc quoque Filii pariter est, quia procedit a Filio ; non enim duo, sed unus est Spiritus, nec enim alius dicitur esse Patris et alius Filii Spiritus, sed unus amborum ; procedit ergo ab utroque. » Et rursum alio modo premi Photius potest, dum statuit, proprium Spiritum Filii vel Patris ob consubstantialitatem dici, consubstantialitatem vero cum Spiritu rationem in A Patre et Filio esse diversam (90) ; tunc [189] enim non omnino eodem modo « æqualiter et indifferenter » Patris et Filii foret Spiritus, sed plane diverso modo, quod Patribus contradiceret. Denique alii theologi advertunt, etiamsi Photio concedatur, phrasim Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ ad consubstantialitatem esse referendam, tamen immota manere Latinorum argumenta (91), quod ex infra (art. IV, § 20 fin.) dicendis luculentius patebit.

15. Illud vero quod dictum fuit, non vice versa dici Υἱὸν τοῦ Πνεύματος, confirmari potest etiam ex theologo non ignobili, cujus fragmenta ipse nobis Photius servavit. Jobus enim monachus, *De incarnat.* lib. VII (in *Biblioth.* Photii, cod. 222, p. 318, 319, ed. 1601) de eo agens, quod Filius B apud Patres dicitur manus, dextera, etc. (92), notat, recte dici digitum manus esse, non vero manum digiti ; sic Spiritum dici Filii, non vero Filium Spiritus, sicque de hac re disserit, ut congruum omnino suppeditet pro Latinorum doctrina argumentum (93). Quod si quis opponat, et patrem [190] *esse Filii*, quemadmodum Photius c. 52 arguit dicens : « An igitur propterea et e converso Patri tribues generationem ? » responderi potest, nihil obstare, quominus *Pater Filii* dicatur, sed multum obstare, quominus *Filius* dicatur *Spiritus sancti;* non propterea Patrem generari dicendam, quia Filii esse dicitur, neque latinos ad id statuendum adigi. Sane Pater et Filius sunt relativa nomina et talia, quæ *per se originis relationem* declarant, qua C alter ex altero, ex Patre Filius, non ex Filio Pater ; *Pater filii* est et dicitur Pater, Filius vero *Patris Filius. Spiritus* quoque relativum nomen est (veluti spiratus), si in ecclesiastico loquendi usu et *perso-*

666) : Υἱοῦ Πνεῦμα ὀνομάσας αὐτὸ, καθάπερ Θεοῦ, καὶ νῦν Χριστοῦ προσειπὼν, καθάπερ καὶ Θεοῦ Πνεῦμα ὡς τοῦ ἀνθρώπου. Cf. Maxim. ap. Beccum epigr. 11, (*G. O.* II, 622, 623) ; atque Beccum in Camat. c. 23, epigr. 5, (*G. O.* II, 335, 563) ; Constant. Meliten. orat. 1, c. 35, 36 (id. II, 740 seq.) ; Georg. Trapez. (I, 486 seq.), Leon. Allat. *Vind. syn, Eph.* c. 33, p. 157 seq.

(88) Cyrill. serm. ad Nest. (*G. O.* II, 620) : ὥσπερ γὰρ ἴδιον ἀνθρώπου, καὶ μὴν καὶ ἑκάστου τῶν ἑτέρων ζώων, τὸ ἐξ αὐτοῦ κατὰ φύσιν γεγενημένον, οὕτως ἴδιον Θεοῦ τὸ ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ νοοῖτ' ἂν εἶναι καὶ λέγοιτο.

(89) Cf. eumdem l. I, c. 16, p. 1211 ; l. III, 11, 12, p. 1246 seq.

(90) Ad id Hugo Ether. l. II, c. 20, p. 1235 hæc respondet : « Neque hoc videtur esse verum, ut Spiritus ideo sit Filii, (s. Filio consubstantialis), quod ex una causa et indivisibili ante sæcula æqualiter utrique progressio. Inconvenientia enim sequuntur et hoc nuntiantem : nempe secundum quod sunt ex una causa, *uniuntur ambo.* Non enim *tot*, sed *hujusmodi* ostenduntur ex eo, quod secundum unionem non intercedat numerus. Impossibile est enim aliqua numerari in eo quod nihil differunt, cum secundum distantiam tantum numerum nanciscantur ; at vero secundum quod Spiritus est Filii, differens ab ipso et quasi *altera persona* ostenditur nihil quippe sui ipsius esse potest. Quare non ideo est Filii et ei consubstantiale, quod ex una causa et indivisibili ante sæcula æqualiter utrique *processio.* » *Cf. quæ* Hugo iterum, l. III, c. 4, p. 1241, de hac re disputat quæque non semper satis ad rem accedunt, ac Georgium Metoch. *G. O.* I, 975 seq., 931 seq.

(91) Bessar. ep. ad Alex. Lasc. (Cod. Mon. 27 f. 49 b.) : Εἰ οὖν διὰ τὸ ὁμοούσιον λέγεται Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ, σώζονται ἄλυτοι πᾶσαι αἱ τῶν Λατίνων ἀποδείξεις, αἷς αὐτοῦ λέγεσθαι τὸ Πνεῦμα Υἱοῦ ἐπιχειροῦντες καὶ ἐξ αὐτοῦ αὐτὸ ἐκπορεύεσθαι δεικνύουσιν. Hæc dicit occasione textus Greg. Nyss. de quo § 6, nota 10.

(92) Cf. Iren. v, 1, 6 ; Tert. *C. Prax.* c. 13 ; Euseb. *in psal.* LIX, 7 ; Cyrill. Glaph. *in Exod.* l. II, thes. 13 (ap. Becc. *G. O.* II, 639, 640).

(93) Χεὶρ μὲν καὶ βραχίων καὶ σοφία καὶ λόγος D τοῦ δὲ ἀνθρώπου λέγεται, ἀλλ' ὁ ἄνθρωπος τῆς δεξιᾶς ἢ τῆς σοφίας ἤ τῶν ὁμοίων οὐκ ἂν μὴ ῥηθείη· ὥσπερ οὐδὲ τοῦ κλάδου φαμὲν τὸ δένδρον, ἀλλὰ τὸν κλάδον τοῦ δένδρου· καὶ τὸ Πνεῦμα δὲ δάκτυλος ὀνομάζεται Θεοῦ· καὶ ἐπεὶ ὁ δάκτυλος τῆς χειρὸς εὐλόγως οὐ μόνον τοῦ Πατρὸς, ἀλλὰ καὶ τοῦ Υἱοῦ, ἥτις ἐστὶν ἡ πατρικὴ δεξιὰ, λέγεται· ἀλλ' οὐ τὸ ἀνάπαλιν ὁ Υἱὸς τοῦ Πνεύματος· οὐδὲ γὰρ ἡ χεὶρ ῥηθείη ἂν τοῦ δακτύλου. Et rursum, lib. VIII, (id. p. 328) ad quæstionem : Cur Spiritus sanctus non sit Filius. Τὸν μὲν Υἱὸν γεγεννῆσθαι διδασκόμεθα, ἐκπορεύεσθαι δὲ τὸ Πνεῦμα θεοπρεπῶς ἐμυήθημεν· διὰ τοῦτο γὰρ καὶ Πνεῦμα μὲν τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ τὸ ἅγιον Πνεῦμα εἴρηται, ἐπεὶ καὶ παρ' ἡμῖν ἑκατέρου τούτων Πνεῦμα λέγεται, Πατὴρ δὲ ἢ Υἱὸς τοῦ Πνεύματος οὐκέτι, οὐδὲ γὰρ παρ' ἡμῖν. Similia habet Photius, *Amph.* 189 ; Mai, *N. C.* I, p. 183, 184.

naliter (94) accipiatur ; attamen per se non ita relationem originis manifestat, sicut Patris et Filii nomina. « *Per se* enim Spiritus neque ad Patrem refertur, neque ad Filium » (Bessarion supra § 11 et Joan. Theologus infra art. seq. § 1) « sed ad spirantem » (ibid.). Ex hinc jam disparitas patet. [191] Dum dicitur Pater *Filii*, intelligitur Filii *Pater* ; nec potest Filius pro principio sumi, Pater pro principiato ; sed si dicitur *Filius sancti Spiritus*, verba indicant Filium a Spiritu originem habere, Spiritum esse Patrem, quod absurdum. *Pater Spiritus* dici nequit, quia tunc Spiritus foret Filius, *Filius Spiritus* dici non potest, quia tunc Spiritus foret Pater. *Aliud est esse alicujus simpliciter, aliud* esse *Patrem vel Filium alicujus ;* porro Pater non dicitur Filii esse proprius simpliciter, sed *Filii Pater* ; id subintelligitur, quod ejus sit *Pater*. Pari modo diceretur Spiritus spirantis esse et spirans Spiritus sancti *spirator* seu προβολεὺς Πνεύματος. Hæc vocabula sibi ad amussim respondent et ad idem pertinent genus, adeoque confusionem arcent. Recte rursum dicitur : Pater et Filius sunt προβολεῖς (προβολεὺς) Πνεύματος, sed non simpliciter : *Pater et Filius sunt Spiritus sancti.*

16. Neque vero, quod subdole ac perverse Latinis ascribit Photius (c. 59), ii unquam docuere ; *Quod alicujus esse dicitur, ex eo vel ab eo est.* Potest certe hoc illius dici vel ut possessio possidentis vel ut pars totius vel ut effectus causæ vel ut forma seu qualitas subjecti, etc., quocunque demum nomine genitivus casus cum nominativo subjecti conjungi potest, qua late patet genitivi usus. Latini non dicunt de quocunque, quod dicitur esse alicujus, id ab hoc exsistere ; sed id dicunt de personis, nec de personis quibuslibet, sed *de personis divinis*. Creaturæ quoque sunt Patris et Filii ; sed non propterea a creaturis procedunt Pater et Filius. Ex qualitate atque charactere subjecti determinatur, quomodo ad aliud pertineat id, quod ejus dicitur esse. Quicunque alterius dicitur, ad eum quodam modo pertinet ; vel ut servus vel ut necessarius, etc., relationem ad ipsum habet. Porro a divinis omnes ii respectus excludendi, qui divinas non dicent hypostases, ut servitus vel ministerium ; ea σχέσις [192] statuenda, quæ divinis concordat (95). Hæc porro est originis habitudo (§ 14), relatio inter principium et principiatum. Sicut calor solis dicitur calor a sole causatus, sicut fructus arboris fructus ab arbore productus, ita Spiritus Filii est Spiritus per Filium emissus, ut principiatum principii est. Vane ergo colliguntur exempla similium dictionum, ubi *de divinis personis* sermo non est. (Phot. c. 57 seq.) Dicitur Spiritus sapientiæ, spiritus intellectus, spiritus scientiæ, dilectionis, adoptionis filiorum, promissionis, fidei, et alia hujusmodi (96) ; sed sapientia, intellectus, scientia, etc., non sunt personæ divinæ ; verum dona et charismata, « quorum Spiritus sanctus fons ac largitor glorificatur, » ut ipse Photius (c. 58) bene novit ; hæc effectus, fructus, donationes, ac veluti possessio sunt Spiritus sancti ; in his genitivus longe aliam habet significationem . « Nequaquam, ait Hugo Etherianus (l. II, c. 20, p. 1236), *hoc modo* (ut Spiritus consillii, fortitudinis, timoris, etc.) *Filii* nuncupatur *Spiritus* ; Filii sane Spiritus, uti *Patris æque ac indifferenter* censetur. Intellectus vero, gratiarum et donorum dicitur Spiritus ut *dator et effectiva illorum causa.* » Sed multo uberius idem [193] auctor jam ante (c. 13, p. 1228) contra Theophylactum eamdem rem pertractaverat. Atque præ cæteris hoc urget : « Ad hoc.... scil. aliud esse, *ex aliquo*, et aliud *alicujus*, eadem in pluribus convenire inveniuntur. Nam pars quidem totius est et ex toto, et arboris fructus et ex arbore, et spuma maris et ex mari ; et sicut *impossibile est, fontis esse aquam et non ex fonte, sic impossibile est Spiritum esse Filii et non ex Filio*, aut Patris et non ex Patre, Filium Spiritumque ; *Pater vero non in eo quod sit alicujus ut ex aliquo, sed in eo, quod generat Filium, ejus dicitur.* » Secundum hanc doctrinam bene dici potest, quædam ita alicujus dici, ut etiam ex eo sint, quædam vero non ita ; quæ priori modo alicujus dicuntur, manifeste inde dignosci, quod alia ratio, cur hujus dicantur, locum omnino non habeat, vel nexus talis inter utrumque intercedat, qui id per se patefacere possit. Deinde ad illud Theophylacti : « Dicitur Spiritus esse Filii, secundum quod unitas est Filius et virtus et sapientia, sanctus vero Spiritus et unitatis et fortitudinis et sapientiæ Spiritus apud Isaiam describitur, » observat Hugo virtutem, sapientiam, unitatem tribus personis convenire et per se esse nomina essentialia ; si *essentialiter* su-

(94) Videlicet nomen *Spiritus* tum *essentiale* tum *personale* esse potest. Cf. Thom. *Sum.* 1, q. 36, a. 1 in corp. et ad 1. Jam Aug. *De Trinit.* V, 11 ; XV, 19 id præclare enarrat : « Quia Spiritus sanctus *communis est ambobus, id vocatur proprie quod ambo communiter.* » Cf. et Hugon. Ether. l. III, c. 3, p. 1240 seq. Pariter *Patris* nomen *essentialiter* quoque usurpatur, non tantum *personaliter* ; sed priori modo nonnisi ad extra, ad creaturas dicitur, ut *Matth.* VI, 26, 32 ; X, 29, et tunc tribus personis convenit. De hac acceptione hic non est sermon. Si Spiritus alicujus esse dicitur, ut recte notat Bessar. (ep. ad Alex. Lascar. c. 6), non absolute seu essentialiter sumitur, sed relative.

(95) Egregie Leo M. serm. 1, *de Pentec.* (Ball. serm. 75 ; *Patrol.* ed. Migne tom. LIV, p. 403), cap. 3 : « Cum in personarum proprietatibus alius sit Pater, alius sit Filius, alius Spiritus sanctus, non tamen alia Deitas, nec diversa natura est. Si quidem cum et de Patre sit Filius unigenitus, et *Spiritus sanctus Patris Filiique sit Spiritus, non sicut quæcunque creatura, quæ et Patris et Filii est, sed sicut cum utroque vivens et potens, et sempiterne ex eo quod est Pater Filiusque subsistens.* »

(96) Vidit acute Photius, cum Filius dicatur veritas, virtus, sapienta expressiones Πνεῦμα ἀληθείας, δυνάμεως, σοφίας eodem modo intelligi posse, quo Πνεῦμα Υἱοῦ ; ideo ponit alias dictiones, ut Sp. fidei, Sp. promissionis, Sp. revelationis, etc., in quibus adversarii Filii nomina invenire nequeant (c. 58). Sed eo ipso jam subjectum non est amplius idem illud, de quo Latini ita statuunt.

muntur, nihil sane hic explicatur ; si vero *personaliter* et prout Filio *appropriantur*, eadem Latinorum argumenta recurrunt. Præterea exempla varia ab adversariis allata sic repellit : « Deus dicitur (Deus) Abraham ut creator et Dominus Abraham, forsan vero et ut amicus illius ; intellectus autem et fortitudinis et similium ut *efficiens causa* dicitur. Sed Spiritus dicitur Filii et Patris, ut ex Deo ens et ipse Deus, non ut adventitium adveniendo extrinsecus (hoc enim quis asseverare audeat ?) sed ut plenitudo ejus, qui certe non aliter sano intellectu comprehendi potest, secundum quod tertius dicitur a Patre...., nisi ex Filio habere substantiam intelligatur et consideretur ; hic utique Spiritus juxta Domini vocem *Veritatis* est, quia dicitur Spiritus veritatis ; qui [194] profecto, in quantum *Veritatis* est, in tantum *Filii* exsistit, et ex ipso exsistentiam sortitur... Si (Spiritus sanctus ex Veritate non habet esse, adveniens et adventitia est ejus veritas ; cum ipse Veritatis prædicetur, et ejus dicatur esse. Igitur sicut est Veritatis, sic et esse et subsistere habet ea Veritate, et ex ipsa, Filio scilicet, procedit secundum personarum ordinem. »

17. Objicit sibi Photius (cap. 59) in adductis Bibliorum testimoniis (cap. 57), ut *Isa.* XI, 2 ; *II, Tim.* I, 7 ; *Galat.* VI, 1 ; *Exod.* XXXI, 2, 3, aliisque, non ipsum Spiritum sanctum intelligendum, sed dona et charismata ab eo promanantia quæque ipse largitur ; sed nihil hoc adversarios juvare contendit, quia secundum eorum legem ratiocinari ita debeamus : inde procedit Spiritus, cujus dicitur, sive persona Spiritus sive charisma intelligatur ; ergo non charisma producit sapientiam, filiationem, fidem, etc., sed sapientia, filiatio, fides, etc., producunt charismata. Imo cum juxta adversarios idem sit dicere Πνεῦμα ac dicere charisma, tot erunt ipsis Πνεύματα quot χαρίσματα et quodlibet horum pneumatum sive charismatum in duo dividetur, quorum unum producat, alterum producatur, unum donet, alterum donetur, fides fidem, intellectus intellectum et sic deinceps donet. Sed absurdæ plane ejusmodi sunt conclusiones. In primis docent Latini, πνεύματος vocem multipliciter usurpari ; significare interdum ἐνέργειαν, δύναμιν haud per se subsistentem, significare aera, ventum, flatum, etc. ; cum vero cum articulo ponatur, plerumque rem certam, singularem ac regulariter subsistentem notare ; in Bibliis, ut jam advertit Didymus, l. I *De Trin.*, Πνεῦμα communiter dici Spiritum sanctum ; posse vero et τὸ Πνεῦμα dona Spiritus sancti significare figura metonymiæ, qua pro effectibus persona effectrix ponitur, ut *Ephes.* IV, 23 ; *I Thess.* V, 19 ; *I Joan.* IV, 1 (II Kilber. Theol. Wirc. *Tract. De Deo uno et trino* disp. 6, c. 2 ; art. 1 fin. n. 343). Et recte in multis Bibliorum locis per Spiritum [195] intelligunt charismata, ut jam pluralis τὰ πνεύματα v. gr. *I Joan.* IV, 1, ostendit. Sed inde non sequuntur, quæ commiuiscitur Photius ; nam canonem illum a Photio Latinis ascriptum nemo admittit eorum (§ 16) et hinc ratiocinatio *illi unice, superstructa* cadit ; non est genitivus hic causam indicans, sed effectum denotat ; non sunt divinæ personæ sapientia, fides, revelatio, etc. Atque licet sensu vero et biblico πνεύματα dicantur charismata et tot possint haberi πνεύματα hac significatione sumpta, quot charismata : tamen hæc non dividuntur in duo, ut ex falso supposito arguit Photius (c. 59, 60). Sed his puerilibus ludis non est immorandum.

18. Sed alias quoque rationes in promptu habet Photius, quare Spiritus Filii dicatur. Quarum una licet in opere non fusius explicata, tamen in titulo expressa et sæpius insinuata (97) est : quod Spiritus *a Filio mittatur et suppeditetur dignis fidelibus.* Hanc rationem sedulo exornarunt Photii sequaces eamque catholici theologi accurate refutarunt. Etenim I) etiamsi ad missionem referatur quod Spiritus dicitur Filii, adhuc processio exinde deduci potest, cum missio temporalis æternæ processioni innitatur (§§ 3, 4). II) Spiritus a Patribus dicitur proprius Filii secundum naturam ; sic Basilius l. I, *c. Eunom.* explicat Πνεῦμα Χριστοῦ, ὡς κατὰ φύσιν ὢκειωμένον αὐτῷ (Gregor. Cpl. *Apolog. contra M. Ephes. Confess.* cod. Mon. 27 f. 117 b, hoc textu præter alios utitur) ; sed natura est æterna et si quid natura proprium alterius, ejus rei ratio nequit ex temporariis repeti ; est proinde Spiritus proprius Filii non aliquo alio respectu, sed prout est divina persona, et inde ex ipso est. III). Causa sic ratiocinatur Georgius Pachymeres, (l. c. *G. O.* I, 390 seq.), prius intelligi debet quam effectus ; et sempiternum in personis divinis prius quam effectus earum [196] qui sunt temporales. Spiritus sanctus ideo in tempore suppeditatur fidelibus a Filio, quia est et dicitur Spiritus Filii ; hoc est veluti causa, illud voluti effectus. Ergo quod Spiritus dicatur Filii, ex eo ratio non peti potest, quod donetur a Filio dignis. Eodem modo Bessarion (epist. ad Alex. Lasc. c. 7 ; Hard. IX, 1067) : « Quod si quis dicat : Ideo dicitur Spiritus Filii, quia ex eo mittitur, falsa est ratio ; e converso namque quia ejus est, mittitur ab eo ; priora enim sunt causa posteriorum (non vice versa). Prius autem est, quod Spiritus sit Spiritus Filii ; posterius vero, quod mittatur ab eo. » IV) Non minus opportuna sunt, quæ disputat Hugo Etherianus (l. II, c. 20, p. 1235) : « Non dicitur Spiritus Filii ut consubstantiale et qui mittitur per ipsum, ut Photii declarat descripto ; aut enim æternaliter est Filii perque ipsum æternaliter mittitur, aut prius Filii erat, quam per ipsum mitteretur. Quod si antequam mitteretur, Filii erat Spiritus, *non* quia per ipsum mittitur, ejus exsistit. Et rursus si per Filium Spiritus æternaliter mittitur, aut mittitur Filio cum Patre mittente ipsum, aut tanquam per instrumentum mittitur per Filium, veluti per arcum mittitur

(97) Vide art. præced. § 9.

sagitta ; sed hoc est impossibile, eo quod alia natura sit causæ, et alia instrumenti ; alienus foret Filius a Patre, ut instrumentum ab artifice. Quare mittit Filius et habet Spiritum omnino, quemadmodum et Pater, qui scilicet Spiritus neque in eo quod mittitur alicubi (l. alicui) consubstantialis est. Profecto quæ minime substantialiter insunt, substantialia esse non possunt. Quomodo enim a proprietatibus ad substantiales qualitates, scil. substantiales differentias rationem transferri possibile? Existimo non recte. Non enim est proprietas idem substantiali qualitati ; propterea non potest transigi consubstantiale in proprietatum communitatem. Ergo Filius Dei est Spiritus dator et ejus emissor ut suæ plenitudinis. Est enim ejus *plenitudo* Spiritus sancti sicut Joannes inquit : *Nos de plenitudine ejus omnes* [197] *accepimus* (*Joan.* I, 16), videlicet de Spiritu ejus. Quod si Spiritus in eo quod persona, Filio non communicat, plenitudo Filii non communicat Filio ; item si Spiritus non est ex Filio, quod est inconveniens ; cum ergo ex Filio, et ex ipso procedit. Hoc qui negant, asserere videntur non propria virtute per Spiritum fecisse miracula.» Præterea V) si Filius dat Spiritum, sane ipsum habet ; sed quidquid habet *ut Filius*, id non ex gratia habet, sed natura, id ab æterno habet. Hinc rursum Hugo Etherianus (l. II, c. 11, p. 1226) : « Non habet Filius Spiritum *secundum participationem*, qui per se vita, per se lux, et per se veritas exsistit ; nec ab alio modicum quid ipsius Spiritus accipit, ut ideo impotens sit emittere ipsum, cum Pater ad plenum hoc queat facere. Quod semper habuit, quomodo ab alio accepit ? *Quid* autem *Apostolis plus habet*, si *Patrem interpellando mittat Spiritum*, non habens per se neque ex se prodeuntem ? Quare mittit et emittit Filius Spiritum, sicut Pater... In prophetis, in apostolis et in Christo unus Spiritus sanctus loquebatur, sed tamen *aliter* ab illis et aliter a Christo idem Spiritus habebatur. Nam Christus *per se* Spiritum, illi vero *per Christum* habebant. » Et denuo (l. III, c. 12, p. 1248) : « Spiritus Filii est aut ratione *naturæ* aut ratione *gratiæ*. At Dei Verbum nihil ex gratia, quia Deus est, possidet ; quare nihil adjectum, nihil habet nuper adveniens, sed ut a principio constiterant exuberantiæ divinæ ratione consistunt naturæ, videlicet naturaliter. » Similiter Beccus in Camat. *Animadv.* c. 2 (*G. O.* II, 294) : « Si a Patre uti ex eo exsistens datur Spiritus, per Filium vero non uti ex eo exsistens, quis demum non existimaverit uti a servo et administro (διακονικῶς καὶ ὑπηρετικῶς) per Filium Spiritum dari ? »

19. Usitatissimum Græcis heterodoxis effugium hoc loco commemorandum est, quo statuunt sæpenumero Patres largitionem donorum et missionem temporalem intellexisse, [198] non vero æternam processionem (98), dum Spiritum per Filium effundi, prodire, manifestari ac suppeditari dicunt. Evertunt hanc exceptionem quæ præmisimus, evertunt ipsa Patrum verba, quibus dicunt Spiritum effundi a Filio *sicut a Patre* et ita ut *connaturalis Spiritus ei* sit, quod de donis per se dici nequit, effundi Spiritum a Filio ex *propria naturo atque substantia* (99), aliaque hujusmodi sexcenta. Neque solum dona ac charismata fidelibus dantur, sed ipse Spiritus sanctus qui in eis inhabitat (Petav. *De Trin.* VIII, 4 seq.), quod frustra a Græcis plane negatur. Late [199] de his disputant Hugo Ether. (l. III, c. 18, p. 1254 seq. Cf. II, 13, 14, p. 1228 seq.) ; Beccus (*Orat. de un. Eccl.* c. 16-19 ad Theod. l. I. c. 2 in Camat. *Animadv.* et epigr. 8, *G. O.* I, 104 seq. II, 89 seq. 320-323, 586 seq.) ; Constantin. Meliten. (orat. 1, c. 20 ; ib. 2, 682 seq.) ; Georgius Trapezuntius (*De proc. Spiritus sancti* ad Joan. Cub. *G. O.* I, 479 seq. 481 seq.) ; Bessarion (*Or. dogm.* c. 8. epist. ad Alex. Lasc. 7, Hard. IX, 361, 1063) ; Bellarm. *De Chr.* II, 22) ; Leo Allatius (*Vind. syn. Eph.* c. 47, p. 229 seq. c. 51, p. 286 ; c. 55, p. 354-357). Unum Hugonem Etherianum adducamus, qui (l. c.) scribit : « Licet apostoli et prophetæ in tempore a Christo Spiritum acceperint, Dei tamen Filius non in tempore Spiritum habere cœpit, neque idem Spiritus a Filio exire initium sumpsit per tempus aliquod (1). Sane a diebus æternitatis, sicut Filius

(98) Id urget potissimum Theophanes Procopowicz, op. cit. cap. 1, p. 3, 14, 15, abutens vel inscii et imprudentis vel etiam malevoli in hac materia Anastasii Bibliothecarii verbis, qui in ep. ad Joh. Diac. (Galland. *Bibl. PP.* XIII, p. 31) ista scripserat : « Præterea interpretati sumus ex epistola ejusdem sancti Maximi ad Marinum scripta presb. circumstantiam de Spiritus sancti processione, ubi frustra causari contra nos innuit Græcos, cum nos non *causam vel principium* Filium dicamus Spiritus sancti, ut autumant, sed unitatem substantiæ Patris ac Filii non nescientes, sicut procedit ex Patre, ita eum procedere ex Filio, *missionem nimirum processionem intelligentes*, pie interpretans, utriusque linguæ gnaros ad pacem enutriens, dum scil. et nos et Græcos edocet *secundum quiddam procedere* et *secundum quiddam non procedere* Spiritum ex Filio ; difficultatem exprimendi de alterius in alterius linguæ proprietatem significans. « Quam sententiam merito ut insulsam castigat Petavius, *De Trin.* l. VII, c. 17, n. 12, in fine.

(99) V. Gr. Cyrill. ad Theod. (Allat. *Vind.* 333) Ὢ ἐκ Θεοῦ Πατρὸς Λόγος· καὶ ἐξ ἰδίας ἡμῖν ἀναπηγάζει φύσεως. Idem in verba : *Vidi descendentem Spiritum* (Becc. epigr. 4, 561, 562) : Οὐ γὰρ δήπου πρὸς τοσαύτην ἀλογίαν καταδησόμεθα καὶ ἡμεῖς, ὡς οἴεσθαι μεθεκτὸν ἐν τῷ κατὰ φύσιν Υἱῷ τὸ Πνεῦμα ὑπάρχειν, καὶ οὐχὶ μᾶλλον οὐσιωδῶς ἐμπεφυκὸς, ὥσπερ ἀμέλει καὶ αὐτῷ τῷ Πατρί· ὥσπερ γὰρ τοῦ Πατρὸς, οὕτω δὴ καὶ τοῦ Υἱοῦ ἐστὶν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον... τίνα οὖν τρόπον ἀπομεριοῦμεν τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ, τὸ οὕτως ἐμπεφυκὸς καὶ οὐσιωδῶς ἡνωμένον, δι' αὐτοῦ τε προσκύπτον, καὶ ὑπάρχον ἐν αὐτῷ φυσικῶς, ὡς μηδὲν ἕτερον εἶναι νομίζεσθαι παρ' αὐτόν ; ... Ἀπαράλλακτος ἡ τοῦ Χριστοῦ ὁμοιότης πρὸς τὸ ἴδιον αὐτοῦ καὶ παρ' αὐτοῦ κατὰ φύσιν προχεόμενον Πνεῦμα.

(1) Idem l. II, c. 15, 16, p. 1229, 1230 ex Biblils et Patribus inculcaverat, Christum non accidentaliter, non ex adjectione vel extrinsecus, sed ex se ipso ut Dei Filium Spiritus plenitudinem habuisse, quam in rem et Cyrilli Alexandrini anathematismo

a Patre generatur, ita Spiritus sanctus ab utroque exit, ab utroque mittitur æternaliter, et ab utroque, ut ostensum est, *univoce* procedit. Nam apud tres nihil præterit, nihil futurum est; apud tres personas non est transmutatio nec vicissitudinis obumbratio... *Quantum ad ipsos* (Patrem et Filium) spectat, ante omnia sæcula mittunt et donant (Spiritum sanctum). Exsistentibus autem dono missioneve dignis incipere dicuntur mittere vel donare; *nequaquam secundum se*, (sed) *quantum ad suscipientes*. Igitur si mittere æternum, et missio; versaque vice : si missio æterna, et mittere. Atqui missio æterna est. Non enim ut in lithotomon sic) ratio turris fabricandæ fabricationem præcedit et ab ea dividitur, ita in Filio et Patre [200] ratio missionis Spiritus missionem prævenit et ab ipsa separatur. Nam si ratio missionis Spiritus sancti ab æterno in Filio est, et missio ipsius Spiritus cœpit esse in Filio ab aliquo tempore, prius et posterius, adjectum et separabile habet Filius et accidentium non effugit multiplicitatem. Nonne sol cum illuminat domum, aliqua hodie incipit irradiare; pretiosi similiter splendent jugiter lapides, stellæ quoque; attamen illarum in tenebris, harum vero in luce minime splendor rutilat, *non ex interceptione splendoris, sed ex aspicientium imbecillitate?* Amplius : missio Spiritus sancti et cognitio missionis simul sunt in Patre et Filio; neutrum enim horum duorum tempus præjudicat; at vero *cognitio* æterna est; ergo et missio Spiritus sancti ab utroque æterna est et uterque æqualiter et æternaliter causa missionis Spiritus... Si utique (Pater) causa est, et Filius est aliqua causa Spiritus sancti; si neuter est causa, missio Spiritus sancti nec causam habet nec principium, quod est solius Patris privilegium in Trinitate. Quare forsitan non sit inconveniens, si processio Spiritus sancti æternaliter de Patre ac Filio manans penes suscipientes creaturas *missio*, usitatius *donatio* et si quid aliud hujusmodi nuncupetur, sublimioribus quidem semper divino, inferioribus vero semper creato referendis. Nam idem Evangelium in Christo *doctrina*, in apostolis vero nobisque omnibus *disciplina* censetur. Lux quoque solis perennis est; quandiu nobis oritur, diem vocamus, breve attribuentes ei temporis spatium. » Quibus exemplis aliud copulat duce Hieronymo ex incarnatione desumptum, quæ velut jam ab initio sæculi facta perhibetur, ac deinde (p. 1255 C.) pergit : « Quod si unitas mysterii Dominicæ incarnationis in Filio principium temporis non habuit, multo minus credibile est missionis Spiritus sancti a Patre ac Filio in alterutro eorum incepisse sub tempore. » Præterea idem auctor contra Theophylactum aliosque, qui arguebant Spiritum non ter vel sæpius datum discipulis, [201] neque verbis *Joan.* xx, 22, neque ante Christi e mundo discessum, sed priores ante Pentecostem donationes ad Spiritus dona esse referenda, ac *Joan.* xx, 22 ad donum duntaxat dimittendi peccata (2), inter alia docet (l. II, 13, p. 1228) ex Gregorio Nazianzeno et Gregorio I. Romano, Christum non dedisse solum donum quoddam, sed *ipsum Spiritum sanctum*. Quod denuo (c. 15, p. 1229) aliis argumentis confirmare studet, Chrysostomi, quæ contraria esse verba videbantur, explanans et in verbis ipsis : *Accipite Spiritum sanctum* insistens. Si quis vero dicat nonnisi donum remittendi peccata datum fuisse, « attendat, ait Hugo, si hujusmodi virtus *separabilis* sit. Sed patet, quod non sit separabilis, cum nihil secundum accidens divinis insit hypostasibus; ergo dum *dat Spiritum*, largitur *totum*, *non partem*. » Deinde docet Christum in die resurrectionis dedisse *totum Spiritum*, sed *non secundum omnem operationis speciem*, in die vero Pentecostes dedisse *secundum omnem in ipsis operationis speciem;* distinctiones fieri ad personarum discretionem et propter operationum in ipsis apostolis efficaciam (3). « Ad hoc — [202] ita prosequitur — insufflasse Christus ut emissor in eo *quod Deus* in faciem discipulorum creditur, tum ut per hoc intelligeremus Spiritum vere de illo procedere, ut de profundo corporis ejus ille flatus evaporabat sensibiliter (4), tum quod ad habendum et quasi possidendum Spiritum eis daret, quod in die Pentecostes

nono utitur adnectens Theodoreti oppositionem ac Cyrilli responsum una cum testimonio ex ejus ad Nestorium epistolis.

(2) Theophylact: apudi Hugon. II, 13, p. 1228; apud Beccum *Gr. orth.* I, p. 220, 221; Nicol. Methon. *Syllog.* in cod. Mon. 66 f. 81 b. cap. 35 : Εἰ ὁ αὐτὸς Παράκλητος ἐδόθη τότε διὰ τῆς ἐμφυσήσεως, ἀλλὰ μὴ τὸ χάρισμα τῆς ἀφέσεως τῶν ἁμαρτιῶν, ὡς αὐτίκα δεδήλωκεν ἐπειπὼν ὁ Σωτήρ Ἄν τινων ἀφῆτε τὰς ἁμαρτίας, ἀφίενται (Joan. xx, 23)· οἶδε γὰρ ὁ λόγος καὶ τὰ χαρίσματα καλεῖν πνεύματα· τίνος ἡ κατὰ τὴν γῆν παρουσία; ἢ γὰρ τοῦ αὐτοῦ καὶ περιττὴ, ἢ ἑτέρου, καὶ ποῖον τοῦτο;

(3) Præclare Greg. Nazian. orat. 37, p. 608, tres veluti gradus communicationis Spiritus distinguit: primum (τὸ πνεῦμα) ἐν ἀρχῇ τοῦ εὐαγγελίου δυνάμεις ἐπιτελοῦν, deinde ἐκφυσώμενον (*Joan.* xx, 22), postea ἐν γλώσσαις πυρίναις φαινόμενον. Insigni verborum majestate Leo M. Sermone 2 de Pentec. c. 3, 4, (Baller. 76, p. 405 seq. ed. MIGNE): « Non ambigamus, quod cum in die Pentecostes discipulos Domini Spiritus sanctus implevit, *non* fuit *inchoatio muneris*, *sed adjectio largitatis;* quoniam et patriarchæ et prophetæ et sacerdotes omnesque sancti, qui prioribus fuere temporibus, ejusdem sunt Spiritus sanctificatione vegetati, et sine hac gratia nulla unquam instituta sacramenta, nulla sunt celebrata mysteria, ut *eadem* semper fuerit *virtus charismatum*, quamvis *non eadem* fuerit *mensura donorum*. Ipsi quoque beati Apostoli *ante passionem Domini* sancto Spiritu *non carebant*, nec potentia hujus virtutis aberat ab operibus Salvatoris. . . . . Sed illi perfectioni, quæ erat discipulis conferenda, major gratia et abundantior inspiratio servabatur, per quam et quæ nondum acceperant, sumerent et excellentius possent habere quæ sumpserant. » Cf. et Beccum, *Or. de una Eccl.* c. 68 (*G. O*, II, 220, 221), Ἐξ ὅτου γὰρ τῷ πρωτοπλάστῳ εἰς ψυχὴν ζῶσαν παρὰ τοῦ Δημιουργοῦντος ἐνεφυσήθη, διαφόραις ἐπιδημίαις ἐσύστερον τοῖς ἀξίοις καταπεφοίτηκε (τὸ Πν.)· ἀλλ' ὅμως· εἰ καὶ πολλοῖς καὶ πολλάκις κατεπεφοίτηκεν, οὐδεμία τῶν αὐτῶν παρουσιων περιττή.

(4) Vide § 5, notam 2.

ad robur et operationem ostensionemque signorum e cœlis discipulis eisdem misisse fertur. Quod ex hoc liquido apparet : præsente Christo raro signa faciebant ejus discipuli : quo in cœlum abeunte ac mittente Spiritum per manus apostolorum signa fiebant (*Act.* II, 43) ; unde in specie ignis missus dicitur, ut eos qui adhuc quasi limus erant, molles exsistentes corroboraret atque confirmaret . . . Ex his igitur manifestum esse potest, quod non sit vecordiæ neque imprudentiæ, si quis dicat Christum discipulis tunc Spiritum dedisse, quando post resurrectionem eis dixit : *Accipite Spiritum sanctum*, cum scientissimi Græcorum iidemque sanctissimi hoc comprobaverint, ut ostensum est ; porro nostri temporis homines errorem hoc reputant et insaniam, pro eo solum, quod Spiritus processionem ex Filio abolere conantur.

20. Eamdem materiam rursus versat Photius, c. 90-94, ubi imprimis (c. 90) varias ex Scripturis formulas colligit, quibus [203] Spiritus sanctus dicitur Spiritus Dei, Spiritus Domini (5), Spiritus, qui ex Deo est, Spiritus Patris, Spiritus suscitantis Jesum Christum, Spiritus Christi, Spiritus Filii, etc. (6). Porro pergit : Nihil horum declarat per se et vi [204] verborum processionem Spiritus sancti, quemadmodum dictio expressa : *Spiritus a Patre procedens*. Hinc omnino differunt ab ista illæ formulæ. Si autem quoad sensum ejusmodi dictionibus processio indicari dicatur, nil hoc adversarios juvat (c. 91). Etenim cum sexcenties fere dicatur Spiritus ex Patre procedere, possent sane formulæ : Spiritus Dei, Spiritus Patris ad processionem quodammodo referri tanquam ad primam et præcipuam dictionis rationem, per se ad consubstantialitatem referuntur ; sed consubstantialitas Spiritus sancti cum Patre in processione fundatur [consubstantialis Spiritus Patri, quia ex ipso procedit, non vero quia consubstantialis, ideo procedens (7)], proinde ad processionem referri possunt ut ad principalissimam causam. Sed nec semel dicitur Spiritus sanctus ex Filio procedere, neque in Bibliis, neque apud Patres ; proinde ingens est disparitas ; nullum nobis jus suppetit processionis ex Filio astruendæ, neque id ex verbis κατὰ ῥητὸν id non dicentibus elici potest. Verum aliæ adsunt rationes ob quas dicatur Spiritus Filii vel Christi, eæque variæ : I) quia consubstantialis est Filio, II) quia ungit Christum, III), quia manet super ipsum et in ipso. En duas novas rationes addit, quæ non ad ipsam divinitatem, sed ad humanitatem Christi spectant, quarumque posteriorem jam cap. 85 occasione Græcæ versionis *Dialogorum* Gregorii Magni, cujus verba allegaverat, uberius illustravit. Hinc contendit (c. 93. 94), aliud esse Spiritum *Filii* dicere, aliud Spiritum *Christi* ; Christi Spiritus dicitur utpote inungens Christum, sed ungebatur Christus, ut homo, [205] non ut Deus. Quare qui arguit : Spiritus dicitur Christi, ergo ex Christo procedit, is ex humanitate Christi procedere Spiritum, is humanitatem divinitati consubstantialem esse horrendo errore asserit. Cum vero tot rationes queant assignari, ob quas Spiritus dicitur Filii vel Christi, jam eliditur argumentum Latinorum, quo dictionem hujusmodi nonnisi ad processionem referri posse statuunt. Imo vero cum *per se et immediate* neque voces Πνεῦμα Θεοῦ, Πν. Πατρὸς processionem dicant, id multo minus de illis Πνεῦμα Υἱοῦ. Πν. Χριστοῦ cogitari debet, ubi nullum adest fundamentum ejusmodi, ubi præmissa nulla habetur ea certitudine fulgens, qua divinitus revelata gaudet propositio : Spiritus ex Patre procedit, ubi consubstantialitas non æque in processione funda-

(5) Cum Κυρίου nomen appropriari soleat Filio (Greg. Naz. orat. 23, p. 420, 29. p. 490, unde κυριολογία apud Theologos) Spiritus Domini communiter Theologis est Spiritus Filii. Quare Hugo Ether. l. II, c. 20, p. 1236 : « Is idem sicut Dei dicitur Spiritus, ita et *Domini Spiritus* nominatur, sed non convertitur. Etenim licet Deus Pater *Spiritus* juxta Domini vocem censeatur, *Spiritus est Deus*. *Spiritus* quoque et Filius Dei secundum illud : *Spiritus ante faciem vestram Christus Dominus* (dicuntur enim, ut dictum est § 15, n. 3, Pater et Filius *spiritus* essentialiter nomine accepto) : neque tamen Pater neque Filius *Dei Spiritus* dicitur ; sicut igitur *commune* est Patri et Filio, *non esse spiritum alicujus*, sic *proprium* est Spiritus, *esse amborum Spiritum*. »

(6) Multæ aliæ addi possunt hujus generis expressiones, ut Spiritus Jesu (*Act.* XVI, 17) Spiritus veritatis (*Joan.* XV, 26) Spiritus oris Domini Jesu (*II Thess.* II, 8). Hanc posteriorem dictionem ita illustrat Hugo Etherianus l. c. : « Sicut inter illos, qui ex Deo nati sunt, solum Dei Verbum de utero ejus genitum esse pronuntiatur : ita inter spiritus Dei solus Spiritus sanctus *de ore Filii* prodire creditur. *Verbo* enim *Domini cœli firmati sunt et spiritu oris ejus* (Verbi scilicet juxta Apostolum) *omnis virtus eorum* (*Psal.* XXXII, 6). Isto Spiritu ille iniquus Antichristus disperdetur, quia « *Dominus Jesus interficiet eum spiritu oris sui et destruet illustratione adventus sui* (*II Tess.* II. 8), ut Paulus dicit, quod de anima Christi nullus intelligere præsumat. Nam illa in eo quod anima est, neque interficit neque destruit aliquid. Reliquum igitur est, ut sancto Spiritui solummodo attribuatur hoc. Qua ex re manifestum est, quod sicut Filius de Patre per nativitatem exsistit, ita Spiritus ex Patre et Filio per processionem. Quod iterum et sic monstrari potest. Spiritus oris Christi ex Christo procedit, cujus rei signum est insufflatio in faciem discipulorum facta ; scil. Spiritus oris Christi Spiritus sanctus est ; unum enim habet Spiritum consubstantialiter, ut Dei Filius, non plures. Itaque Spiritus sanctus ex Christo Dei Filio procedit. » Notari debet, additis Patrum expositionibus ex ejusmodi locutione non incongrua argumenta confici (Cf. Anastas. Syn. *de rect. dogm.* hanc in rem ab Andrea Rhod, in conc. Flor. sess. VII ; Hard. IX, 93-96 allegatum. Theodorum Raithen. in epigr. *1*, a Becco *Gr. O.* II, 531, adductum, Beccum ipsum in Camat. *Anim*, c. 18, lib. II, 328 ; Georg. Metoch. *c. Man. Cret.* c. 13 ; lib. p. 1013, 1014 et infra art. 3, § 5, not. 1.) — Alia plura quæ huc referuntur ex Bibliis, sanæ exegesi minus probantur, neque nos ea curamus ; verum haud pauca sunt ita Patrum solemni usu recepta, ut spernere ea haud fas sit, eaque plerumque et melius fundata reperiuntur.

(7) De hoc altero membro infra art. 4, §§ 20, 21, agetur.

tur (c. 53), cum alia sit ratio consubstantialitatis inter Filium et Spiritum, quam inter Spiritum et Patrem. — Hæc fere potiora sunt, qua Photius prolixe rursum disputat. Mittimus in præsentia, quod Photius falso supponit; non certam esse Spiritus ex Filio processionem e fontibus revelationis, de quo ipso vertitur controversia quodque jam maxima ex parte pertractatum fuit; mittimus, quod disertis verbis id tradi in Bibliis postulare videtur (c. 92 fin.), cum tamen quam plurima dogmata Græcis æque ac Latinis indubitata non κατὰ λέξιν in illis reperiantur expressa; mittimus quæ inter alia ejusdem argumenta recurrunt ibi opportunius consideranda. Unam adducemus Joan. Becci responsionem, qui (l. III, ad Theodor. Sugd. Ep. c. 5 seq. *G. O.* II, p. 141 seq.) hanc ipsam nostri operis partem præ oculis habuit Photianamque doctrinam cum Græcorum Patrum theologia acute et solerter comparavit.

7. Cæterum dum Photius hoc effatum : Spirare est hypostatica Patris proprietas, tanquam principium demonstrationis assumit, *petitionis principii* reus efficitur, cum idem plane sit illud pronuntiare et processionem Spiritus ex solo Patre affirmare. Subtiliores hac de re agitantur apud theologos quæstiones, quæ in præsentia ad rem nostram non spectant. En tamen hic proponere juvat, quæ ad quæstionem, [231] quibusnam proprietatibus constituantur divinæ personæ, H. Kilber (*Tract. de Deo trino* in Theol. Wirceb. Disp. 6, c. 1, art. 3, n. 381 seq.) fusius disputat eaque per summa capita B recensere. Persona constat, ut Joannes Theol. sess. 19 Flor. arguit, ex essentia et proprietate (τὸ πρόσωπον ἀπὸ τῆς οὐσία καὶ τοῦ ἰδιώματος ὑφίσταται). Quæritur ergo, quænam hæc proprietates sint, quæ cum natura hanc constitutionem perficiunt ; idque duplici potissimum sensu : primo : num sint aliquid *absolutum*, an vero quid *relativum*, et hic omnes fere unanimiter posterius admittunt, quod solum recte dici potest ; secundo : sub quanam *formalitate* aut consideratione proprietas relativa constituat rationem personæ in divinis. Ut res plane intelligatur, notandum est : 1. Eadem proprietas potest esse hypostatica, relativa et nationalis ; sicut revera paternitas, filiatio et spiratio passiva sunt in hoc triplici ordine. 2. Proprietas C eadem spectari potest secundum *esse in*, sive quod dicit *absolute*, et præcise ad naturam divinam, cui per identitatem est immanens ; et secundum *esse ad*, sive quod dicit *relative*, et ad terminum vel principium, cui opponitur. His aliisque ad quæstionis intelligentiam prænotatis jam docet laudatus Theologus : I.) Personas divinas non constitui formaliter per proprietates sub ratione formalitatis *absolutæ et secundum esse in*, sed sub ratione formalitatis *relativæ et secundum esse ad* acceptas, quia, ut docet Aug. *De Trin.* V. 5, 8, quidquid ad se, et non aliud dicitur, ad substantiam pertinet, ideoque non ut ratio personæ formaliter constitutiva haberi potest ; II.) Personas divinas formaliter constitui D *per proprietates relativas, prout hæ dicunt relationem*,

(41) Bessarion c. 20. *Contra Marci Ephes.* syllog. 37 (cod. Mon. 27 f, 254 a) : Αἰτίαν γὰρ μὴ εἶναι τὸν Υἱὸν τοῦ Πνεύματος καὶ αὐτοὶ φαίημεν ἄν, τὴν αἰτίαν στενώτερον κατὰ τὴν Ἑλληνικὴν φωνὴν ἐκλαμβάνοντες, ἢ παρ' αὐτοῖς ἀεὶ τὴν ἀρχοειδῆ αἰτίαν σημαίνει.

(42) Beccus l. c. Οἱ γὰρ λέγοντες τὸ Πνεῦμα ὑπάρχειν ἐκ τοῦ Υἱοῦ, εἰ μὲν ὡς ἐξ ἰδίας παρὰ τὸν Πατέρα πηγῆς ἔλεγον ὑπάρχειν αὐτὸ ἐμελλον ἄν ἐμφαίνειν τῆς πατρικῆς ἰδιότητος μετακίνησιν, ἄναρχον πηγὴν τοῦ Πνεύματος καὶ τὸν Υἱὸν ὡς τὸν Πατέρα δοξάζοντες.

(43) Εἰ γὰρ ὁ Πατὴρ γεννᾷ τὸν Υἱὸν μὴ ἔκ τινος τοῦτο λαβὼν, ὁ δὲ Υἱὸς ἔχει τὸ Πνεῦμα λαβὼν αὐτὸ φυσικῶς παρὰ τοῦ Πατρὸς, οὐ γεννώμενον ἀλλ' ἐκπορευόμενον δι' αὐτοῦ παρὰ τοῦ Πατρὸς, οὐκ οἶδα, ποῖον ἐντεῦθεν ἰδίωμα πατρικὸν ἔξειν φάσκουσι τὸν Υἱόν· πῶς δὲ καὶ θεογόνον τὸν Πατέρα κατονομάζουσιν ; εἰ μὲν ὅτι Θεὸν γεννᾷ τὸν Υἱὸν, ἀληθῶς τοῦτο τῆς πατρικῆς ἐξαίρετον ὑποστάσεως· ὁ δὲ Υἱὸς οὐ θεογόνος. Υἱὸν μὴ γεννῶν· εἰ δὲ τὸ γεννᾷν καὶ προβάλλειν καὶ ἄμφω συνάγοντες εἰς ταὐτὸν θεογόνον οὕτω τὸν Πατέρα φασὶν, ἰδοὺ Θεοῦ γόνος καὶ τὸ Πνεῦμα, καὶ πῶς μονογενὴς Υἱός ; Notandum tamen subtilius et plenius quæstionem, cur progressio Verbi *generatio* sit, non item processio Spiritus sancti, a theologis ita dirimi, ut plerique dicant rationem in eo esse, « quod actio prior sit *perfecte assimilativa* termini cum principio et Verbum secundum esse personale sit similitudo perfecta, seu imago Patris qualis actio et imago non habeatur respectu Spiritus sancti. » Ita II. Kilber Theol. Wirceb. disp. 6, n. 376. Cf. Thom. *Sum.* 1, q. 27. a. 4. in corp.

non autem ut originem formalem exprimunt (44), quia forma constituens[232] personam concepi debet ut aliquid personæ intrinsecum, fixum et permanenter exsistens, quod ipsa perseitas æque ac subsistentiæ ratio videtur exigere, nihil vero ejusmodi in conceptu formalis originis apparet; deinde quia origines utpote actiones, quæ suppositorum sunt, non constituunt supposita producentia sed secundum nostrum intelligendi modum supponunt. « Speciatim de *paternitate*. Hæc enim in divinis ut relatio transcendentalis ab actione ipsa non constituitur, et ut principium quo proximum generationis ante originem præsupponitur et ut subsistens forma antecedit terminum ejusque productionem. De *spiratione* autem *activa* cum constet, ne hanc quidem constituere Patrem, aut Filium, sed secundum rationem supponere jam constitutos per paternitatem ac filiationem; multo minus origo vel actio spirativa tanquam illarum personarum forma constitutiva cogitari poterit. Quod attinet ad personas productas, hæ in conceptu formali universim dicunt rationem termini et producti, speciatim vero rationem vel Verbi vel Spiritus subsistentis; sed certum est, viam ad terminum, productionem in fieri, actionem dictionis aut amoris adhuc quasi fluentem *anteire, non constituere* terminum ipsum, productum completum, et Verbum ac Spiritum perfectum. » Denique observat (n. 386) : « Quanquam ex dictis omnis proprietas hypostatica sit relativa, tamen *nec omnis relativa nec omnis notionalis proprietas est hypostatica*. Cum enim hæc per modum determinantis ad esse personale, proprium ac incommunicabile, concurrere debeat; illius ratio et formalitas *nec innascibilitati nec spirationi activæ congruit*. Non innascibilitati, quia juxta Aug. *De Trin.* v, 6. *Nec ideo quisque pater, quia ingenitus, nec ingenitus ideo quia pater;* adeoque ab innascibilitate pater in esse patris ac personæ nec determinatur nec constituitur. Neque etiam spirationi activæ. Quamvis enim hæc propria sit Patri et Filio, tamen nec illum in esse Patris, nec hunc in esse Filii [233] determinat; alioquin, cum utrique sit communis, Pater esset Filius et vicissim Filio paternitas conveniret. Unde habet se respectu utriusque, sicut essentia, commune pluribus et determinabile; dumque constituit Patrem et Filium in esse spiratoris distincti a Spiritu sancto, illis suppositis in sua persona jam constitutis concipitur supervenire hæc relatio, tanquam perficiens explicitam eorum distinctionem. » Sed ad præsentem tractationem sufficit simplex hæc demonstratio :

A Quælibet persona nonnisi unam constitutivam proprietatem habere potest, quia constitutivæ proprietates realiter idem sunt ac personæ subsistentes et cum his identificantur (45); unde Pater, si duas haberet ejusmodi proprietates, non una persona esset, sed duæ. Proinde Pater non simul paternitate et spiratione constituitur, sed aut paternitate aut spiratione. Sed Pater paternitate manifeste constituitur : Pater dicitur et est quia generat Filium; et ante Spiritum concipitur Filius, ante spirationem generatio; universa denique traditio paternitatem ut constitutivam Patris tesseram spectavit, ut supra (§ 5) ostensum est. Jam vero si spiratio Patrem non constituit, neque rationi Filii ullo modo opponitur, ea non Patris est propria, sed B Patri Filioque communis (46). Uberius id evolventem Bessarionem art. seq. § 13, adducemus.

8. Sequitur tertium effatum : *Pater est principium eorum quæ ex ipso sunt non ratione naturæ, sed ratione personæ* (c. 15), quod apud Photii asseclas, ut Beccus advertit (in [234] Camat. *G. O.* II, 291), in axioma transiit. Lex hoc arguit contra Beccum Georgius Cyprius (apud Becc. in tom. Cypr. *G. O.* II, 158 seq. 236, 237). Viderunt orthodoxi satis acute, non simpliciter illud negari posse, habere tamen apud Photium pravum quemdam sensum minime tolerandum. Hinc laudatus Byzantinorum patriarcha adversario quidem concedit (l. c. c. 11, p. 237), Patrem non ratione naturæ, sed ratione personæ esse causam eorum quæ ex ipso; sed ibi cum Photianis C naturæ respectum prorsus excludi naturamque ab hypostasi separari vetat; meliusque ex Patribus dici propugnat (c. 15, p. 246) tum λόγῳ τῆς ὑποστάσεως tum λόγῳ τῆς φύσεως principium esse Patrem. Certum est essentiam ab hypostasi nonnisi ratione differre, neque οὐσίαν ἀνυπόστατον neque ὑπόστασιν ἀνούσιον cogitari posse, ut Thomas (p. 1, q. 39, a. 1) et Petavius (*De Trin.* VII, 15, 13 seq.) declarant. Id nec ipsi schismatici prorsus diffitentur; id Gregorius Cyprius (apud Becc. l. 1 *Const.* c. 5, 6; in tom. Cypr. orat. 2, c. 5; *G. O.* II, 156-158, 258) concedit (47). Hinc Georgius Trapezuntius ad Jo. Cubocl. c. 11 (*G. O.* I, 491 seq.) : « Quomodo concipies hypostasin, si in essentia ipsam non con- D sideraveris? Essentiam enim et naturam absque hypostasi universalio ri quodam modo intelligere possumus; quare et nonnullis visum est, eam universe subsistere. At enim hypostasim concipere et enuntiare non simul considerata aut concepta essentia modis omnibus fieri nequit. Ideo et cum ingenitum et procedens hypostaticas proprietates

(44) Cf. Bessarion *Resp. ad Marc. Eph.* c. 18 (Cod. Mon. 27 f. 230 a.) : Πρώτως καὶ κυρίως αἱ ἀναφοραὶ ὑφιστῶσι, καὶ διακρίνουσι, ἑπομένως δὲ καὶ αἱ πρόοδοι, καθόσον ταὐτό- εἶσι πράγματι ταῖς ἀναφοραῖς.

(45) Bessarion *Resp. ad Marc. Eph.* cod. Mon. 27, f. 229 b. Αὐτὰ τὰ θεῖα πρόσωπα ὑποστάντα αἱ ὑποστατικαί εἰσιν ἰδιότητες. Vide Thom. § 5, citatum.

(46) Ibid. f. 229 a. Ἐπεὶ γὰρ ἕκαστον πρόσωπον ἑνί τινι μόνον ἰδιώματι συνίσταται, ἢ τῇ τοῦ γεννᾷν ἢ τῇ τοῦ προβάλλειν ἰδιότητι συνίστασθαι τὸν Πατέρα ἀνάγκη· ἀλλὰ Πατὴρ διὰ τὸ γεννᾷν λέγεται καὶ ἔστιν. Ὥστε οὐ τὸ προβάλλειν αὐτοῦ τὸ πρόσωπον συνιστᾷ· μὴ ὂν δὲ ἴδιον τοῦ Πατρὸς μόνου μηδὲ συστατικὸν καὶ τῷ Υἱῷ ἐστι κοινόν.

(47) Sic et Marcus Ephes. syllog.; Cod. Mon. 27 f. 222 b.

dicimus, essentiam intelligimus, quæ in speciali ingeniti, geniti et procedentis hypostasi consideratur. Neque enim in nudas proprietates credimus, neque eas essentias segregare, sed circa essentiam segregari confitemur (48). » Similiter Beccus, l. I, *Ad Const.* c. 8 [235] (*G. O.* II, 160 seq) rem exponit et concordanter reliqui tradunt : quod si Spiritus est ex Patris hypostasi, est simul ex ejus essentia.

9. Priusquam vero uberius Photii effatum discutiatur, connexum cum his plurimorum Græcorum effugium considerandum est, quo ad elidendos suorum Patrum textus sibi contrarios eorum tamen verbis coacti concedunt, Spiritum sanctum esse *ex essentia Filii*, sed ex *hypostasi Filii* esse pertinaciter negant (49). Sed id irrito conatu fieri cordati theologi demonstrant. Ac primo exinde, quod, ut diximus, hypostasis ab essentia et essentia ab hypostasi reipsa separari nequit. « Qui ex natura et essentia Filii, ait Georgius Trapezuntius (*De una S. Eccl.* c. 5; *G. O.* I, 543, 544, asserit Paracletum procedere, ex ipsa hypostasi Filii asserit. Haud enim fas est, hypostases nudas absque natura (ὑπόστάσεις ψιλὰς χωρὶς φύσεως) concipere, neque naturam sine hypostasi φύσιν ἀνυπόστατον), absolute in omnibus et in Deo ipso. » Et rursum alibi (ad Joan. Cubocl. c. 11; ib. p. 490, 491) : « Quidquid generatur proceditque in exsistentiam, [236] aut est ex hypostasi tantum qua hypostasis est, aut ex essentia et natura tantum, et absque hypostasi considerata, aut ex utraque, ex natura scil. vel essentia, quæ in hypostasi est et in hypostasi concipitur. Secundum neque Græci ipsi dixerint ; namque absurdum, ut videtur, existimant, quod inde sequitur ; ejusdem siquidem naturæ Trinitas confunderetur, adeo ut ex tribus unumquodque, et ex se ipso et ex aliis esset; proptereaque ex hypostasi, qua hypostasis est, (ἥ ὑπόστασις) existimant esse procedens et generatum. Heu vesaniam ! Etenim si hypostasis, qua hypostasis est, generat atque producit, erit ex hypostasi hypostasis secundum idem (κατ' αὐτό), et sic non erunt hæc naturæ, sed hypostasis.... Sancti vero tradunt : Sicut Filius ἐκ τῆς ἐνυποστάτου φύσεως τοῦ Πατρὸς καὶ οὐσίας genitus exsistens ideo generanti Filius et consubstantialis Genitori est : ita Spiritus sanctus ἐν τῆς ἐνυποστάτου τοῦ Πατρὸς φύσεως διὰ τῆς ἐνυποστάτου τοῦ Υἱοῦ οὐσίας processionis modo habens esse ideo Patri et Filio consubstantialis est (50) (p. 493). Cf. Maxim. Chrysoberg. *De proc. Spirit. sanct.* c. 5. (*G. O.* II, 1086.) Præterea sane erat, cur contra Eunomianos ac Macedonianos Patres inculcarent, Spiritum sanctum esse *ex essentia* Patris et Filii ; videlicet ne creatura putaretur, ut consubstantialitas cum Patre et Filio ostenderetur ; ut non ex mera voluntate originem habens appareret ; ex Filii hypostasi eum prodire ac per Filium esse illi ultro concesserunt. Rem luculenter tractant J. Beccus, *O. I, De una. Eccl.* c. 29 seq. (*G. O.* I, 144, 150 seq.) et Georg. Trapezuntius (ib. p. 546, 547), qui advertit, merito in Patrum scriptis inculcari, φύσει Filium ex Patre esse et κατὰ φύσιν Spiritum [237] ex Patre et Filio, ut ostendatur, ὡς οὐχ ἡ βούλησις αἰτία, ἀλλ' ἡ φυσικὴ δύναμις ἐνοῦσα ἄλλῳ μὲν τρόπῳ μόνῳ τῷ Πατρὶ, τῷ κατὰ γέννησιν, ἄλλῳ δὲ Πατρὶ ὁμοῦ καὶ Υἱῷ τῷ κατ' ἐκπόρευσιν. Deinde tertio ostendunt theologi, propositionem ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Υἱοῦ esse Spiritum, non eo pertinere nec unice nec principaliter, ut consubstantialis Filio declaretur. Nam, ut recte disputat Beccus ep. ad Agallian. (*G. O.* I, 360 seq.), differunt omnino hæ propositiones : Paulus est ejusdem naturæ cum Petro, et Paulus est ex Petri essentia ; posterior dicit Pauli parentem Petrum, prior non item. Duo angeli, duæ animæ sibi sunt consubstantiales ; neque tamen unus angelus ex essentia alterius angeli vel anima ex essentia alterius animæ esse dici vel cogitari potest. Accedit, quod si ita res se haberet, et Filius ex essentia Spiritus, et Pater ex essentia Filii esse dicendus foret, quod nemo tamen admittit. Rursum ex Patribus iisdem patet, penes eos idem esse dicere ex Filio, ex persona Filii, ex essentia Filii; hæc sæpenumero tum conjunguntur tum convertuntur (51). Postremo perspicuum est, Filium esse ex Patris essentia et simul ex Patris persona, modo illud modo hoc pronuntiari, utrumque etiam simul ; idem proinde dicendum, si Spiritum ex essentia Filii esse audimus. Cf. Beccum *De una Eccl.* c. 29 seq.

(48) Οὐσίαν μὲν γὰρ καὶ φύσιν χωρὶς ὑποστάσεως καθολικώτερον νοεῖν δυνατόν· διὸ καὶ δοκεῖ τισι καθόλου ὑρίστασθαι· ὑπόστασιν δὲ νοῆσαί τε καὶ εἰπεῖν μὴ συννοουμένης ἥ καὶ προνοουμένης τῆς οὐσίας τε καὶ τῆς φύσεως πάντη ἀδύνατον. Διὸ καὶ ὅταν τὸ ἀγέννητον καὶ ἐκπορευτὸν ὑποστατικὰς ἰδιότητας λέγωμεν, τὴν ἐν ἰδικῇ ὑποστάσει θεωρουμένην οὐσίαν νοοῦμεν. Οὐ γὰρ εἰς ψιλὰς ἰδιότητας πιστεύομεν, οὐδὲν οὐσίας ἀφορίζειν ταῦτα, ἀλλὰ περὶ οὐσίαν ἀφορίζεσθαι ὁμολογοῦμεν.

(49) Photius ep. ad Zachar. Armenorum Cathol. (Lat. apud Mai *Spicil. Rom.* X, II, p. 456) hæc habet : « Spiritus sanctus Patrem Filiumque glorificat, quippe qui *de illorum substantia* accipiens creaturas innovat. » Fortasse hoc dictum eodem modo quo posteriores Græci intellexit ; probabile est eum ad Armenos scribentem, qui hoc in dogmate cum Romana Ecclesia sentiebant (*Vide* Tschamtschean *Hist. Armen.* III, p. 234 et Avedichiam *Sopra la processione dello Spirito santo*, Venezia 1824), callide hac expressione suum de Spiritu sancto placitum occuluisse et obvelasse, ne ad unionem cum Ecclesia Constantinopolitana sollicitatos hæreseos manifestatione deterreret.

(50) Sic Georgius Cyprius, Demetrius Crysolaras aliique apud Beccum l. I, ad Const. et orat. 2 in tom. Cyprii (*G. O.* II, 150 seq. 254) et Allatium *Contra Hotting.* p. 331, et Marcus Ephesius in conc. Florent. sess. 18 et 19. (Har. IX, 208, 209).

(51) Sic v. g. Cyrillus lib. II, *Thes.* (ap. Niceph. Blem. orat. 2, c. 6. Cf. Beccum epigr. I, *G. O.* I, 47; II, 528, 529) : Ἀνάγκη γὰρ τὸ Πνεῦμα τῆς οὐσίας ὑπάρχειν ὁμολογεῖν τοῦ Υἱοῦ· ὡς γὰρ ἐξ αὐτοῦ κατὰ φύσιν ὑπάρχον καὶ ἐπὶ τὴν κτίσιν παρ' αὐτοῦ πεμπόμενον τὸν ἐγκαινισμὸν ἐργάζεται.

64; orat. 2, in tom. Cypr. c. 4 seq. tota epigraphe 12 (*G. O.* I, 144 seq., 208 seq., II, 257 seq., 624 seq.) Allatium *Enchir.* c. δ'. p. ιη' seq. Jo. Theol. in conc. Flor. sess. 19 (Hard. IX, p. 217 et sæpe). Disputarat Georgius Cyprius (apud Beccum *G. O.* II, 233, 234, 256) hunc in modum : Communis [238] essentia non est causa hypostaseos, cum neque generet neque producat unquam, verum essentia cum proprietatibus (ἡ μετ' ἰδιωμάτων οὐσία), quæ ipsam hypostasin notat. Porro Beccus id libenter admittit ; verum petit, an solus Pater essentia cum proprietate habendus sit ; id si affirmetur universim, pugnam cum Patrum doctrina esse apertam ; si vero producendi proprietas uni Patri vindicetur, gratis hoc omnino supponi ac sine ullo testimonio traditionis (cf. § 5 seq.). Præterea, arguit, dum conceditur Spiritum esse ex essentia Filii, ut ex essentia Patris, essentia vero Patris cum proprietate hic intelligitur, etiam essentia Filii μετ' ἰδιώματος cogitari debet, quæ est hypostasis, ut ait ipse adversarius. Neque dicendum, alio sensu dici ἐξ οὐσίας τοῦ Πατρὸς, alio ἐξ οὐσίας τοῦ Υἱοῦ, hocque posterius ad unitatem essentiæ referendum ; sic enim et Spiritus ex suamet essentia esse dicendus foret (orat. 1, in tom. Cypr. c. 11, l. c. 235, 236. Cf. orat. 2, c. 2, p. 255). Rem usiversam acu tetigisse videtur card. Bessarion, dum scribit epist. ad Alex. Lasc. c. 7 (Hard. IX, 1063, 1064 : « In sancta Trinitate, quod ex substantia alicujus est, ex persona quoque ejus sit necesse est,... » cum substantia et persona *realiter* unum sint et nonnisi ratione distinguantur ; secus forent uti tres personæ, ita et tres essentiæ. *Distinctio hypostasis et naturæ rationis est, unitas vero realis ;* contra in nobis hominibus est. Nam in nobis unitas quidem naturæ cum cujusque persona rationis, distinctio vero realis est ; alia namque res est humanitas ipsa, alia hujus personæ individuatio. Quare quemadmodum sumus multæ personæ, ita etiam multi homines. Quo fit, *ut quod sit ex natura alicujus hominum, non necessario etiam sit ex ejus persona. In sancta vero Trinitate e converso est... Unitas essentiæ et personæ est realis, distinctio vero rationis.* (Cf. Jo. Theol. sess. 19 Flor. : Hard. IX, 224, 225.) Quatre *quod ex essentia alicujus personarum est, ex persona quoque ejus necesse est esse.* Si [239] igitur Spiritus ex natura et essentia Filii est, ut in plerisque locis tum alii doctores, tum vel maxime Cyrillus probat, ex persona quoque ejus est. At nostri dicunt : Ideo hæc dicuntur a doctoribus, ut consubstantialitas eorum comprobetur et ut ostendatur Spiritus ejusdem esse substantiæ cum Filio. Hoc autem quanto verius est, tanto magis pro Latinis facit. Tunc enim magis ejusdem substantiæ Spiritus cum Patre et Filio est, cum ex eorum substantia personisque eorum prodeat, hoc est procedat... Nam si hoc *solum* consubstantialitatem significaret, ut nostri putant, diceretur etiam Pater ex substantia Filii et Spiritus sancti vel Filius ex substantia Spiritus ; sed hoc nec ausus est nec audebit aliquis dicere. Præterea cum essentia nec generet nec spiret, secundum theologos, item etiam secundum philosophos (et ipsi enim ubique dicunt operationes individuorum esse, non universalium et generum. Me enim *non homo simpliciter sed quidam homo* genuit) si igitur *operationes individuorum*, non universalium *sunt*, nec substantiæ simpliciter, quid aliud intelligendum est, cum essentiam Filii audimus et ex ea Spiritum prodire, nisi divinam ejus personam ? Amplius : nec hoc nos lateat, quod qui hæc dicebant sancti doctores, contra Arianos et Eunomianos se opponentes hæc dicebant, qui Filium ex Patre, Spiritum ex (Patre et) Filio asserentes ex substantia tamen eorum esse negabant, cum dicerent, Filium, etsi ex Patre, non tamen ex ejus essentia sive natura, sed voluntate natum fuisse, Spiritum vero ipsum etiam ex Filio, non tamen essentialiter, sive naturaliter, sed voluntarie. Quare Filium minorem Patre et alterius substantiæ asserebant tresque in divinitate ponebant essentias. Patres igitur opinionem eorum tanquam falsam refellentes, non ex Filio solum, sed etiam ex ejus substantia conabantur Spiritum sanctum esse probare, similiter Filium non ex Patre solum, verum etiam ex ejus essentia. [240] Considera ergo, quomodo ad hoc, quod hæretici dicebant, *ex voluntate, non ex essentia Filii* Spiritum esse, se opponebant ; doctores, ex essentia Filii illum esse asseverantes ; ad hoc autem, quod illi dicebant ex Filio, esse, nullus contradixit ; nec dixit non esse illum ex Filio, tanquam et ipsi hoc sentientes (cf. II, § 7), et dicentes, esse ex essentia Filii, idem et ipsi intelligentes ; ac si dicerent, *ex essentia et persona ejus*, et nos hoc idem dicentes. »

10. Natum ergo est : Si Spiritus est ex essentia Filii, est quoque ex ejus persona. Sed non minus ex dictis (§§ 8. 9) ratum est : Si Spiritus est ex hypostasi Patris, quoque ex ejus essentia. Sed essentia Patris jam Filio communicata intelligitur, dum processio Spiritus sancti concipitur, Pater et Filius in sua quisque persona constitutus jam supponitur, dum de illa processione sermo habetur. Hinc suscitata a Photio quæstio, quanam ratione sit Pater principium Filii et Spiritus sancti, opportuna suggerit Latinis argumenta. Quodsi dicatur Spiritus ex Patre *ut Patre* procedere, jam Spiritus dicetur filius ac Filii prærogativa destruetur ; quodsi dicatur procedere ex Patre *quatenus est Deus* vel *quatenus est spirator*, cum hic nulla relativa oppositio habeatur ad Filium, Filius nequit excludi. Ratiocinatur Theologi : Spiritus sanctus procedi ex Patre aut quatenus est *Pater* aut quatenus est *Deus*. Si prius, Spiritus sanctus necessario erit Filius, quod contra revelationem : si posterius, tum procedit etiam ex Filio ; quia nullum signum concipi potest, quo Pater sit Deus, quo Filius non æque sit Deus. Proinde aut duo Filii in Trinitate subverso personarum discrimine admittendi, aut processio Spi-

ritus sancti etiam a Filio rata est, Priorem argumenti partem ita effert Niceph. Blemmida (orat. *De proc. Spirit. sancti*, c. 22; *G. O.* I. 28); Εἰ Πατὴρ τοῦ Πνεύματος ὁ Θεὸς, ἐξ ἀνάγκης τὸ Πνεῦμα Υἱὸς· ὁ Πατὴρ γὰρ κυρίως Υἱοῦ Πατὴρ· καὶ πῶς ὁ Λόγος μονογενὴς, εἰ καὶ τὸ Πνεῦμα Υἱός; Alteram sic evolvit Ratramnus [241] (l. III, c. 6, p. 297, 298) Athanasii doctrinæ insistens : « Testatur et Spiritum ejusdem substantiæ fore, cujus sit et Filius, quoniam exsistat *de unita Deitate Patris et Filii:* quod dicens liquido monstrat; quod procedat ab utroque; *cum* enim *sit Deitas Patris et Filii sic unita, aut nullam differentiam recipere possit, non potest procedere Spiritus de Deitate Patris, nisi procedat et de Filii*, quemadmodum nec de Filii Deitate, nisi procedat etiam de Patris; alioquin unita Deitas Patris et Filii non erit jam indifferens, si procedat Spiritus de Deitate Patris, et non pariter procedat de Deitate Filii; ac per hoc jam non erit unita, quod est impium et Arianum. » Confirmat dicta *Hugo Etherianus* (l. I, c. 8. p. 1203) ita scribens : « Si Spiritus non ut genitum ex Patre progreditur, Pater non emittit (προβάλλει) Spiritum ut genitor; nam si in eo qui (quod) genitor Spiritum Pater emitteret, Spiritus ex Patre ut genitum prodiret; at vero non est Spiritus ex Patre ut genitum; non enim duos filios, sed unum solum Pater habere creditur; manifestum ergo, quod *non ut genitor* Spiritum Pater emittit. Amplius : Pater cum Spiritus emissor sit, aut in eo quo differt a Filio, ipsum emittit, aut secundum id, quo non differt. At in eo quo differt non emittit; nam in eo *quod Pater*, non emittit Spiritum, in quo solo a Filio differt. » Differt Pater a Filio nonnisi innascibilitate et paternitate (§ 5), quarum notionum prior nullam relationem nullumque respectum habet ad Spiritus processionem, posterior terminum talis originis ac principiatum ostenderet esse Filium; unde Pater nonnisi ex eo spirat, in quo a Filio non differt; et tunc spiratio activa est Patri Filioque communis. « Aperte datur intelligi, » ait Etherianus, « quod non in eo quo differt Pater a Filio, emittit spiritum sanctum, sed in eo quo communicat. » Et rursum (c. 15. p. 1209): Secundum quod (Pater) potest gignere, potest Filium habere; secundum vero quod potest emittere, non potest Filium habere. Quare secundum aliud potest gignere [242] ac secundum aliud emittere. » Quod si igitur Photii effatum, τῷ λόγῳ τῆς ὑποστάσεως Patrem principium esse Spiritus sancti, illud sibi vult, Patrem qua talem, ratione paternitatis esse spiratorem, manifeste falsum est; quod si vero aliam uni Patri propriam notam intelligit ac quidem τὴν προβολὴν, falsa est suppositio, hanc esse paternæ hypostaseos characteristicum idioma (§ 5 seqq.). Si denique nil aliud dicere vellet, nisi quod communi theologorum principio traditur, actiones esse suppositorum (cf. Bessarionis verba § 9 præced.), verum quidem foret, sed ad rem præsentem non faceret.

11. Sed accuratius adhuc effatum istud perpendendum. Distinguunt theologi *principium quod* generat vel spirat, et *principium quo* illud generat vel spirat. Id optime exposuit Joannes Theologus in conc. Flor. sess. 18 (Hard. IX, 204): Quod producit vel generat, *persona* est; principium vero *quo* vel *per quod* (ἀρχὴ δι' ἧς γεννᾷ) est essentia, quæ aliis communicatur [cf. Thom. 1, q. 41, a. 5) (52). Hoc quod *communicatur* in generatione, natura est; *agens* vero est hypostasis) τὸ κοινωνούμενόν ἐστι φύσις, τὸ δὲ ἐνεργοῦν ἐστιν ὑπόστασις). Hypostases, pergit sess. 19. (ib. p. 216), sunt quæ generant vel spirant. Actiones sunt suppositorum (αἱ ἐνέργειαί εἰσιν τῶν ὑποστάσεων.) Essentia est nomen abstractum; et hinc fieri nequit, ut ei conveniat generationis (vel spirationis) actio. *Substantia Patris et Filii est principium per quod spiratur Spiritus; principium quod sunt spirantes.* « Pater — ita idem in sess. 244 (l. c. p. 308, 309) — indistinctus ab essentia, imo vero ipse αὐτοουσία exsistens, non intelligitur distinctam habere essentiam ab hypostasi; non enim *re*, sed sola ratione distinguitur [243] paterna hypostasis a sua essentia. Est ergo Pater substantialis (οὐσιώδης) hypostasis et generat substantialiter Filium; et generatur Filius, substantialis et ipse hypostasis; et sunt quidem duæ hypostases, sed unus Deus et una amborum natura, cum qua Spiritus sanctus indistincte (ἀχωρίστως) intelligitur; et neque Pater est neque Filius, neque quid eorum, quæ sunt ad aliquid (τῶν πρός τι). Sed Spiritus, in quantum est Spiritus, ad spirantem (πρὸς τὸν πνέοντα) referri oportet. Quia vero Spiritus est Patris Spiritus, et Scriptura testatur illum esse quoque Filii Spiritum, spirantes sunt ergo Pater et Filius. » Quando ergo dicitur : « Pater non est principium ratione essentiæ, verum id est de principio proximo *quod* generat et spirat, non vero de principio remoto *quo* generat et spirat; verum non est, si essentia omnino excluditur, quæ est illud ipsum, quod tum generatione tum spiratione *communicatur*. Subdividunt præterea theologi *principium quo* in *radicale* seu *remotissimum*, quod in generatione æque ac in spiratione est ipsa divina natura; in *potentiale* seu *remotum*, quod est potentia actionis seu virtus agendi intermedia; in *formale* seu *proximum*, quod est forma aut vis actionis seu virtus agendi immediata. Communiter docent *principium quo proximum productivum* esse solas proprietates personarum producentium, *communicativum* vero naturam ipsam divinam (cf. Kilber l. c. c. 1, a. 2, n. 368 seq.). Deinde ὁ λόγος τῆς ὑποστάσεως cogitari potest vel prout consideratur persona per se universim et in abstracto vel prout persona talis intelligitur hac vel illa individuante affecta proprie-

(52) Sic Bessarion *Resp. ad Marci Eph.* c. 18, con. Mon. 27 f. 239 b. Τὴν θεαν τοῦ Πατρὸς ὑπόστασιν αἰτίαν εἶναι, ὡς τὸ ὃ, εἴτε ἐξ οὗ, τὴν δὲ θείαν αὐτοῦ οὐσίαν ὡς τὸ ᾧ.

tate. Patrem esse αἴτιον τῶν ἐξ αὐτοῦ ratione hypostaseos in abstracto nemo dixerit, cum sit absurdum ; intelligitur hinc ut persona concreta. Sed nunc rursus quæritur, utrum Pater consideretur in proprietate constitutiva paternitatis, qua Pater est, an in alia proprietate, quæ ab illa distinguatur. Si primum, nonnisi ut pater Spiritus sancti spectari potest et [244] hic proinde erit Filius. Sane Patris nomen nonnisi relationem ad Filium notare Græci doctores omnes diserte docent (53) ; quomodo ergo Pater ut Pater spirat, nec tamen Spiritus erit Filius ? Si vero alterum, ea proprietas, quæcunque demum ea sit, cum filiationi non opponatur, Filio etiam inesse ex superius demonstratis infertur. Ea vero alia esse non potest, nisi ἡ προβολὴ seu spiratio ; hinc dum Pater dicitur γεννήτωρ καὶ προβολεὺς (§ 5), non qua Pater, sed qua Spirator Spiritum emittere dicitur (54) ; hæc vero proprietas hypostatica et uni Patri propria non est, imo et Filio convenit. Denique si a Photio hypostasis Patris intelligitur sine essentia, quomodo essentiam Spiritu communicat ? Si vero intelligitur in essentia et cum essentia, quomodo Filius non participat ? Undequaque ergo patet, ex Photii effato, quocunque legitimo sensu exponantur, nil contra Latinos deduci posse, imo variis modis contra ipsum exinde argui. Quod si eodem modo Spiritus principium esse Patrem, quo Filii est ἀρχή, contendat, eadem proprietate, eadem actione ; jam Filius et Spiritus, generatio et processio confundentur, plurimaque ex iis sequentur absurdis, quæ ipse Latinis hucusque objecit. Rem quoad [245] potiorem partem perspexit Hugo Etherianus, licet non satis accurate eam verbis exponat. Sic inter alia scribit (l. II, c. 4, p. 1217, 1218) : « Dico, insufficientem esse factam *divisionem*, quæ Spiritum ex Filio *aut ratione naturæ aut ratione personæ* provenire significat, eamdem quippe cum habeant naturam, non est alter ex altero secundum substantiam ; natura *enim* se ipsam quomodo pariat ? Similiter autem neque secundum personæ rationem. Quemadmodum enim Pater non in eo, quod Pater, emittit, ita et Filius non in eo, quod Filius, causa principiumque Spiritus. Quapropter *ex natura* quidem *Patris et Filii et ex persona, quæ est Pater, et quæ est Filius, nequaquam vero in eo, quod hic quidem Pater, hic vero Filius exstitit, sed in eo quod ei exsistentiam præstant*, Spiritus esse habet, neque sunt duo principia, cum secundum Spiritus emissionem numerum non suscipiant. » Illud denique notandum, verbis illis λόγῳ τῆς ὑποστάσεως etc. potius insinuari principium *quo*, quam principium *quod* ; licet autem essentia nec generet nec spiret, tamen secundum essentiam Pater generat, et Pater Filiusque spirant ; (55) unde essentia ut *principium quo* remotissimum cogitatur. Photium autem dum dicit : Pater est causa *ratione* personæ, sub illa *ratione* principium *quo* intelligere proposilio ipsa suadet, cujus subjectum est ipsum agens suppositum seu principium *quod*. Unde sic accepta propositio simpliciter negari potest. Principium enim *quo* est divina essentia secundum quod est activa spiratio, sicut essentia secundum quod est paternitas, est *principium quo* in generatione (Thom. in. l. I, dist. 7, q. 1, a. 2) ; hocque sensu docet Georgius Trapezuntius (*G. O.* I, 492) : [246] Τὸ γεννᾶν καὶ τὸ προβάλλειν φύσεως ἔργον εἶναι, φύσεως δὲ οὐ πάσης, ἀλλὰ περὶ ἣν ἡ τοῦ γεννᾶν ἢ προβάλλειν ἰδιότης θεωρεῖται, prout est sive potentiæ *proprietatibus* gignendi vel spirandi *affecta et modificata*.

12. Jam cap. 17 in fine, deinde cap. 36 et 64 Photius ac cap. 9 Nicolaus Methonensis quartam proferunt πρότασιν, ex qua non minus subtiliter argumentantur : *Quidquid in Trinitate dicitur, aut trium personarum commune est aut unius personæ proprium ;* unde quod non est commune trium, id est unius proprium (τὸ ἐπὶ τῆς Τριάδος λεγόμενον ἢ ἑνός ἐστιν ἢ τῶν τριῶν sive ἢ κοινόν ἐστι τῆς Τριάδος ἢ μιᾶς ὑποστάσεως ἴδιον). Hoc principium pro causa Photiana conflictum primam πρότασιν habet Beccus (orat. 2 *De injusta deposit.* c. 24 : *G. O.* II, 75), quam vel eo uno Patrum effato refelli notat, quod *Filio ac Spiritui commune sit ex Patre esse* (56). Sane τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς neque est trium commune neque unius personæ proprium ; sed αἰτιατὸν εἶναι Filio ac Spiritui sancto convenit. Quod si ita est, Photii axioma non est generaliter verum. Præterea ut arguit Nicephorus Blemmida (orat. 2, c. 11. *G. O.* I, 32, 53) mittere Spiritum sanctum commune est Patri et Filio ; ergo nec est unius tantum nec trium simul. Hinc post Blemmidam, Beccum (l. c. et in Camat. An. *G. O.* II, 291, *De una Eccl.* 63 ibid. I,

(53) Naz. orat. 35, p. 573 : Οὔτε οὐσίας ὄνομα ὁ Πατὴρ οὔτε ἐνεργείας, σχέσεως δὲ καὶ τοῦ πῶς ἔχει πρὸς τὸν Υἱὸν ὁ Πατὴρ ἢ ὁ Υἱὸς πρὸς τὸν Πατέρα. Nyssen. l. II, *contra Eunom.*, p. 434 : Φανερὸν, ὅτι ἡ τοῦ Πατρὸς κλῆσις οὐκ οὐσίας ἐστὶ παραστατικὴ, ἀλλὰ τὴν πρὸς Υἱὸν σχέσιν ἀποσημαίνει. Cf. Hugon. Ether., l. III, c. 18, p. 1257.

(54) Sic Manuel Cretens. apud Georg. Metoch. (*G. O.* 1036, 1037) : Ὁ Πατὴρ καθὸ γεννᾷ Υἱὸν, ὀνομάζεται Πατήρ · καθ' ὃ δὲ ἐκπορεύει τὸ Πνεῦμα, οὐκέτι Πατὴρ, ἀλλὰ προβολεύς ὀνομάζεται · ἐστὶν οὖν ὁ Πατὴρ καὶ Πατὴρ καὶ προβολεύς · ἑνὶ δὲ ὀνόματι σαναπτικῷ τούτων ὀνομάζεται πηγή. Sic plures alii πηγῆς nomine utramque notionem comprehendunt. Sed πηγὴ modo est causa προκαταρτικὴ et Patri soli tribuitur, modo principium quodlibet et tunc etiam Filio asseritur. Sic et Maximus ep. ad Marin. priori sensu αἰτίας nomen adhibet, de quo cf. Beccum l. IV *ad Constantin.* c. 1. (*G. O.* II, 203 seq.)

(55) Bessarion c. 18 *Contra Ephes.* syllog. 35 (Cod. Mon. cit. f. 252 b.) : Οὐκ ἀκούοις τῶν θεολόγων βοώντων, οὐσίαν μήτε γεννᾶν μήτε γεννᾶσθαι ; Κατ' αὐτὴν μέντοι τὸν Πατέρα γεννᾶν καὶ τὸν Πατέρα τε καὶ τὸν Υἱὸν προβάλλειν τὸ Πνεῦμα εὐλαβῶς τε καὶ ἅμα ἁρμοζόντως λέγεται.

(56) Κοινὸν Υἱῷ μὲν καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι τὸ ἐκ τοῦ Πατρός. Greg. Naz. Or. in Heron. philos. 23. (Clem. 25.) ap. Const. Melit. orat., c. 23 ; *G. O.* II, 691. Id conceditur ad Andron. Camatero (apud Beccum *G. O.* II, 373).

206, 207 ; cf. p. 162 seq.), Constantinum Meliteniotam (orat. 2, *De proc. Spirit. sancti*, c. 39; ib. II, 897) ita Leo Allatius *Vind. syn. Eph.* c. 56, p. 360) Photianos premit : « Estne causatum sive effectus (αἰτιατόν) in Triade ? Et illud estne commune Triadis an unius hypostasis proprium ? Neutrum dicere valent. Nam causatum, quod in Deo conspicitur, nec est [247] Triadis commune, nec unius Triadis hypostasis proprium, cum sit commune Filii et Spiritus, et non sit commune Patris. Et propius ad rem : Mittere Spiritum sanctum Patris et Filii est ; id vero de Spiritu sancto nullo modo dicitur ; neque enim fieri potest, ut idem sit mittens et missus. » (Cf. eumd. *Enchir.* κεφ. κε', p. ροα' seq.) Sic et ex Manuele Caleca et Bessarione Petavius *De Trin.* VII, c. 15, n. 5, 6) : « Negant Latini nullam esse proprietatem, quæ non aut tribus communis sit aut unius tantum propria. Esse enim aliquam dicunt, quæ duabus convenit. Nam quæ de Deo dicuntur, aiunt Calecas et Bessarion, alia tribus personis communia sunt, ut sunt absoluta omnia, aut quæ ad creaturas ordinem habent, ut Creator, Dominus, etc., alia propria sunt, eaque vel duabus personis competunt comparatis ad tertiam, ut Filio et Spiritui sancto a principio procedere, Patri item et Filio Spiritum mittere, vel uni tantum congruunt. » Falsum proinde est illud principium : Quidquid in Trinitate dicitur, aut est trium personarum commune aut unius proprium. Neque dicatur, similia principia a Latinis theologis stabiliri. Nam longe a Photii effato differunt hæc catholicorum axiomata : Quidquid in Trinitate dicitur, aut *absolute* dicitur aut *relative ;* vel etiam : Omne quod de Trinitate prædicatur. aut *commune* est aut *proprium*. In his sane disjunctio est omnino adæquata. In priori axiomate nulla difficultas est, cum activa spiratio relationibus comprehendatur : in altero τὸ proprium non supponit pro eo quod *uni* tantum personæ convenit ; præterea nil vetat ne *commune* dicatur, quod vel tribus vel duabus personis convenit, et *proprium*, quod uni exclusis duabus vel duabus exclusa una aptatur, dummodo oppositionis ratio ubique servetur Sane τὸ ἐξ αἰτίας εἶναι Gregorius Naz. (l. c.) dicit Filio et Spiritui κοινόν, Gregorius vero Nyssenus *Or. in Domin. Orat.* apud Beccum *G. O.* I, 163 ; II, 522, 523) τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ Πνεύματος ἴδιον ; utrumque sane dici potest ; hinc et Nyssenus pergit : [248] Κοινοῦ δὲ ὄντος τῷ Υἱῷ καὶ τῷ Πνεύματι τὸ μὴ ἀγεννήτως εἶναι κ. τ. λ. Cum spiratio activa Patri et Filio competat, *utrique communis* est, utpote non propria unius Patris nec propria unius Filii ; potest etiam dici *utrique propria*, prout est incommunicabilis Spiritui sancto et pertinet ad duas personas spirantes exclusa spirata. Tritum est apud Theologos, commune in Trinitate esse absolutum, proprium vero relativum ; hoc pacto spiratio activa, quæ relatio est, recte dicitur duarum personarum Patris et Filii, *propria*, sicut passiva spiratio propria est Spiritus sancti. « Licet sint quatuor relationes in divinis, » ait S. Thomas (q. 30, a. 2, ad 1), « tamen una earum, spiratio, non *separatur* a persona Patris et Filii, sed *convenit utrique*. Et sic licet sit relatio, non est tamen *proprietas* (sensu stricto theologico, cf. § 5), *quia non convenit uni tantum personæ*, nec *relatio personalis*, id est, constituens personam. Sed hæ tres relationes : paternitas, filiatio et processio dicuntur proprietates personales, quasi personas constituentes. » (Cf. q. 28, a. 1, 3, 4 ; q. 32. a. 3.) Licet ergo catholici admittant axioma : Quidquid in Trinitate dicitur, aut commune est sive absolutum, aut proprium sive relativum : jure tamen rejiciunt Photii effatum : Quidquid in sancta Triade prædicatur aut *tribus* personis *commune* est aut *unius personæ proprium*. » Sed hæc ex dicendis adhuc manifestiora erunt

13. Si falsum est hoc Photii principium, falsum pariter est illud, quod corollarii adinstar inde deducitur : *Nil est duabus in Trinitate personis commune* (μηδέν τι εἶναι τοῖς δυσὶ προσώποις ἐπὶ τῆς ἁγίος Τριάδος κοινόν) ; sed si quid duabus personis commune sit, id et tertiæ commune erit. Unde cum Photio (cap. 6) arguunt Schismatici : Si spiratio activa sit Patri et Filio communis, communis erit et Spiritui sancto. Patres interdum concludunt, quæ communia sunt Patri et Filio, communia quoque esse Spiritui sancto ; at enim dum ita ratiocinantur, *de ipsa divina substantia* [249] *ejusque attributis* agunt, non vero de relationibus ; de iis quæ absolute dicuntur, non de iis quæ dicuntur ad aliquid, ut recte advertit Georgius Trapezuntius (*De proc. Spiritus sancti*, ad Jo. Cubocl. n. 24. *G. O.* I, 519 seq.) ; ne vero id ad relationes et notiones extendatur, id per se ea vetant, quibus superius axioma convellunt (cf. Allat. *Ench.* l. c. p. ροβ). « Licet enim, ita Leo Allatius (*Vind. syn. Eph.* p. 361, 362), Nazianzenus dicat, quæ Patri et Filio insunt, ea inesse quoque spiritui (τὰ τῷ Πατρὶ καὶ Υἱῷ προσόντα τῷ Πνεύματι ἐνεῖναι), sciant divinum illum virum de Divinitate contra Pneumatomachos verba facere, qui non de discernendi vim habentibus, sed de Spiritus Divinitate tractabant. Et hæc est doctrina ipsius Cyrilli scribentis : Quibus enim Spiritus communis est, illis prorsus et quæ essentiæ sunt, separata non fuerint (art. præced. § 10, nota 6). Cyrillus ait, Spiritum esse communem Patri et Filio ; uti enim Patris, ita dicitur et Filii, nec tamen dicitur Spiritus Spiritus, ne duo Spiritus insinuentur. Et ut magis in universum res pertractetur, in sanctissima Triade *tres* considerantur *conjunctiones*, et in singulis quid commune duabus reperitur. Sic cum *ingenitum* duobus modis dicatur, et cum *absque principio* est, et dicimus Patrem ingenitum ; et cum *non per modum generationis veluti Filius*, et tum Spiritus ingenitus est. Pari ratione et *genitum*... et quod principium habet et quod naturaliter, hoc est per modum processionis exsistit ; et *oppositum* : quod principium non habet et per modum processionis non exsistit (57). Photius : ediderat *Gr. orth.* I, p. 520 : Ἐπὶ τῆς μακαρίας Τριάδος τρεῖς θεωροῦνται συνδυασμοὶ καὶ ἐφ' ἑκάστου

(57) Hæc omnia, sicut et sequentia, Allatius desumpsit ex Gregorio Trapezuntio, quem ipse ante

genitum et quod a principio [250] est, dicitur, et quod per generationem est; *non procedens dicitur* tum quod a nullo principio est, tum quod per modum processionis non exsistit. « Quæ cum ita sint, *ingenitum* secundo suo significatu *Patri et spiritui commune* est; nullus enim ex ipsis per generationem est; *genitum* primo significatu *commune* est *Filio et Spiritui;* uterque enim ex causa est; et *per modum processionis non exsistere* rursus secundo significatu est *commune Patri et Filio;* nulli enim ex his hoc modo esse competit (58). Male ergo ratiocinantur schismatici: quæ duobus communia sunt, esse et tribus. Cum enim quæ discernunt hypostases (τὰ διακριτικὰ ὑποστάσεων) tum secundum principium et finem (κατά τε ἀρχὴν καὶ πέρας), tum secundum oppositionem (κατ' ἀντίθεσιν) considerentur, primum si communiter accipiatur et ut duo, duobus inest et secundum principium et secundum finem. Et communissimum est omnium eorum, quæ secundum discretionem accipiuntur et tanquam aliquod universale, ex causa esse. Hoc erga principium causa vocatur, erga finem (terminum) effectus (causatum). Et quemadmodum absurdum non est, τό ex causa esse duobus inesse, quod tamen revera inest Filio et Spiritui, ita absurdum non fuerit, imo necessarium est *causam in duobus* considerari, ut medium fiat re ipsa *medium* et vera conjunctio extrema colligans [251] eo quod unum effectus sit, alterum causa [unius effectus alterius sit causa] (59). Si vero secundum oppositionem, una oppositionis pars in duobus plane consideratur: *sic genitum et ingenitum, et procedens et non procedens* duobus commune apparet. Cum enim Trinitas re ipsa sit Deus, si quo modo una hypostasis a duobus secernitur, id per oppositionem assumptum necessario duobus inerit. Quod enim ex tribus unum demit, duo prorsus relinquit. Nam absque generatione sive principio esse Patrem a Filio et Spiritu separat; proptereaque *commune* est *Filio et Spiritui* ex principio esse. Per modum generationis exsistere personam Filii constituit illo a duobus separatam; ideoque illi *oppositum Patri et Spiritui* inest. Pari ratione processionaliter (ἐκπορευτῶς) esse separat Spiritum a Patre et Filio; et ob hoc non per modum processionis exsistere (τό μὴ ἐκπορευτῶς εἶναι) quod illi opponitur, *Filio et Patri* necessario commune est (60). » Sic [252] acutissime philosophatur Georgius Trapezuntius ad Joan. Cubocles concluditque: « In omnibus itaque discernentibus sive hypostasin constituentibus, si *proprium* hypostasis accipias, *quo discernitur a duobus, id per oppositionem sumptum,* si in duabus reliquis Trinitatis hypostasibus consideratur, *proprium* est, cujus dicitur; sin minus, male attributum est hoc proprium; proptereaque cum ingenitum sive absque principio proprium sit Patris, et per generationem esse Filii, et per processionem esse Spiritus sancti, *genitum, et ingenitum et non procedens* reliquis duobus *commune* fuerit, secundum illum, qui ex oppositione infertur, significatum (61). Ita ex Trapezuntio Allatius. Ne vero quis ea nonnisi e posterioribus theologis petita existimet, illico idem Allatius (l. c. p. 365) *Gregorii Nysseni* præclarum affert testimonium, quod est hujusmodi: « Sed quemadmodum sine causa esse solius Patris est, quod neque Filio neque Spiritui adaptari potest, sic vice versa ex causa esse, quod est *proprium* Filii et Spiritus sancti, de Patre intelligi alienum a natura est. Cum vero Filio et Spiritui *commune* sit, ingenitos non esse, ne confusio circa subjectum introducatur, quem supra damus, nonnihil ex ipso Trapezuntio, ubi opus erat, immutavimus.

κοινον τι εὑρίσκεται τοῖς δυσί. Τοῦτο δὲ ἔσται φανερὸν, εἰ πρῶτον διασαφῶμεν τὴν λέξιν, ἵνα μὴ τῇ ὁμωνυμίᾳ ταραττώμεθα. Τὸ ἀγέννητον διχῶς λέγεται, τό τε ἀνάρχως εἶναι, ὡς ὅταν λέγωμεν· ὁ Πατὴρ ἀγέννητος, καὶ τὸ μὴ γεννητῶς ὡς ὁ Υἱὸς, ὡς τὸ Πνεῦμα ἀγέννητον. Καὶ τὸ γεννητὸν ὁμοίως, τό τε ἀρχὴν ἔχον, καὶ τὸ φυσικῶς ἤτοι κατ' ἐκπόρευσιν ὄν, καὶ τοὐναντίον τὸ μὴ ἀρχὴν ἔχον καὶ τὸ μὴ κατ' ἐκπόρευσιν ὄν. Hæc postrema minus concinne dicta sunt et lacunæ suspicionem ingerunt; attamen textus est utroque Allatii loco idem. Sensum in sequ. restituimus.

(58) Georg. Trapez. l. c. Τούτων οὕτως ἐχόντων τὸ ἀγέννητον κατὰ τὸ δεύτερον σημαινόμενον Πατρὶ καὶ Πνεύματι κοινόν· οὐδενὶ γὰρ τούτων γεννητῶς τὸ εἶναι· τὸ δὲ γεννητὸν κατὰ τὸ πρῶτον σημαινόμενον Υἱῷ καὶ Πνεύματι κοινόν· ἄμφω γὰρ ἐξ αἰτίου· καὶ τὸ ἀνεκπορεύτως εἶναι πάλιν κατὰ τὸν δεύτερον τρόπον Πατρὶ καὶ Υἱῷ κοινόν· οὐδενὶ γὰρ τούτων τοιούτῳ τρόπῳ τὸ εἶναι.

(59) Ib. p. 521 : Τὸ μὲν πρῶτον, εἰ κοινῶς τις λαμβάνει, καὶ κατ' ἄμφω, δυσὶ πρόσεστιν, καὶ κατὰ τὴν ἀρχὴν δηλονότι, καὶ κατὰ πέρας· κοινότερον γὰρ πάντων τῶν κατὰ τὴν θείαν διάκρισιν λαμβανομένων, καὶ ὥσπερ καθόλου, τὸ κατ' αἰτίαν· τοῦτο πρὸς μὲν τὴν ἀρχὴν αἴτιον λέγομεν, πρὸς δὲ τὸ πέρας αἰτιατόν. Καὶ ὥσπερ οὐκ ἄτοπον τὸ αἰτιατὸν ἐνεῖναι δυσὶν, ἀλλ' ἀληθῶς πρόσεστιν Υἱῷ καὶ Πνεύματι, οὕτως οὐκ ἄτοπον, μᾶλλον δὲ ἀναγκαῖον, τὸ αἴτιον ἐν δυσὶ θεωρεῖσθαι, ἵνα τὸ μέσον γένηται τῷ πράγματι μέσον, καὶ ἀληθὴς σύνδεσμο, τὰ ἄκρα συνάπτων, διὰ τοῦ μὲν αἰτιατὸν, τοῦ δὲ αἴτιὸν εἶναι. Textum Allatii, quem supra damus, nonnihil ex ipso Trapezuntio, ubi opus erat, immutavimus.

(60) Ib. p. 521, 522 : Εἰ δὲ κατ' ἀντίθεσιν, τὸ ἓν τῆς ἀντιθέσεως μέρος δυσὶ πάντως ἐπιθεωρεῖται· οὕτω καὶ τὸ γεννητὸν καὶ ἀγέννητον καὶ ἐκπορευτὸν καὶ ἀνεκπόρευτον δυσὶ κοινὸν ἀνεφαίνετο· ἐπειδὴ γὰρ Τριάς ἐστι τῷ πράγμασι ὁ Θεὸς, εἴ τινι μία τῶν ὑποστάσεων τοῖν δυοῖν διακρίνεται, τοῦτο ἐξ ἀντιθέσεως λαμβανόμενον ἐξ ἀνάγκης δυσὶ προσέσται. τὸ γὰρ ἀπὸ τριῶν ἓν ἀφαιροῦν δύο πάντως ἀπολείπειν καὶ παῖδες καὶ γυναῖκες ὁμολογήσαιεν ἄν... Τὸ μὲν γὰρ ἀφεννήτως ἤτοι ἀνάρχως εἶναι Υἱοῦ τε καὶ Πνεύματος τὸν Πατέρα διακρίνει· διὰ τοῦτο κοινὸν Υἱῷ καὶ Πνεύματι τὸ ἐξ ἀρχῆς εἶναι· τὸ δὲ γεννητῶς εἶναι τὸ τοῦ Υἱοῦ συνίστησι πρόσωπον τοῖν δυοῖν αὐτὸ διακρίνον· καὶ τούτου χάριν τὸ τούτῳ ἀντικείμενον Πατρὶ καὶ Πνεύματι πρόσεστιν· ὁμοίως καὶ τὸ ἐκπορευτῶς εἶναι διίστησι τὸ Πνεῦμα Πατρὸς καὶ Υἱοῦ· καὶ διὰ τοῦτο το μὴ ἐκπορευτῶς εἶναι, ὅπερ ἐκείνῳ ἀντίκειται, Υἱῷ καὶ Πατρὶ κοινὸν ἐξ ἀνάγκης.

(61) Ib. p. 522 : Ἐπὶ πάντων γοῦν τῶν διακριτικῶν ἤτοι ὑποστατικῶν, ἐὰν τὸ ἴδιον τῆς ὑποστάσεως λαμβάνῃς, ᾧ διακρίνεται τοῖς δυσὶ, τοῦτο ἐξ ἀντιθέσεως λαμβανόμενον, εἰ μὲν ἐπιθεωρεῖται ταῖς λοιπαῖς τῆς Τριάδος δυσὶν ὑποστάσεσιν, ἴδιόν ἐστιν οὗ λέγεται· εἰ δὲ μὴ, κακῶς ἀπεδόθη τὸ τοιοῦτον ἴδιον· διὰ τοῦτο ἰδίου ὄντος τοῦ ἀγεννήτου ἤτοι ἀνάρχου τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ γεννητῶς εἶναι τοῦ Υἱοῦ, τοῦ δὲ κατ' ἐκπόρευσιν τοῦ ἁγίου Πνεύματος, τὸ γεννητὸν καὶ ἀγέννητον καὶ ἀνεκπόρευτον δυσὶ τοῖς ἀπολειπομένοις κοινὸν κατὰ τὸ αὐτὸ ἐξ ἀντιθέσεως σημαινόμενον.

rursus potest immista in proprietatibus eorum differentia reperiri, ut et commune conservetur et proprium non confundatur. Namque unigenitus Filius ex Patre per Scripturam sanctam dicitur, nec [253] ultra hoc illius proprietatem oratio ostendit. Spiritus vero sanctus et ex Patre dicitur, et ex Filio esse astruitur. Nam si quis Spiritum Christi non habet, non est illius (62).

14. Discrimen illud, quod intercedit inter ea, quæ duabus personis communia sunt, et ea quæ tribus simul conveniunt, probe animadvertentes nonnulli scholastici *communia* illa, hæc vero *communissima* appellarunt. Id vitio vertit Latinis Marcus Ephesius, quod spreta nimirum ea Patrum partitione, qua ea quæ in Deo sunt, in *communia* et *propria* partiuntur, hanc novam effinxerint, aliam quasi theologiam statuentes (63). Verum hanc divisionem rei illustrandæ accommodatam Patrum doctrinæ nullo pacto repugnare, potius cum ea omnino esse concordem strenue Georgius Scholarius defendit. « Namque et nos dicimus, ait, eorum quæ in Deo sunt, quædam esse communia, [254] quædam vero propria divinarum personarum, et sic nullatenus contra tuam divisionem pugnamus. Si vero *subdividentes* eorum rursus quæ *communia* sunt, hæc quidem duabus personis convenire, illa vero et omnibus inesse dicimus, vel eorum quæ *propria*, hæc quidem simpliciter, illa autem relative propria vocamus, divisionem illam non impugnamus, quin potius stabilimus. Quemadmodum neque cum quis animal in rationale et rationis expers diviserit, alius vero adjiciens remque perficiens dicat, et ratione præditorum animalium aliud mortale esse, aliud immortale, hic subdivisione sua illi refragabitur, qui secundum priorem modum divisionem fecerat; e contrario potius eamdem confirmabit ac suffragabitur illi. Si falsa omnis subdivisio est, multa eorum, quæ apud omnes in confesso sunt, negabuntur et e medio tollentur; et omnis circa scientias labor vanus erit » (64). Si autem non omnis subdivisio rejicienda, sed ea tantum quæ fallax est ac fundamento caret, disquirendum, an hæc de qua agitur, illarum numero ascribenda sit. Ostendit itaque uberius idem Scholarius, Patres, dum propria et communia secernunt, locum relinquere hæc et illa rimandi ulterius ac subtilius, eaque commode dispescendi, idque unum in quæstionem venire posse, an recte et vere, [255] an secus ejusmodi subdivisio facta fuerit; porro adesse fundamentum illius subdivisionis in reipsa vel ex eo patere quod τὸ αἰτιατὸν neque tribus conveniat personis, neque uni duntaxat, verum duabus, Filio ac Spiritui, quod nec sit stricte eoque modo commune quo deitas, nec eo modo proprium quo paternitas vel filiatio. Perpendens deinde ea, quæ revera duabus personis sunt communia, illustrat et a perversa adversariorum explicatione vindicat celebre Gregorii Nyss. testimonium, quod infra allaturi sumus (art. 4, § 7, n. 1, et art. præs. § 17, n. 1) ex lib. *ad Ablab.* (Opp. II, p. 459.) Illud autem axioma, quo omnia communia duabus personis et tertiæ convenire statuitur, aut rejiciendum aut de iis quæ non sunt opposita rationi tertiæ illius personæ (ἡμ ἀντικείμενα τῷ λόγῳ τῆς ὑποστάσεως) intelligendum esse docet (65). Ut omnis confusio arceatur, accuratæ distinctiones divisionesque theologis summopere expetendæ sunt et variæ acceptiones vocum secernendæ, ut scite monet Bessarion (66), qui propterea in Trinitate solum essentialia et personalia, absoluta et relativa, ea quæ ad intra et quæ ad extra dicuntur, affirmativa et negativa apte secernit, sed ea rursus subdividens adhuc subtilius alias attributorum et proprietatum classes ac species repræsentat. In tesseris personarum affirma-

cyclum auspicatur Photius, in quo plura jam dicta aliis verbis repetit novaque iis adjungit. Quæ cap. 31 disserit, reipsa cum iis conveniunt quæ cap. 7 disputarat (cf. § 4) Supponitur et hic duplex προβολή ut a Latinis propugnata, supponitur ab utroque spirante peculiare quid conferri ex eorum sententia, ex parte Patrem, ex parte Filium spirare. Sed « non ex patre, » ait Hugo Etherianus (l. II, c. 2, p. 1260), « Pater et Filius Spiritum, sed *ex toto et perfecte utrumque pariter* emittit; solus enim Filius exsistit de Patre absque medio, ideoque perfecte Spiritum emittit sicut Pater. » Reliqua, quæ notanda veniunt, jam § 4 dicta sunt.

15. Quod ad illud spectat, pluribus proprietatibus a Patre distinctum fore Spiritum quam Filium, adeoque et a Patre remotiorem cogitandum esse in Lat. systemate (cap. 32), id falsum esse non minus superius dicta convincunt. Sola enim processione seu spiratione passiva distinguitur Spiritus a Patre et Filio; nec paternæ substantiæ Filius propior est quam Spiritus; quia reipsa uterque est [298] immediate a Patre et ab eo totam divinitatis accipit plenitudinem. Nec obstat quod Patres dicunt Spiritum mediate esse a Patre, immediate a Filio; quo id sensu dicatur, satis (artic. præced. § 17 seq.) declaratum fuit. Audiatur nunc et Manuel Calecas, qui (l. III, p. 438, ed. cit.) hoc pacto objectioni occurrit; « At ista sacris doctoribus potius imputanda sunt, siquidem absurda videantur. Ipsi quippe sunt, qui Spiritum a Patre *tertium* docent, sumpta scil. ab ipso Domino occasione in salutaris traditione baptismatis, ac per Filium procedere dicunt, perque ipsum Patri conjungi.... Præterea Spiritus sanctus, si a Patre quidem alio processu, a Filio autem alio procederet, essetque processus ex ambobus duplex, fortassis haberet rationem, culpare differentiam processuum; quod etiam differenter a Patre et Filio distaret Spiritus, ac propterea gradus in personis quosdam cogitare. Sin vero unus idemque sibi ab utroque processus est, similiter etiam ad utrumque referretur.... Quemadmodum Pater non magis perfectus est quam Filius, quod ille causa, iste causalis (causatus) sit, neque ideo ab illo distat, etsi secundus ab eo ratione causæ dicitur; divinitas enim in utroque una: ita et Spiritus sanctus, etsi juxta unicum simplicemque processum ex Patre per Filium est, et ad Patrem et Filium veluti ad unum productorem spirantemque refertur, quorum et Spiritus est et spiraculum dicitur; non tamen minor est Filio, neque Patre minor erit, licet per Filium Patri conjungatur; alioquin et Filius erit, dissimilis Patri, eo quod causalis sit, etsi non ita sicut Spiritus, juxta tamen proportionis rationem.... Ordo autem et ad aliquid (πρός τι sive relative) quomodolibet habere, naturarum non facit differentiam. Nam v. gr. eo quod amicus sit, vel vicinus vel magister, nihil in se ipsum alicubi accedit, ut propter habitum perfectior in se ipso secundum essentiam sit; neque si quispiam filium ac nepotem habeat, tertius maxime erit vel similior vel dissimilior avo secundum essentiam quam filius. [299] Quod si in rebus humanis ita contingit, multo magis in divinis personis, ubi una asseritur natura, ac præter solam, quæ secundum causam et causale est, differentiam nulla alia discretio est. » Hoc Calecæ responso contra eamdem difficultatem utitur Natalis Alexander (l. c. pag. 529, 530).

16. Quod Photius (cap. 33) urget, Spiritum ad plura referri principia differentia, id jam satis (art. præced. § 4) discussum fuit; neque dici potest πολύαρχον ἀρχὴν admitti, ubi non nisi unum principium apparet. Dicant præterea Photiani, an tres personæ in communibus ad extra operationibus sint πολύαρχος ἀρχή. Si affirmarint, Muhamedanis et gentilibus, victas dabunt manus; si negaverint, multo minus id in processione Spiritus sancti ex Patre et Filio asserere poterunt. Rursum ad jam dicta reducimur, dum sequens Photii sophisma (cap. 34) perpendimus, ubi arguit Spiritum a consubstantialitate cum Patre excludi, cum communio Patris et Filii sit secundum substantiam. Verum sane est Patrem et Filium communionem habere secundum substantiam, sed ex probatis quoque communionem habent in relatione ad Spiritum sanctum quæ ab essentia, etsi non secundum rem, sed secundum rationem distinguitur. Filius excluditur a generatione activa etiam apud Græcos et tamen κατ' οὐσίαν cum Patre communicat; eadem ratione excluditur Spiritus ab activa spiratione et tamen a communione secundum substantiam cum Patre et Filio non arcetur. Neque enim ratio principii et principiati essentiam constituit, ut toties inculcatum est, nec minorem potentiam faciunt pauciores relationes vel notiones (cf. § 5, II.). Joan. Argyropulus vero non absone notat (*De proc. Spirit. sanct.* c. 9; *G. O.* I, 413) a Patre generativam facultatem Filio, generativam et productivam facultatem Spiritui sancto communicari *non ut* δυνάμεις *verum ut* τελειότητας; unde Filium non posse alterum Filium generare nec Spiritum alium Spiritum emittere vel gignere. Idem sibi vult Hugo Etherianus, dum scribit (l. I, c. 15, p. 1209): « Eadem *potentia* est in Patre, [300] secundum quam potest *generare*, quæ est in Filio, secundum quam potest *generari*, quamvis diversis effulgeat proprietatibus, veluti una potentia est hominis disciplinæ perceptibile » etc. Hæc cum iis connectenda, quæ Thomas disputat 1, q. 42, a. 6 ad 1 et ad 3. Hoc posteriori loco hæc habet: « Sicut eadem essentia, quæ est in Patre paternitas, in Filio est filiatio, ita eadem est *potentia*, qua Pater generat et Filius generatur. Unde manifestum est, quod quidquid potest Pater, potest Filius; non tamen sequitur, quod possit generare; sed mutatur quid in ad aliquid; nam generatio significat relationem in divinis. Habet ergo Filius *eamdem potentiam*, quam Pater, *sed cum alia relatione*, quia Pater habet eam ut *dans*, et hoc significatur, cum dicitur, quod potest generare; Filius

autem habet eam ut *accipiens ;* et hoc significatur, cum dicitur, quod potest generari. » Hæc et aliis illustrandis Photii argumentis prosunt. Demum et alia ratione ostendit card. Bessarion (epist. ad Alex. Lasc. c. 7 ; Hard. IX, 1063) nullam sequi quoad naturam inferioritatem, quod Spiritui ratio principii denegatur : « Quod si quis rursus, inquit, dicat : Igitur minor est Spiritus sanctus et Patre et Filio, si quidem Pater generat Filium, Filius et ipse cum Patre spirat Spiritum, Spiritus vero nec Filium generat nec se ipsum nec alium Spiritum spirat : vana ratio ejus est et contra seipsum, qui hæc dicit, concludit. Si enim nullius personæ principium esse imperfectionis et imminutionis signum in Trinitate putandum esset, *paucorum* quoque *personarum causam esse* imperfectionis esset ; Filius igitur, cum unius personæ duntaxat, Spiritus videlicet, principium sit, minor esset hac ratione Patre, qui ambarum personarum est principium. At hoc inconveniens est solum cogitare. Igitur illud quoque similiter absurdum est. *Principium* enim, prout est actui conjunctum, *vel a principio esse*, cum de personalibus proprietatibus sit, neque majus neque minus alterum altero vel esse vel dici facit. »

[301] 17. Novo dilemmate utitur Photius cap. 35 : « Processio Spiritus sancti ex Filio aut est eadem cum processione ex Patre, aut diversa vel contraria. Si prius, communicantur idiomata et characteres personarum ; si alterum, incidimus in Manichæorum vel Marcionitarum hæresin. » Concors vero est Catholicorum responsum, non esse diversam processionem Spiritus sancti a Filio ab illa, qua procedit ex Patre, ac multo minus contrariam ; proinde a Manichæismi spectris, quæ jam satis deridet Beccus (*G. O.* I, 80, 81), nihil omnino fore timendum, sed esse omnino eamdem (III, § 1 seq.), neque tamen communicari personarum characteres, quod Photius nonnisi ex supposito falso principio (ib. § 5 seq.) affirmavit. Neque uberiori responso opus est ad cap. 36 post ea, quæ (art. 3, §§ 12-15) jam disputata sunt, ubi ostensum fuit, nequaquam, ex eo quod ἡ πνεῦσις trium communis non sit, colligi posse, eam *unius personæ* propriam exsistere. Neque Patri eripitur spiratio, neque hypostaticæ proprietates transferuntur (cf. supra § 13).

18. Attamen nec hic quiescit schismatis pessimi auctor et jam dicta aliis inflexa formis reproducens cap. 37 rursum instat, in Latinorum hypothesi debere et Spiritum aliam producere personam, hanc porro aliam, et sic deinceps in infinitum, ita ut gentilium polytheismum adhuc superent et transcendant. Quæ plane absurda sunt. Constat primo minime Latinos cogi aliam etiam personam admittere a Spiritu sancto productam. Id supra (§§ 1, 5) ostendimus ; id et confirmat Georgii Trapezuntii disputatio (*De proc. Spirit. sanc.* c. 27; *G. O.* I, 327 seq.) notatu plane digna. « Generat Filium Pater vere, et cum generat exhibet ipsi quæcunque habet, præter ea quæ confusionem inferunt (πλὴν τὴν σύγχυσιν) et quæ ante et post hypostasin intelliguntur (τὰ προθεωρούμενα τῆς ὑποστάσεως καὶ τὰ ἐπιθεωρούμενα) et rationi hypostasis adversantur (ἐναντία τῷ λόγῳ τῆς ὑποστάσεως). Quæcunque vero (cum hypostasi) intelliguntur nec [302] adversantur, non tantum extra omnem confusionem sunt, sed et ordinem constituunt. Cum igitur divina natura semel τὸ ἄναρχον habuerit in Patris persona, fieri non potuit, ut illud Filio communicaretur. Præintelligitur enim adversaturque rationi Filii... Neque etiam fieri potest, ut *vim generandi* communicet, ne, ut tradit Basilius, in multitudinem innumeram excrescens Trinitas filios ex filiis generaret. Hujusce præterea causa est, quod generatio secundum principium et finem (cf. art. 3, § 13 eumd. Trapez.) sumitur. Finem voco, in quem progressio (ἡ πρόοδος) finit (sc. terminum), principium, unde incipit, non interjecto tempore, sed cogitatione sola ipsius progressionis, quæ in generante ut principium (ἀρχὴ est, ut finis πέρας) vero in genito. Generatio itaque tanquam principium considerata ut est in Patre præintelligitur fini (termino), qui in ea est ; ideoque præconsiderata Filii hypostasi non potest illi inesse. Nihil enim ex iis, quæ personis in divina Trinitate insunt, præintelligitur hypostasi, in qua est; ne scil. unum ex his duobus subsequatur, aut ante et post intelligi unum et idem, et ex seipso esse, aut multitudinem Filiorum admittere. Non generat ergo Filius, verum producit, et ratio consentanea et consequens est. Producit Pater Spiritum, et cum producit, communicat illi *omnia, quæ non præintelliguntur illius hypostasi ;* propterea que fieri nequit, ut ei communicet vim producendi aut generandi, quemadmodum neque Filio generandi ; namque hæc in Patre præintelliguntur. Sed neque *generari*, quod finis generationis dicebatur, Spiritui inerit. Præintelligitur siquidem hypostasis Filii hypostasi Spiritus. Verum *producere* non præintelligitur Filii persona neque rationi hypostasis ullo modo adversatur. Neque enim ideo Pater Filius vel productio est, nec Filius in Patrem prolabitur, neque Spiritus ex suis propriis excedit, Cum itaque nullam confusionem generet producere, imo totum contrarium, si Filio inest, et ordinem servet et Triadis mutuam [303] relationem (§ 6), illud prorsus Filio Pater communicabit (97) ; et sic Spiritus erit et Filii, et non imperfectus, quod non producat, sicuti neque Filius, quod non generet. Imo *si produceret, esset imperfectus* ; nam vel se

(97) p. 528 : Τὸ μέντοι προβάλλειν οὐ προθεωρούμενον τῆς τοῦ Υἱοῦ ὑποστάσεως καὶ οὐκ ἐναντίον λόγῳ τινὶ ὑποστάσεως · οὔτε γὰρ ὁ Πατὴρ διὰ ταῦτα Υἱὸς ἢ πρόβλημα · οὔτε ὁ Υἱὸς εἰς Πατέρα μεταπίπτει, οὔτε τὸ Πνεῦμα ἐξίσταται τῶν ἰδίων αὐτοῦ. Μηδεμίαν οὖν ἐπεισφέρον σύγχυσιν τὸ προβάλλειν, τοὐναντίον δ' ἅπαν, εἰ τῷ Υἱῷ πρόσεστι, καὶ τὴν τάξιν συντηροῦν καὶ τὴν τῆς Τριάδος ἀκατάλληλον σχέσιν · κοινωνήσει πάντως τοῦτο τῷ Υἱῷ ὁ Πατήρ.

ipsum ipse produceret, quod fieri nequit, vel alium, et sic in infinitum produceretur progressio, quod non esse perfectionis tute etiam diceres (98). » Præterea idem auctor (c. 26, p. 526) ad objectionem, Spiritum sanctum mancum et imperfectum esse, si solus inter tres personas non esset principium, hoc pacto respondet : « Perfectum atque imperfectum non ex diacriticis, sed ex naturalibus colligitur. Quæ enim necessario naturæ insita sunt, illa si defuerint, imperfectam naturam efficiunt illius, cui non insunt. Verum quæ hypostases constituunt, et personas discernunt, nunquam imperfectum quidquam efficient natura, cum naturas non secernant, sed circa naturam secernantur, ut theologica vox insonat. Ex discernentibus vero est producere. Non ergo imperfectum quid naturæ Spiritus inerit, quod non producat, sed nec hypostasi. Secernitur enim sufficienter *magis* a Patre et Filio *non producens*, quam secerneretur a Filio, ex Filio *non productus* (99). » Tandem digna sunt quæ considerentur Thomæ [304] verba, quibus solvit difficultatem : « Cujuslibet amantis est aliquis amor; sed Spiritus sanctus est Amor ; ergo est ejus aliquis amor. Si igitur Spiritus sanctus est Amor, erit amor amoris, et spiritus a spiritu. » Ait enim (q. 37. a. 1) : « Ad quartum dicendum, quod sicut Filio, licet intelligat, non tamen sibi competit producere Verbum, quia intelligere convenit ei ut Verbo procedenti : ita licet Spiritus sanctus amet, *essentialiter* accipiendo, non tamen convenit ei, quod spiret amorem, quod est diligere *notionaliter* sumptum, quia sic diligit essentialiter, ut *amor procedens*, non ut *a quo procedit amor.* » Sic ergo, uti jam supra dictum est, in Spiritu sancto terminum habent progressiones immanentes nullusque locus est progressus in infinitum, quem divinitus revelatus ordo proscribit radicitus. « Verum enim, ait Manuel Calecas (l. II, p. 421) ordinem servare opus est, neque ipsius terminos transgredi, sed intra Trinitatem stare juxta traditam nobis fidei regulam. »

19. Quod initio cap. 38 advertit Photius, nonnisi a Patre accipere potuisse Filium, ut Spiritus sancti sit principium, id Catholici uno ore docent. Quos inter Ratramnus, (l. II, c. 3, p. 251) ad ea Nazianzeni verba : « Et ad primam omnium originem, qui est Pater, sicuti Unigeniti omnia, ita etiam sancti Spiritus omnia referuntur » observat : « Talia dicens ostendit omnia, quæ sunt Filii, ad Patrem habere relationem, et omnia, quæ sunt sancti Spiritus, ad eumdem referri velut ad primam omnium originem ; quoniam etsi Spiritus procedat a Filio, *accepit hoc Filius a Patre*, ut nascendo de Patre Filius, Spiritus sanctus procederet ab illo. » Sed si ita est, pergit Photius, unde fit, « ut Spiritus, licet iisdem fruatur honoribus et ex ea ipsa essentia pari ordine [305] ac pari gloria prodeat, principiandi prærogativa privetur? » Quod non ejusdem potentiæ, nec est ejusdem essentiæ; aut Spiritus ergo eadem donatur prærogativa aut ad homousia dejicitur. Sane simili ratione dici potest : Si Filius non generat Filium, non est Patri consubstantialis. Recolantur ea quæ alias ac potissimum quæ § 16, dicta sunt et solutio plana erit. Nolumur tamen præterire, quæ in hanc rem disserit Hugo Etherianus, Methonensem refellens præsulem (cap. 16, ad præsens Photii caput nota 5). In primis urget idem incommodum sequi ex missione ; deinde alia quædam adjungit. « Nam si Filius, ait (l. II, c. 11, p. 1225), » quæcunque habet, a Patre accepit, et Spiritus missionem ab eodem accepit; mittit quippe Spiritum sanctum Filius.... Patet, quod Filius mittat Spiritum sanctum et quod a Patre idem mittatur. Quomodo igitur a Patre accipiens Spiritus missionem (est enim mittens et missus), Spiritus autem non accepit missionem neque Filii neque alterius sui similis? Privatur ergo parili honore — liberalitas hæc. Potest tamen et de facili solutionem habere talis objectio, cum convenienter responderi possit, ideo non accepisse Spiritum Filii causam esse, quia Filius est ipsius causa, Spiritus vero ejus causa esse nusquam reperitur, neque alterius sui similis, ne quarta in Trinitate persona induci demonstretur. Amplius : Quomodo accipit judicium omne Filius a Patre et Spiritui non impertitur? Scriptum est enim : « Omne judicium dedit Filio, ut omnes honorificent Filium, sicut honorificant Patrem (*Joan.* v, 22). » Suspicor, imo credo firmiter, quod emissio Spiritus, si ad honorem Patris pertinet, ad honorem Filii referatur, qui sicut a Patre vitam habet, judicium habet, ita et Spiritus emissionem habet ; et sicut nascibilitas non impedit Filium, quin habeat naturam Patris, imo ex hac habere probatur : sic emissio Spiritus ex Patre et Filio non impedit Spiritum, quin habeat Patris Filiique naturam ; alioquin Spiritus et Filius non sunt ejusdem cum Patre naturæ, cum Pater [306] solus generet, solusque Spiritum, ut Græcus arbitratur, emittat, Spiritus vero et Filius nullo modo. » — Pari modo responderi potest ad id quod cap. 40 Photius profert : « Accepit Filius a Patre ex ipso per generationem prodiens, et aliud ejusdem naturæ producere. Quomodo igitur, cum et ipse Filius consubstantialem producat Spiritum, non communicavit ipsi similem virtutem et hono-

(98) Ibid. p. 528, 529 : Οὐκ ἐλλιπὲς τὸ Πνεῦμα μὴ προβάλλον, ὥσπερ οὐδὲ ὁ Υἱὸς μὴ γεννῶν · μᾶλλον γὰρ προβάλλον ἦν ἂν ἐλλιπές · ἢ γὰρ αὐτὸ ἑαυτὸ προύβαλεν ἄν, ὅπερ ἀδύνατον · ἢ ἄλλο, καὶ οὕτως εἰς ἄπειρον ἡμῖν ἐξήκει ὁ λόγος οὐ τελειότητος καὶ αὐτὸς εἴποις ἄν.

(99) Ibid., p. 526 : Τὰ δὲ ὑποστατικὰ ταῦτα καὶ διακριτικὰ οὐκ ἄν ποτε ἀτελές τι ποιήσει τῇ φύσει, μὴ ἀφορίζοντα φύσεις, ἀλλὰ περὶ τὴν φύσιν ἀφοριζόμενα κατὰ τὴν θεολόγον φωνήν · τῶν διακριτικῶν δὲ τὸ προβάλλειν · οὐκ ἄρα ἐλλιπές τι προσέσται τῇ φύσει τοῦ Πνεύματος τῷ μὴ προβάλλειν, οὐδὲ τῇ ὑποστάσει · διακρίνεται γὰρ ἀρκούντως μᾶλλον Υἱοῦ καὶ Πατρὸς μὴ προβάλλον· ἢ μὴ ἐξ Υἱοῦ προβαλλόμενον, τοῦ Υἱοῦ.

rem, sicut ipse accepit, ut et ille ejusdem naturæ personæ progressu et subsistentia lætari et gloriari possit? » Neque « ad imitandum Patrem, » ut ibidem addit, id tribuere Spiritui vel potuit vel debuit Filius ; perfecte imitatur Patrem Filius, licet non generet et ipse Filium, et pari gloria fruitur Spiritus, licet nec producat nec generet ; æquales sunt tres hypostases, licet una sit absque principio, altera de principio principium, tertia terminus divinarum processionum. Neque *consubstantialitas per se* spectata unquam flagitat, ut et tertiæ personæ principii ratio asseratur.

20. Verum hac in re sedulo notanda sunt quæ varie a diversis proferuntur. Joan. Beccus disputans, *De una Eccl.* c. 51 (*G. O.* I, 184-186) contra Phurnan (vide cap. 8 Photii not. 2.) et cæteri Græci τῆς ἑνώσεως tenent, ex immanente origine ad consubstantialitatem, sed non vice versa ex consubstantialitate duarum personarum ad unius ab altera originem concludi posse. « Tres Divinitatis personæ, ait Beccus (l. c.) communiter inter se participant eamdem naturam eamdemque Divinitatem, et quod insitum est uni propter eamdem cum reliquis naturam, erit et duobus aliis. Et si Spiritus esset ex Filio propter Filii cum Patre consubstantialitatem, esset quoque et Filius ex Spiritu propter Spiritus eamdem cum Patre naturam ; vel potius hæc tria unum esset ex alio ἢ μᾶλλον ἐξ ἀλλήλων ἂν ἦσαν τὰ τρία). At nunc sequitur quidem Filium esse Patri consubstantialem (ὁμοφυῆ), quia ex essentia est Patris, nec ideo cogitur Pater esse ex Filio, quia eamdem naturam habet Pater cum Filio. [307] Si quis enim ex Patre veluti Filius, id et Patri consubstantiale est, quia illud ex essentia Patris est, non vero si quid consubstantiale est cum aliquo, hoc veluti et ex Patre ejusdem essentiæ est. Sic igitur et *Spiritus consubstantialis est Filio ; quia ex essentia est Filii ; at non quia consubstantialis Filio, ideo et ex Filio.* Namque si id esset, esset et ex Spiritu Filius, siquidem ea quæ ejusdem essentiæ sunt, inter se convertuntur (1). » Similiter et alii catholici Græci decernunt (2). Nulli sane controversiæ id potest esse obnoxium, consubstantialem ideo unam personam esse alteri, quia illam inter et hanc originis nexus intercedat et Patrum doctrina omnino plana est, ὁμοούσιον τὸν Υἱὸν τῷ Πατρὶ εἶναι, ὅτι ἐξ αὐτοῦ ἢ ἐξ οὐσίας αὐτοῦ ἐστίν. Id ostendunt testimonia Cyrilli Alex. in Joan. xvi, 13 ; *Dial. de Trin.* p. 405, 408, aliaque a Jo. Becco, epigr. xi, (*G. O.* II, 619 seq.) et Leone Allatio (*Vindic. syn. Ephes.* c. 36, p. 172 seq., c. 46, p. 225 seq.) collecta. Nota est illa ratiocinatio theologica : Filio consubstantialis est Spiritus, si est ex ejus essentia. Verum posterius assertum non eodem modo conceditur. Consubstantialitas quidem *per se* et *ex ipsius vi vocis* nullum dicit respectum ad habitudines originis, ex notione sua non exposcit, ut nonnisi de iis prædicetur, inter quos nexus principii et principiati intercedat, cum etiam *fratres* sint ac dicantur inter se consubstantiales ; attamen si *de divinæ Trinitatis personis* consubstantialitas prædicatur, negari prorsus non potest, eam cum originis notione cohærere et a [308] posteriori illationem habitudinis ad originem spectantis ex homousia fieri posse, non pro insita vocabuli ipsius vi, sed pro ratione ac natura Trinitatis juxta principia theologica omnino certa. Quo ista Ratramni pertinere videntur (l. II, c. 3, p. 252) : « Monstratum igitur, ab eo (Filio) procedere Spiritum, cujus est naturæ seu substantiæ ; *neque enim potest ejusdem* naturæ seu *substantiæ, cujus est Filius, esse* (ὁμοούσιον τῷ Υἱῷ εἶναι), *nisi procedat ab illo.* » Qui hanc posteriorem illationem non admittunt, illud maxime verentur, ut ex *Becco* videre licet, ne et Spiritui sancto προβολὴ ascribatur neve ἐξ ἀλλήλων tres personæ ita existimentur, ut quælibet persona alterius habeatur principium et reciproca productio statuatur. Sed non advertunt minime agi de mutua productione, quæ absurdum includit, sed de habitudine ac nexu originis, quo una persona alterius, quæ ei consubstantialis dicitur, vel principium est vel ab ea principiata. Manuel Calecas, Bessarion et Demetrius Cydonius *duplicem* statuunt consubstantialitatem jam a Becco (3) insinuatam, docentque primum ejus genus de iis prædicari, quæ eamdem habent naturam, etsi unum ab alio prognatum non fuerit, ut Petrus et Paulus ; alterum vero genus unum cum altero ita copulare, ut per ipsum aut ex ipso naturaliter exsistens ac substantive (Allat. *Vind. syn. Eph.* c. 46, p. 227) ; hoc posterius genus proprie illud nomen sibi mereri, et solum locum habere in divinis, ut Calecas (lib. II, p. 407) exponit (4). Sed necessarium non videtur, duplex [309] consubstantialitatis genus secernere, verum solummodo distinguere inter nativam vocis significationem et eam, quæ ex subjecto attributionia

(1) Εἴ τι γὰρ ἐκ τοῦ Πατρὸς, ὡς ὁ Υἱὸς, τοῦτο καὶ ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ διὰ τὸ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς εἶναι αὐτό · οὐ μὴν εἴ τι καὶ ὁμοούσιόν τινι, τοῦτο καὶ ὡς ἐκ Πατρὸς τοῦ ὁμοουσίου ἐστίν · καὶ τὸ Πνεῦμα γοῦν ὁμοούσιον τῷ Υἱῷ, ἀλλ' ὅτι ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Υἱοῦ · οὐ μὴν διότι ὁμοούσιον τῷ Υἱῷ, διὰ τοῦτο καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ · ἦ γὰρ ἂν ἦν καὶ ἐκ Πνεύματος ὁ Υἱὸς, εἴπερ ἀντιστρέφει τὸ πρὸς ἄλληλα αὐτῶν ὁμοούσιον.

2) Cf. Allat. *Vindic. syn. Eph.* c. 45, p. 219 seq. Georg. Metochit. *contra Manuel. Cretens.* c. 5. (*G. O.* II, p. 972 seq.)

(3) Beccus (Epigr. xi ; *G. O.* II, p. 619) : Εἰ γὰρ κατὰ ἄλλον τινὰ λόγον ὁμοουσιότητος, ὁποῖός ἐστιν ὁ περὶ δύο τινῶν ὁμοουσίων λεγόμενος, ἐν οἷς οὐκ ἔστι διὰ τοῦ ἑτέρου τὸ ἕτερον, ἦν τὸ Πνεῦμα ἴδιον τοῦ Υἱοῦ, καὶ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Υἱοῦ, ἦν ἂν καὶ ὁ Υἱὸς ἴδιος τοῦ Πνεύματος καὶ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πνεύματος, διὰ τὸ ἀντιστρέφον τῆς τοιαύτης ὁμοουσιότητος, ὅπερ οὔτε ἐῤῥέθη παρὰ τινος τῶν ἁγίων οὔτε ῥηθήσεταί ποτε . . . ἡ δὲ τοιαύτη ὁμοουσιότης οὐδὲ κυρίως ὁμοουσιότης, κ. τ. λ.

(4) Quæ Petavius, *De Trin.* vii, c. 4, n. 11, 12, de Basilii et Cyrilli textibus hic adduci solitis disserit, ea non immerito a cordatis Theologis tanquam non satis accurata expositio traducuntur ; neque Allatio locis citt. debita semper ἀκρίβεια præsto fuit.

nis eidem accedit. Theologi formalem consubstantialitatis rationem in essentiæ unitate reponunt, causam materialem in hypostaseon pluralitate, efficientem vero in habitudine principii et principiati. Nec eorum ratiocinatio spernenda, qua ita concludunt : Quod si inter divinis personas consubstantialitas prædicatur, ea inde oritur, quod nexus originis inter eas intercedit ; proinde si Filius et Spiritus inter se consubstantiales dicuntur, ratio ex originis nexu ita repetenda, ut unus ad alterum ut ad principium referatur. Cum vero, quominus Filii dicamus principium Spiritum sanctum ordo Trinitatis prohibeat, Filium Spiritus sancti principium habeamus oportet (Cf. Bessarion. *Or. dogm.* c. 6 ; Hard. IX, 353-356).

21. Ex dictis judicari potest de iis, quæ Hugo Etherianus (l. II, c. 20, p. 1235) contra illud assertum *non eodem pacto Spiritum consubstantialem dici Filio, quo consubstantialis* dicitur *Patri*, in medium profert. « At vero, ait, mihi videtur non recte dici consubstantiale prædicari *æquivoce* de tribus personis. Inconvenientia enim sequuntur et impossibilia quamvis plurima. Nam *si Spiritus consubstantialis est Patri, eo quod ex ipso*, procedere *substantiale* est Spiritui. Etenim si Socrates Platoni consubstantialis, quia rationalis est, ambobus *rationale* substantialiter inesse contingit ; at vero procedere neque Patri neque Filio substantiale est ; igitur non sunt ejusdem naturæ cum Patre Filius atque Spiritus. Quod si verum constet, non sunt unus Deus, quoniam consubstantiale non æqualiter et univoce de tribus prædicatur personis. Quod quidem et Photio [310] (cap. 53) videtur dicenti : « Consubstantiale quidem omnino ad utrumque vocibus, et non significatione, reddimus (5), » sed non bene. Nam substantialia (l. consubstantialia) ejusdem sunt substantiæ atque naturæ ; quæ vero ejusdem substantiæ atque naturæ sunt, eamdem rationem substantiæ suscipiunt ; quare (ed. quarum) omnia consubstantialia eamdem substantiæ suscipiunt rationem. Quo fit, ut consubstantiale de omnibus consubstantialibus *similiter* et *eodem modo* enuntietur. Sane sicut specialissima species de suis individuis prædicatur : sic utique *Deus* et *substantia* de tribus dicitur personis, et quemadmodum omnia, quæ specie participant, ejusdem naturæ censentur, ac consubstantialia : sic utique Pater, Filius atque Spiritus sanctus *æqualiter* ejusdem naturæ dicuntur atque consubstantiales secundum substantiæ nomen, et non æquivoce. Ergo secundum quem modum dicitur Spiritus consubstantialis Patri, secundum eumdem et Filio consubstantialis est ; et sicut Filius consubstantialis est Spiritui, ita Spiritus Filio et Patri. Nullam enim possident differentiam in eo, quod consubstantiales ; quare *non quia procedit, consubstantialis est Patri Spiritus*. Amplius : Quoniam consubstantialis est Spiritus Patri, non differt a Patre ; ergo quoniam procedit, non est ei consubstantialis. At enimvero quamvis detur, consubstantialitatem præcise per se spectatam non dicere nexum originis, et cum una essentia sit in tribus personis, quoad suam quidditatem, eam non æquivoce de iisdem prædicari : attamen *ratio ob quam* habetur distingui plane potest in singulis, et immerito prorsus negatur, illam cum habitudine principii et principiati connecti et ex hac ad illam conclusionem [311] fieri posse, quæ tamen in Patrum scriptis sæpenumero occurrit (§ 20). Confundit Etherianus causam *formalem* cum *efficiente*. In exemplo Socratis et Platonis, quod affert, prior habetur ; sed in propositione illa : Spiritum esse Patri consubstantialem διὰ τὸ ἐξ αὐτοῦ εἶναι, causa efficiens. Ex immanente enim origine fit, ut Filius ac Spiritus eamdem habeant cum Patre essentiam, adeoque sint ei consubstantiales. Procedere vero Spiritui substantiale esse, nequit plane deduci, nisi in processione formalis ratio consubstantialis reponatur, quod sane falsum est. Jam satis monuimus non semper solida et accurata esse, quæ nobilis iste theologus copiose disserit, licet in plurimis felici Marte dimicasse videatur. Hic Photio contradicendi ardore correptus justo longius processisse dicendus est.

22. Quærit Photius, cap. 39, *utrum* magis causam esse censeant Latini, Patremne an Filium. Si Patrem, honor ille Filio præparatus spurius et magis opprobrium erit ipsi ; si vero Filium, gravioris id temeritatis est. Neque enim sufficere ipsis censuerint ad impietatis, quam intendunt, excessum Filio paternam causalitatem ascribere eamque dividere, nisi et potiores partes auferant et loco Patris Filium Spiritui principium statuant. Verum neque his premuntur Latini, qui toties inculcant, æqualiter et pari modo Patrem et Filium esse principium, et solum catenus Patrem primas partes habere, quatenus est ipse prima causa, a qua et Filius ipse est, neque vero inde injuriam fieri Filio, sicut nihil eum lædit, quod non sine causa nec innascibilis est. Neque honor Filio datus spurius et ab extrinseco adjectus censeri potest ; imo necessarius, ex interna profectus necessitate, ex ipsis divinarum personarum relationibus deductus est, ut Catholicorum pro hoc dogmate universa argumenta commonstrant. Nonne quod Filius *solus de solo Patre*, magna ejus prærogativa est, quæ huic omnino exposcit honorem ? (Cf. art. præced. § 6.)

[312] 23. « *Majorem* dicere, etsi non natura (apage ; consubstantialis enim est Trinitas), verum *ratione causæ*, genito genitorem, docet quidem nos Domini vox idque tradit exinde initiatus sacer Patrum nostrorum chorus ; *causæ* autem *ratione Filium Spiritu majorem* neque ex divinis Eloquiis audire

(5) Cap. 91 expresse docet Photius : « Spiritus Patri consubstantialis, quia ex ipso procedit ; sed *non* ex eo *procedit* quia consubstantialis. » Priorem propositionem negat Hugo, sed immerito ; alter potius neganda erat.

est neque huc usque pius sensus id cogitare deprehendebatur. » Ita Photius, cap. 41. Negat Filium μείζονα τοῦ Πνεύματος dici, quemadmodum Pater major Filio dicitur, ratione videlicet principii. Atqui tum Beccus (*Or. de una Eccl.* I, 27, 63, 67 in *Camat. Animadv.* et *Epigr.* XIII ; *G. O.* I, 137, 206, 219; II, 383, 630), tum Constantin. Meliteniota (*G. O.* II, 748) ; Georgius Metochita (*Contra Man. Cret.* c. 7 ; ib. II, 933); Manuel Calecas lib. III, p. 438), Georgius Trapezuntius (*ad Jo. Cubocl.* c. 22 ; *G. O.* I, 517); Joan. Plusiadenus sive Joseph. Methonensis (6) vel quisquis est auctor *Dialogi pro concilio Florentino G. O.* I, 628, 629), tum Leo Allatius (*Enchir.* c. 23, p. ρλζ' seq. *Vindic. syn. Eph.* c. 66, p. 481) aliique permulti diserta adducunt Athanasii verba orat. 1, *contra Arianos*, n. 50: Τοῖς δὲ μαθηταῖς τὴν θεότητα καὶ τὴν μεγαλειότητα δεικνὺς ἑαυτοῦ, οὐκέτι ἐλάττονα ἑαυτὸν τοῦ Πνεύματος, ἀλλὰ μείζονα καὶ ἴσον ὄντα σημαίνων ἐδίδου μὲν τὸ Πνεῦμα καὶ ἔλεγε· « Λάβετε Πνεῦμα ἅγιον, καί· Ἐγὼ ἀποστελῶ· κἀκεῖνος ἐμὲ δοξάσει καὶ ὅσα ἂν ἀκούσῃ, λαλήσει. » Quod e Patrum more ita recte exponit præfatus *Disceptatio pro conc. Flor.* sub nomine Plusiadeni vulgata : Ἴσον μὲν κατὰ τὸ ὁμοούσιον· οὐδὲν γὰρ τῶν τριῶν προσώπων μεῖζον καὶ ἔλαττον τῇ οὐσίᾳ καὶ τῇ θεότητι, ἀλλ' ἄκρα ἰσότης· μείζονα δὲ, ὅτι ἀπ' ἐκείνου τὸ εἶναι ἔχει. Quod si Montfaucon. in sua editione (I, p. 454) μείζονα illud omisit, disceptari adhuc potest, utrum merito an injuria fecerit. Sane præterquam quod ille nonnisi unius codicis Seguier. et *Catenæ* mss. auctoritate [313] in sua lectione innititur, priores editiones vocem ab illo egregio alioquin eruditissimoque viro expunctam retinent, et citati auctores græci (7) non facile contra suorum temporum adversarios ea lectione usi fuissent, sufficienti auctoritate destituti ; et illud perpendendum est, quod et ipse Andronicus Camaterus Latinis infensus (apud Beccum, *G. O.* II, 382) non aliter legisse videatur et quod contextus huic lectioni omnino faveat. Melius enim et fortius τῷ ἐλάττονι opponitur τὸ μεῖζον καὶ ἴσον, quam τὸ ἴσον solum ; et melius ostenditur Filii dignitas qui Spiritum ipsum elargiens exhibetur ; præterea phrasis ἐλάττων, vel μείζων καὶ ἴσος Patribus familiaris est, præsertim cum de Filio loquuntur, qui dicitur ipsis minor Patre(*Joan.* XIV, 28) respectu generationis et æqualis respectu communis naturæ (*Joan.* X, 20) ; illud ipse Athanasius declarat : Μείζονα ἑαυτοῦ τὸν Πατέρα ὁ Κύριος εἶπεν, οὐ μεγέθει τινὶ οὐδὲ χρόνῳ, ἀλλὰ διὰ τὴν ἐξ αὐτοῦ τοῦ Πατρὸς γέννησιν. Sic et Spiritus coæquenter minor Filio et simul æqualis eidem prædicatur, ut Georgius Metocita (l. c. p. 985) edisserit. Quo pertinet et codicis Basileensis scholion ad marginem hujus loci positum : Ὅρα ὁ Υἱὸς ἴσος καὶ μείζων τοῦ Πνεύματος, ἴσος μὲν κατὰ τὴν θεότητα, μείζων δὲ διὰ τὴν αἰτίαν. Utrumque, μείζονα et ἴσον, legendum esse suadent et Bibliorum testimonia adjecta, quibus se missurum Spiritum, imo se dare docet Christus. Hæc demum congruunt plane Athanasii doctrinæ. Qui enim statuit eumdem ordinem, quem habet Filius ad Patrem, habere Spiritum ad Filium art. 2, § 2, nota 5), is manifeste non negabit Spiritu Filium eadem causæ ratione majorem, qua Pater Filio major dicitur, præsertim cum ordo (τάξις) in divinis ex principii et principiati habitudinibus repetatur (vide supra § 6 seq.).

[344] 24. Verum detur Photianis, ex hoc testimonio utpote unico vel non satis certo rem non confici, id parum eos juvabit. Etiamsi enim non explicite diceretur Filius major Spiritu, æquipollentia tamen verba tum Athanasii tum aliorum Patrum præsto sunt. Athanas. *De incarn.* n. 9, Filium vocat πηγὴν τοῦ Πνεύματος ; sed πηγὴς nomen apud Græcos Theologos τὴν αἰτίαν omnino significat (Cf. Petav. *de Trin.* VII, 4). Eadem voce utitur Gregorius Theologus, dum Patrem ἀφθαλμὸν appellat, Filium πηγήν, Spiritum ποταμὸν, ac Spiritum exhibet ut fluvium e fonte profluentem (orat. 27, de *Spiritu sancto*, p. 611, ed. Bill. Cf. art. 2, § 6, nota 6 ; Constant. Meliten. *Orat.* c. 29 ; Beccum, *Epigr.* IX ; *G. O.* II, 706, 707, 607 seq.) Et Photiani fere ubique inclamant. Μόνος πηγὴ ὁ Πατήρ· Re ipsa quandoque Pater *unus* Deitatis *fons* appellatur, quia est veluti prima radix, causa non ex causa, principium non de principio, ex quo omnia. Eodem modo ita dicitur, ut advertit Gregorius Cpl. patriarcha contra Marcum Ephesium (8), quo quis protoparentem Adamum diceret *solum patrem* humanitatis, qui certe alios homines a paternitate excludere non vult, sed principaliter ei illam vindicat, a quo totum genus propagatum est, a quo reliqui genitores id habent, ut patres esse queant. Hinc nihilominus doctores Græci, ut vidimus, et Filium vocant *fontem* relate ad Spiritum sanctum. Unde Isaias Cyprius, in epist. ad Nicol. Sclengiam : « Dicis porro solum fontem supersubstantialis deitatis esse Patrem. Et nos id quoque fatemur, et te multo aptius, et ut magis theologos addecet ; [315] sed fatemur præterea Filium fontem Spiritus sancti, magnum Athanasium et Gregorium Theolo-

(6) V. Allat. *De cons.* l. III, p. 933. Le Quien., *Or. chr.* II, p. 232.

(7) His adde Nicetam Thess. *Dial.* II, (cod. Vat. 1115 f. 9) et Greg. Cpl. Apol. c. Marci Eph. Confess. (cod. Mon. 27 f. 133 b.)

(8) Cod. Mon. 27 f. 120 b. Τὸ μόνον πηγὴν εἶναι τὸν Πατέρα τῆς ὑπερουσίου θεότητος οὐκ ἐκβάλλει τὸν Υἱὸν τοῦ εἶναι πηγὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος · « Πάντα γὰρ ὅσα ἔχει ὁ Υἱὸς, ἐκ τοῦ Πατρὸς ἔχει, ὡς αὐτός φησι . . . ὥσπερ ἂν εἴ τις καὶ τὸν Ἀδὰμ μόνον Πατέρα τῆς ἀνθρωποτητος λέγων πάντων ἂν λέγει τῶν ἀνθρώπων Πατέρα, ὅπερ οὐκ ἂν εἴποι Πατέρα πάντων ἀνθρώπων, οὐ μὴν καὶ τινων τούτους λέγεσθαι Πατέρας κωλύσει, οὓς οὐκ οἶδεν οὐκ ἄπαιδας ὄντας.

gum et Joannem Chrysostomum (*Orat. de incarn. Dom.*) sequentes (9). » Rursum Gregorius Nazianzenus Patrem ἄναρχον, Filium ἀρχὴν vocat, Spiritum vero τὸ μετὰ τῆς ἀρχῆς, et quidem dum divinarum personarum notas describit sine ordine ad creaturas (Orat. 32, ed. Bill. 42, Clem.) « Ecce, ait allato hoc testimonio Hugo Etherianus (lib. II, c. 3, p. 1216, 1217), ecce absolute sanctus iste vir *Filium* vocat *principium*, et ab ipso Spiritum sanctum numerat, quia principium Spiritus immediate Filius est. Creaturarum quippe omnium æqualiter tres personæ principium exsistunt; ex quo patet, quod Spiritus sancti principium Filius est. Verumtamen ad Patrem et quæ Filii et quæ Spiritus sunt, referuntur, qui solus sine initio et sine causa est, Filius autem ex Patre genitus principium est Spiritus sancti. Quod syllogismo, qui supponitur, demonstrari potest: Quidquid est in sancta Trinitate principium, alicujus in ea principium exsistit; alioquin solum pro nihilo Filium sanctus vir principium nominasset, cum omnium conditorum tres personæ pariter censeantur principium. At vero Filius est in sancta Trinitate principium; Filius igitur alicujus est in ea principium; sed non est Patris principium Filius; necesse igitur ut Spiritus sancti principium exsistat. » Eodem præclaro testimonio et alii theologi utuntur (10). Demum æquipollentia omnino verba sunt Gregori Nysseni, qui statuit *ratione causæ præintelligi Spiritu Filium* l. I, *contra Eunom.* p. 164): « Quemadmodum enim Patri [316] conjungitur Filius, et ex ipso esse habens secundum exsistentiam tamen ei non est posterior: ita rursus et *Unigenito* adhæret Spiritus sanctus, *præintellecto tantum secundum causæ rationem* præ hypostasi Spiritus. Temporis autem extensiones et intervalla in vita, quæ est ante sæcula, locum non habent, adeo ut ratione causæ ablata nulla re a se ipsa Trinitas dissideat (11). Hinc sicut Pater præintelligitur Filio secundum rationem τῆς ἰατίας, ita eadem ratione Filius præintelligitur Spiritui. Quibus nihil sane luculentius ad Photii refutandam instantiam (12).

25. Pergit Photius (cap. 42): « Si principium est Spiritus Filii, quomodo non invenietur in superprincipali et superessentiali Trinitate secundum principium succrescens, idque principiatum, et non solum in primi principii opprobrium confictum, verum etiam contra eum ipsum, circa quem honor ille figuratur? Quod enim neque sibi neque alteri ullam utilitatem exhibeat, imo vero ne ansam quidem occasionemve ejus afferendæ undequaque inveniat, nonne id Filium injuria affectum manifestat et honoris nomine atrociorem adhuc injuriam reddit? Nam cum Spiritus ex Patre ab æterno processionem abundanter possideat, cujus alterius productionis vel substantiationis suppeditator et largitor principium ab illis effictum apparebit? » Porro hic rursus [317] duæ processiones supponuntur, rursus ea quæ ad capp. 7 et 31 dicta sunt (§§ 4, 14, 22) recurrat animadvertenda. Imo vero cum et Pater et Filius præintelligantur præ Spiritu (§ 24), cum divina essentia jam communicata intelligatur Filio, priusquam Spiritui communicata percipiatur; divina autem essentia simplex et indivisibilis sit: fieri non potest, ut Filius, si perfecte et vere eam possidet, a spiratione excludatur vel ut honor ei debitus retineatur, si nihil in spirationem ipse influat. Joan. Argyropulus (13) hoc nobilissimum argumentum egregie evolvit.

26. « Sed quomodo non in duos ab ipsis dividetur Spiritus? Unum quidem ex Patre ut vero ac primario principio prodeuntem (absque principio Spiritum, cum jam intelligitur subsistere, proprietate ad Filium, scil. paternitate (ἤδη νοούμενος ὑφεστηκέναι τῇ πρὸς τὸν Υἱὸν ἰδιότητι τῇ πατρότητι): pari modo et Filius prius intelligitur quam Spiritus... quod generari prius sit ipsa natura quam produci, c. 6, p. 408: Προεπινοηθήσεται γὰρ πατρότης τῆς ἐν Πατρὶ... προβολῆς· οὐκοῦν καὶ ὁ Υἱός, δθ' ὁ Πατὴρ ὡς προβολεὺς προάγει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὴν αὐτὴν ἔχων παρὰ τοῦ Πατρὸς διὰ γεννήσεως δύναμιν, τὴν προβλητικὴν δηλαδὴ, συνεπινοηθήσεται τῷ Πατρὶ πρὸς τὴν τοῦ Πνεύματος πρόοδον μίαν οὖσαν ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ μιᾷ δηλαδὴ δυνάμει καὶ ἀρχῇ κ. τ. λ. Deinde exponit, neque ex solo Patre neque ex solo Filio esse posse Spiritum; *non ex solo Patre*, ne Filius illi reputaretur dissimilis, tanquam qui eadem atque Pater perfectiones non possideret, propterea neque consubstantialis (οὐδὲ γὰρ ἐκ μόνου Πατρὸς, ἵνα μὴ νομίζοιτο ὁ Υἱὸς αὐτῷ ἀνόμοιος, μὴ τὰς αὐτὰς ἔχων τελειότητας τῷ Πατρὶ, καὶ διὰ τοῦτο μηδ' ὁμοούσιος) quod conformissimum est Arianæ hæresi, quæ Filium a divina Patris natura removebat; *non ex solo Filio*, ne iterum Filius ἀρχὴ ἄναρχος reputaretur indeque rursus a paterna essentia esset alienus; præterea ne et nepos Patris haberetur Spiritus sanctus et filius item Filio Dei; tertio ne quid Filio inesse veluti productivam facultatem (ὡς παρακτικὴν δύναμιν) Spiritus sancti opinaremur, quod non esset idem numero in Deo et Patre (ib. p. 409).

(9) *G. O.* I, 397: Λέγεις δὲ, ὅτι μόνη πηγὴ τῆς ὑπερουσίου θεότητος ὁ Πατὴρ, καὶ ἡμεῖς ὁμολογοῦμεν κάλλιόν σου καὶ θεολογικώτερον, ὁμολογοῦμεν δὲ καὶ τὸν Υἱὸν πηγὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος, τῷ μεγάλῳ Ἀθανασίῳ καὶ Γρηγορίῳ τῷ Θεολόγῳ καὶ Ἰωάννῃ τῷ Χρυσοστόμῳ ἑπόμενοι.

(10) Cf. Andr. Rhod. sess. 6, Flor. Bessarion. *Apol. pro Becci Epigr. contra Palam.* ap. Arcud. *Opusc. th.* p. 12.

(11) Ὡς γὰρ συνάπτεται τῷ Πατρὶ ὁ Υἱὸς καὶ τὸ ἐξ αὐτοῦ εἶναι ἔχων, οὐχ ὑστερίζει κατὰ τὴν ὕπαρξιν, οὕτω πάλιν καὶ τοῦ μονογενοῦς ἔχεται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐπινοίᾳ μόνῃ κατὰ τὸν τῆς αἰτίας λόγον προθεωρουμένου τῆς τοῦ Πνεύματος ὑποστάσεως· αἱ δὲ χρονικαὶ παρατάσεις χώραν οὐκ ἔχουσι ἐπὶ τῆς προαιωνίου ζωῆς· ὥστε τοῦ λόγου τῆς αἰτίας ὑπεξῃρημένου ἐν μηδενὶ τὴν ἁγίαν Τριάδα πρὸς ἑαυτὴν ἀσυμφώνως ἔχειν.

(12) Cf. Beccum, *De una. Eccl.* c. 25, 26 in *Camat. et Epigr.* I, (*G. O.* I, 126-133; II, 351, 352,524). Constant. Meliteniot. (*G. O.* II, 754); Gregor. Cpl. ad imp. Trapez. c. 5, 20. (*G. O.* I. 427, 428, 464); Bessar. ep. ad Alex. Lasc. (Hard. IX, 1065). Allat. *Vind. syn. Eph.* c. 41, p. 205; Petav. *De Trin.* VII, 3,3.

(13) *De proc. Spirit. sancti*, c. 4; *G. O.* I, 405, 406: Quemadmodum Pater prius intelligitur quam προβολεὺς, non secundum æternitatem..., sed secundum facultatem et productionem (κατὰ τὸ δύνασθαι καὶ προάγειν); prius enim Filium producit quam

enim est), alterum [318] vero ex secundo et principiato (neque enim est absque principio) spiritum admittere debent) » (cap. 43). Eadem ratione apud Beccum (*de proc. Spirit.* c. 6 ; *G O.* I, 288 seq.) hæc dubitatio proponitur : Si Spiritus sanctus per Filium procedit, quomodo non sunt duæ exsistentiæ (ὑπάρξεις) Spiritus, altera ex Patre, altera ex Filio ? Cui respondet ille id potissimum urgens, neque in rebus inferioribus et sensui subjectis, in quibus duo effectus conspiciuntur ex prima causa provenientes, quorum unus per alium est, duas ὑπάρξεις dici posse illius, quod est tertium ordine et non continenter (προσεχῶς) ex prima causa subsistit. « Dicite nobis, ait Beccus, an duæ solaris luminis exsistentiæ sunt, una ex disco, altera per radium ? Palam facite nobis, an duæ exsistentiæ unius sunt fluvii, una ex oculo, altera ex fonte ? (Alludit ad imagines Patrum art. 2, § 6.) Quod si in similibus sensui subjectis et naturæ creatæ finibus terminatis non possumus dicere duas esse unius rei exsistentias, quæ per effectum una secum emanantem ex prima causa exsistentiam possidet, quomodo de iis, de quibus naturæ ratio nutat, similia et quæcunque illa sint, dubitatis ? » Alia non minus evidens responsio ex Hugone Etheriano peti potest (l. II, p. 1255 *F.*) ita scribente : « Cæterum si ideo, quia ex duobus procedit, *dividuus* sit Spiritus, *Patrem* dicat quis eodem modo *dividuum* fore, cum ex se Filium generet emittatque Spiritum. Quomodo enim ex indivisibili duo quasi diversa Filius quidem per generationem, Spiritus vero per processionem progrediantur ? Fallacia pro certo id est, *cum ex relativis compositio fieri putatur.* » Audiatur et Georgius Metochita Maximi Planudæ refellens argumentum (*G. O.* II, 939, 940) : « Sicut enim Pater neque dividuus est neque compositus, quod generet Filium et Spiritum producat, licet aliud atque aliud generare et producere consideretur ; ex ambobus item egressus idem est et unus, quod istæ partes non sunt, sed proprietates ; neque secundum [319] aliquam recisionem utriusque progressus cognoscitur : pari ratione neque Spiritus dividuus est neque compositus, quod ex Patre et Filio, ex simplicibus est, nempe ex simplice per simplicem simplex, et ex individuis individuus, et ejusdem naturæ cum iis, qui ejusdem naturæ cum ipso sunt. » Et rursum (ib. 947, 948) : « Si Pater ingenitus cum sit, genitor est et productor, hoc quidem Spiritus, illo Filii, et Filii quidem genitor est, non productor, Spiritus vero productor, et non genitor, alius atque alius a se ipso Pater erit, indeque etiam compositus. Et nihilominus Spiritus ex utroque progressus (πρόοδος) unus idemque est, sed facultas generandi et producendi Patris alia et alia. Sed quemadmodum propterea Pater nullo modo in partes scinditur neque compositioni subjicitur (οὐ μεριστὸς ἐντεῦθεν, οὐ μὴν σύνθετος), quia illa Deitatis *partes* minime sunt, et consequenter neque *compositio ;* simplex enim supra omnem simplicitatem Deitas est et supra omnem divisionem indivisa ἁπλῆ γὰρ ἡ θεότης ὑπὲρ πᾶσαν ἁπλότητα, καὶ ἀμερὴς ὑπὲρ πᾶσαν ἀμέρειαν), sed proprietates circa ipsam consideratæ (ἰδιότητες περὶ αὐτὴν θεωρούμεναι) : pari modo neque qui ex duobus est progressus Spiritus a sua ipsius identitate eum exterminat aut compositum constituit (ἐξίστησιν αὐτὸ τῆς ταυτότητος ἑαυτοῦ ἢ σύνθετον παριστάνει), sed ex Patre est et ex Filio, ex Patre nempe per Filium, simplex ex simplicibus, ex simplici scil. per simplex, ut divinorum Patrum sententia est. » Qua dexteritate Metochita argumentum ab Hugone indicatum hic evolvit, eadem Patrum comparationibus egregie utitur (p. 937, 948, 949). Nec minus strenue Bessarion eamdem Planudæ ratiocinationem evertit, quam haud immerito velut materialia ac crassiora duntaxat sapientium et carnalibus inhærentium esse posse statuit (14). Quæ cum ita sint, inane prorsus est figmentum, [320] quod Photius inde deducit, loco fraternitatis quaternitatem christianis fore colendam, si Latinorum doctrina obtineret.

27. Quæ cap. 44 sequuntur, in Trinitate fore principium imperfectum, inutile, mancum, ex perfecto et imperfecto compositum, Filium scilicet, partim ex iis quæ nunc diximus (§ 26), partim ex ante dictis (art, 3, § 4 ; art. 4, § 4, 14) facile refutari possunt. Ad rem Hugo Etherianus (l. c.) : « Ast indubitato, inquit, (Filius) quidem *totus causa* et *totus ex causa* est, cum individuus sit et incorporeus. Quoniam vero *causa et causativum compositionem non inducunt*, manifestum. Ecce namque Filius et Spiritus principium et causa cum Patre sunt conditrix universitatis, ex Patre quidem causa Filio et sancto Spiritu secundum aliam et aliam speciem, in quo magis quam aliquo alio compositio (*ed.* composito) appareat, exsistentibus ; quippe creaturarum alteruter (uterque) causa dicitur, ut efficiens conditrix scil., secundum quam

(14) Bessar. *c. Planud.* (ap. Arcud. et in cod. Mon. 27 f. 80 b. 75 a.) Εἰρῆσαι, ὅτι ᾗ μονὰς καὶ Θεὸς εἷς ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα προάγουσι καὶ διὰ τοῦτο οὐ δυνατὰι καὶ ταὐτὸν ἑαυτοῦ εἶναι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον · ἀλλ' ἀνάγκη μᾶλλον εἶναι ταὐτὸν ἑαυτῷ · διὰ τοῦτο προϊέναι ἐκ τούτων ὡς ἐκ μονάδος · τὸ γὰρ ἕτερον ἑαυτοῦ καὶ σύνθετον ὑπολαμβάνει τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον διὰ τὸ ἄλλο μὲν δεῖν εἶναι τὸ ἐκ Πατρὸς, ἄλλο δὲ τὸ ἐξ Υἱοῦ, τῶν πάνυ σωματικῶν ἔστιν ἐννοεῖν καὶ λίαν ὁλικῶς τε καὶ σαρκικῶς τὰ ἐκεῖσε νοούντων · οὐ γὰρ οὕτως ἡ τοῦ Πατρὸς ἐνέργεια τῆς τοῦ Υἱοῦ ἀπεσχοίνισται, ὡς ἡ ἐμὴ τῆς σῆς, οὐδ' οὕτως ἄλλος καὶ ἄλλος εἰσὶν, ὡς ἐγὼ καὶ σύ · τότε γὰρ ἂν μόνος εἶχε χώραν ἡ ἐν τῷ ἀποτελέσματι σύνθεσις · εἰ γὰρ καὶ ἄλλος καὶ ἄλλος τοῖς προσώποις εἰσὶν, ἀλλ' οὐδὲν ἧττον εἷς καὶ ὁ αὐτός εἰσι τῇ θεότητι καὶ εἷς ἀριθμῷ · ὡς εἶναι αὐτῶν καὶ μίαν τῷ ἀριθμῷ τὴν ἐνέργειαν · ὧν δὲ ἡ ἐνέργεια μία, πῶς οὐ καὶ τὸ ἓκ ταύτης ἓν ἂν ἁπλοῦν εἴη, καὶ πάντη ἀσύνθετον καὶ ἐξ ἀνάγκης ταὐτὸν ἑαυτῷ ;

speciem habitudinis nullo modo Spiritus vel Filius ex Patre prodeunt; eorum enim quisque creator est, non creatura... Igitur si causa et causativum (causatum) secundum differentem habitudinem Spiritus Filio Spirituique competentia nullam in eisdem faciunt compositionem, manifestum, quod neque Filius ex eo quod similiter Patri Spiritus causa nuncupetur, compositionem habeat. » Hic sequens Photii argumentum (c. 45) quo arguit causarum dualitatem minime congruere unitati et simplicitati Spiritus sancti hancque illam excludere, pariter expediendum est; unum sane est principium, una virtus et actio spirativa eaque simplex, unus et simplex est hujus actionis terminus. Ad id quod Methonensis ait : « Quod ex duobus est, ei quod ex uno tantum, nunquam est æquale, » scite respondet Hugo Etherianus (l. II, c. 12, p. 1226) argumentum ita retorquens : « Quod ex uno, ei quod ex nullo est, nunquam est æquale. At vero Filius ex uno solo, Patre scil., qui a nullo habet exsistentiam; inæquales sunt ergo Pater et Filius. » Sed « non sunt hæc in quantitatum proprietate, quia neque mensura neque quantitas in divinis est.

(4) Φωστῆρας καὶ ὁδηγοὺς τελεσιουργῶν. Et hic mire allucinatus Metius, dum ita reddit: *Lumina quædam et duces sacerdotum.* Imo certe, *Lumina ducesque consecrans, initians, ordinans* : quod per auctoritatem facit Christus, ipse summus sacerdos, suoque sacerdotio (primo aut secundo ordine) per suos vicarios episcopos, eos qui initiantur, seu ordinantur, impartiens. Bene Bud. p. 817. Τελεσιουργὸν δύναμιν τῶν ἱεραρχῶν Dionysio dictam exponit, *Vim initiatricem et consecratricem* : et τελεσιουργεῖν, τὸ τελεῖν. Cujus fere voces sequuntur recentiores Græcorum Theologi : nec in re sic trita debuit Metius cespitare.

(5) Εἰ μὴ καλῶς. Ab hac expostulatione, nec ipsum ad quem scribit, videtur eximere, aut ejus mentem alias exploratam habere. Metius etiam nihil Photii πάθος exprimit, quod hic maximo utitur, rei indignitatem, ut sibi videtur, exaggerans:

Κυριακαῖς φωναῖς ἐξαρκεσθέντες, ἢ τῶν Πατρικῶν τε καὶ συνοδικῶν ὅρων καὶ δογμάτων ἔχοντες λόγον οὐδένα, ἢ τῆς ἐκεῖθεν ἀκριβείας ὑπερορῶντες, ἢ τὸν νοῦν πρὸς τὰ τοιαῦτα φέροντες πεπωρωμένον, ἢ οὐκ οἶδ' ὅπως ἄν τις καὶ φαίη, ὅμως οὖν, ὡς εἴθε μὴ ὤφελεν, ἦκεν εἰς ἡμετέρας ἀκοὰς, ὥς τινες τῶν ἀνὰ τὴν Δύσιν, τὸ θεῖόν τε καὶ πανάγιον Πνεῦμα, οὐ μόνον ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, ἀλλὰ καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι παρεισάγουσι· καὶ πολλὴν ἐντεῦθεν τὴν βλάβην διὰ τῆς τοιαύτης φωνῆς τοῖς πειθομένοις ἀπεργάζονται. Τοῦτο δὲ κατὰ γνώμην μὲν τοῖς οὕτως ἐξ ἀλόγου προλήψεως ἔχουσιν, οὐ τοσαύτην, καίτοι πολλὴν, διὰ τὸ τῆς ἀγνοίας προκάλυμμα, τάχα οὐκ ἂν προξενήσειεν· ἐρεύνης δὲ προτεθείσης, καὶ τρανῶς διά τε τῆς ἄλλης ἡμῶν ἱερᾶς Γραφῆς, καὶ αὐτῆς δὴ τῆς Κυριακῆς φωνῆς ἐλεγχθείσης πλάνης, εἰ μὴ θᾶττον μὲν ἀποσταῖεν ὡς ἐνησχαμένοι τῆς ἀτόπου δόξης· θᾶττον δὲ τοῖς ὀρθῶς ἐπιδεδειγμένοις καὶ προτεθεῖσιν ἐπασμενίσειεν, εἰς ὅσην οἱ τοιοῦτοι καταφέρονται βλασφημίαν· ὅσης δὲ καταδίκης ὑπευθύνους ἑαυτοὺς ἀποφαίνουσι, κἂν μηδεὶς ἀνακηρύττῃ, κατάδηλον. Ἐκπεσοῦνται γὰρ μετὰ τῶν ἄλλων ἀγαθῶν, καὶ τοῦ τῆς εὐσεβείας φρονήματος, καὶ αὐτοῦ τοῦ θείου Πνεύματος, ὡς ταπεινοῦντες τὸ Πνεῦμα, οἷα δὴ ἐκ τοῦ Υἱοῦ δογματίξοντες ἐκπορεύεσθαι· καὶ δευτέρᾳ προόδῳ, αὐτὸ μὲν ἐνυβρίζοντες, χλευάζοντες δὲ καὶ τὴν μίαν ἐκπόρευσιν. Πῶς γὰρ οὐκ ἄτοπον· μᾶλλον δὲ, πῶς οὐκ ἰσχάτης βλασφημίας πλῆρες, τὸ πρὸς αὐτὰς τὰς Δεσποτικὰς φωνὰς ἀπομάχεσθαι· καὶ τῇ πανταχοῦ κρατούσῃ τῶν μεγάλων καὶ ἀρχιερατικῶν θρόνων (6) παραδόσει τε καὶ διδασκαλίᾳ ἀντεπανίστασθαι;

A plane scio quomodo non amaro tristique animo dicam. Velut namque Dominicæ voces ipsæ non bene haberent, aut eis sufficerent, vel nullam Patrum et conciliorum definitionum ac decretorum rationem haberent, eorumve eo nomine diligentiam sperneret, aut in talibus cæco animo essent, vel nescio quomodo quis etiam possit eloqui; atque utinam nec res esset, pervenit ad nostras aures, quod nonnulli Occidentalium, divinum ac sanctissimum Spiritum non solum ex Deo et Patre, verum etiam ex Filio procedere novo dogmate introducunt; multamque inde labem, per ejuscemodi vocem, illis creant, qui eis credunt ac parent. Quod vero ex eorum mente est, qui sic inconsulte occupata opinione imbuti sunt, etsi magnam, propter ignorantiæ B tamen objectum velamen haud tantam eis forte noxam attulerint. Proposita vero indagine, eorumque errore cum ex aliis sacris Scripturis, tum ex ipsa utique Dominica voce clarius confutato, nisi quamprimum ab hujusmodi absurda opinione resipuerint, ociusque his, quæ rite probata sunt ac proposita non acquieverint, ad quam blasphemiam istiusmodi prolabantur, ac quantæ damnationis reos seipsos efficiant, etsi nemine prædicante, plane compertum est. Excident enim cum reliquis bonis, etiam a pietatis sensu, ipsoque divino Spiritu, ut qui Spiritus dignitati detrahant; quippe qui dicant illum ex Filio procedere, aliaque processione; tum illi contumeliam irrogantes, tum et singularem unamque processionem ostentui habentes. Quomodo enim non absurdum; vel potius, quomodo non C extremæ plenum blasphemiæ est, Dominicis ipsis vocibus adversari? traditioni quoque et doctrinæ refragari, quæ ubique apud magnas primique sacerdotii sedes viget?

Δ'. Καὶ γὰρ ἵνα τοὺς πρὸ αὐτοῦ ἐάσω, καὶ Λέων ὁ τῆς Ῥώμης ἀρχιερεὺς, ὅ τε παλαιὸς, καὶ πάλιν ὁ μετὰ τοῦτον νέος Λέων, τὰ αὐτὰ φρονοῦντες τῇ καθολικῇ καὶ ἀποστολικῇ Ἐκκλησίᾳ, καὶ τοῖς πρὸ αὐτῶν ἁγίοις ἀρχιερεῦσι, καὶ τοῖς ἀποστολικοῖς θεσπίσμασιν ἐπιδείκνυνται. Ὁ μὲν, τῇ τετάρτῃ καὶ οἰκουμενικῇ ἁγίᾳ

IV. Atque ut illo superiores omittam, etiam Leo Romanus pontifex, tum senior, tumque rursus, qui illum secutus est, Leo junior, eadem sentire cum catholica et apostolica Ecclesia, et sanctis episcopis, qui eos præcesserunt, nec non apostolicis decretis assentiri, noscuntur. Nempe prior, qui quartæ

NOTÆ.

quæ tamen ejus inepta exaggeratio, et qua confi- D ciatur, præter primo traditam fidem vel sacris Evangeliis, vel etiam Symbolo, nihil per Ecclesiam potuisse addi explicationis causa, et ad novos errores convellendos, nisi summa temeritate et contemptu divinorum eloquiorum, quasi illa sola non sufficerent. Quodque Romanus pontifex, etiam extra concilium generale fecerit, nihil mirum, cum et ipse conciliis generalibus quid sanciendum palam præscripserit, regulamque Patribus dederit, ut in tertio sextoque præsertim liquet, quæ fidelibus omnibus maximæ sunt auctoritatis.

testate fundata, et per aliarum injuriam provecta, quam Christi institutione aut apostolica: non sicut sedes Petri, quam fulsit divina promissio, eaque primatum tenet, ac unum sub Christo caput omnium Ecclesiarum, suum præsulem habet: ineptique Photius, qui sua, aliorumve Orientalium auctoritate, ei velit præscribere: falsoque sibi assumit omnes, qui verborum Dominicorum simplicitate contenti, explicationem aperte non abjiciant: mirumque nec unum veterum afferre potuisse, vel Photium, vel alios sequaces, qui spiritum a Filio inficiaretur, aut ex solo Patre diceret, nisi ubi semel plagio manus sacrilega sæviit, nec tamen plagium obtegere potuit; ut est auctor Georgius Metochita, cujus utinam aureos libros a me acceptos evulgasset Leo Allatius, illisque tertium tomum Græciæ Orthodoxæ primum fecisse. Dolet certe tanti confessoris lucubrationem illam, tuenda Romana et apostolica fide, nec Romæ invenire qui producat.

(6) Καὶ ἀρχιερατικῶν θρόνων. Romanus Cod. si bene reddidit Metius, πατριαρχικῶν, quod forte melius, aut saltem expressius. Ex his enim potissimum sedibus propter primatum sacerdotii, petenda regula fidei; sed præcipue ac singulari privilegio, a Romana, cum reliquis sæpius error obrepserit, præsertim Constantinopolitanæ, quæ nova Roma, secundam jactata seniore; ipsa sæculari potius po-

œcumenicæ sanctæ synodo momenti plurimum attulit, tum per sacros viros quos ex persona sua legatos destinavit ac vicarios, tu per epistolam, qua Nestorium atque Eutychen prostravit : in qua etiam Spiritum sanctum ex Patre procedere, juxta superiora decreta, non autem ex Filio, prædicavit.

V. Similiter vero etiam Leo junior prioris illius nedum nomen, sed et parem fidem adeptus : hic nimirum ; hic, inquam, pietatis fervens æmulator, ut nullo pacto, barbaro idiomate intemerata nostræ fidei regula corrumperetur, Græca lingua, ut et a principio dictata fuerat atque lecta, per eam Occidentalibus laudandam ac prædicandam divinam sanctamque Trinitatem tradidit. Neque id verbo solum ac jussione, verum etiam quibusdam ancilibus velut titulis columnarum more inscribens, obque omnium ponens oculos, ad fores ecclesiæ affixit : quo videlicet cunctis facile, nullaque depravatione fidem addiscere liceret ; nec usquam via esset occultis ejusmodi depravatoribus ac vanarum doctrinarum auctoribus adulterandi nostram Christianorum fidem, alteramque præter Patrem. Spiritus causam, Filium invehendi ; qui pari honore, quo a Patre Filius genitus est, a Patre procedit.

VI. Neque hi duo solum in Occidente quondam micantes sacrati viri, ab omni immunem novitate pietatem servarunt (non enim sic rati in Ecclesia Occidentali sacri præcones atque doctores) verum, etiam alius eorum non facile numerabilis cœtus ac chorus, qui illis, quos dicebam, viris, quasi extremis summisque interjecti, pari pietatis luce splendescunt. Cum igitur Ecclesia Romana una cum aliis quatuor primi sacerdotii sedibus eadem sentiat et confiteatur ; et in petra verborum Domini fundata sit atque firmata ac radicata Ecclesia (contra quam

A συνόδῳ πολλὴν συνεισενεγκών τὴν συγκρότησιν (7), διά τε τῶν εἰς πρόσωπον αὐτοῦ σταλέντων ἱερῶν ἀνδρῶν, καὶ διὰ τῆς οἰκείας ἐπιστολῆς · δι' ἧς καὶ Νεστόριος καὶ Εὐτυχὴς καταβέβληνται · ἐν ᾗ καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ Πατρὸς κατὰ τὰς πρὸ αὐτοῦ συνοδικὰς ψήφους · ἀλλ' οὐχὶ καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἀνεκήρυττεν ἐκπορεύεσθαι.

Ε'. Ὡσαύτως δὲ καὶ ὁ μεταγενέστερος Λέων, ὁ τὴν πίστιν ὥσπερ τὴν κλῆσιν ἐφάμιλλος · οὗτος δὴ, οὗτος ὁ τῆς εὐσεβείας θερμὸς ζηλωτὴς, ὡς ἂν κατὰ μηδένα τρόπον μηδαμῶς παραχαράττοιτο βαρβάρῳ γλώσσῃ τὸ ἄχραντον ἡμῶν τῆς εὐσεβείας μάθημα, Ἑλληνίδι φωνῇ, ὥσπερ δὴ καὶ κατ' ἀρχὰς εἴρηται (8), τοῖς ἐν τῇ Δύσει δι' αὐτοῦ δοξολογεῖν καὶ θεολογεῖν τὴν ἁγίαν Τριάδα παραδέδωκε. Καὶ οὐ λόγῳ μόνον καὶ προστάγματι, ἀλλὰ καὶ θυρεοῖς τισι πεποιημένοις, ὥσπερ στήλαις τισὶν ἀναγραψάμενός τε καὶ εἰς ὄψιν ἁπάντων προθεὶς, κατὰ τὰς πύλας τῆς ἐκκλησίας προσέπηξεν · ὡς ἂν πᾶσιν εἴη ῥᾴδιον τε καὶ ἀκαπέλευτον ἐκμανθάνειν τὴν εὐσέβειαν · καὶ μηδαμόθεν τοῖς κρυφίοις παραχαράκταις καὶ κενολόγοις (9) μέθοδος εἴη κιβδηλεύειν ἡμῶν τῶν Χριστιανῶν τὴν εὐσέβειαν · καὶ δεύτερον αἴτιον εἰσάγειν παρὰ τὸν Πατέρα τὸν Υἱὸν, τοῦ ὁμοτίμως τῷ γεννηθέντι Υἱῷ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευομένου Πνεύματος.

Ϛ'. Καὶ οὐχ ἡ δυὰς αὕτη μόνον τῶν ἱερῶν ἀνδρῶν, κατὰ τὴν Δύσιν διαλαμψάντων, τὴν εὐσέβειαν ἀκαινοτόμητον διεσώσαντο (οὐχ οὕτω σπανίζει κηρύκων ἑσπερίων ἡ Ἐκκλησία), ἀλλὰ καὶ ἄλλος χορὸς οὐκ εὐαρίθμητος· οἱ καθάπερ ἄκροις τοῖς εἰρημένοις ἀνδράσι ἐμπεριέχονταί τε καὶ συνεκλάμπουσι τὴν εὐσέβειαν. Οὕτω γοῦν τῆς Ῥωμαϊκῆς Ἐκκλησίας (10) τοῖς ἄλλοις τέσσαρσιν ἀρχιερατικοῖς θρόνοις συμφωνούσης τε καὶ ἀνομολογούσης · καὶ ἐν τῇ πέτρᾳ τῶν Δεσποτικῶν ῥημάτων ἐνιδρυμένης τε καὶ στηριζομένης τῆς Ἐκκλησίας (καθ' ἧς οὐδὲ πύλας ᾅδου

B

C

NOTÆ.

(7) Συνεισενεγκών τὴν συγκρότησιν. *Multum augmenti opisque contulit.* Nam Suid. συγκροτεῖ, αὔξει, συμπράττει. *Multum monumenti attulit* : illo conflando multus fuit, ejusque definitionibus, ac si quid ejusmodi vox συγκροτεῖν ad propositum potest exponi : non quod reddit Metius extra Photii sensum, *Multas laudes est assecutus* : etsi enim valde laudatus in quarta synodo Leo fuit, ejusque epistola ad Flavianum, nihil tamen Photius eam arcessit laudem, sed vim ipsam doctrinæ ac rectam fidem, quia idem Leo synodo præivit, eamque constabilivit atque instruxit. Illud, καὶ οὐχὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ, Photii glossema est, adversum Leonis menti, qui ex utroque palam Spiritum suis ad Hispanos litteris professus est : etsi in synodo Filium non expressit.

(8) Ὥσπερ δὴ κατ' ἀρχὰς εἴρηται. *Quomodo a principio dictata, atque edita fidei regula.* Τὸ τῆς εὐσεβείας μάθημα. Nempe Symbolum, CPlitanum Sic non bene Metius, *Ut initio dictum est* ; quasi ejus aliquid antea Photius meminisset. Leo iste antiquitatis tenax, cogentibus Gallis, ut quod ipsi aliæque gentes a Romana sede accepissent, Romæ symbolo inseri ac prædicari juberet, fortiter obstitit, negans omnem fidem atque doctrinam symbolo inserendam ; sed satis esse ut mente teneatur, uti ipse tenebat ex majorum ratione, esse Spiritum sanctum etiam ex Filio. Metuebat forte Orientalium offensionem, quam nec ea dispensatione Ecclesia Romana vitare potuit, et ut Schismaticorum livore erroris in fide ea parte non notaretur, Photio præsertim auctore : quem majoribus animis secutus Michael Cerularius, pari ipse livore, insanabile divortium fecit.

(9) Καὶ κενολόγοις. Legit Metius καινολόγοις · *novatoribus* : uti etiam in Paulo, *I Tim*, VI, 10, varia lectio est : nec vel antiquis certum, utrum legendum sit, τὰς βεβήλους κενοφωνίας, ut modo Græca habent, an καινοφωνίας, ut legit Vulg. favetque Chrys. quod alias τὸ, βεβήλους, videretur vacare. Sane quidquid κενὸν, *vacuum, inane*, ipsum βέβηλον (id est, profanum) non item quidquid καινὸν, id est *novum*.

(10) Τῆς Ῥωμαϊκῆς Ἐκκλησίας. Quod Romanam Ecclesiam in partem dogmatis trahit Photius ; argumento est necdum Romæ acrius pugnatum pro eo articulo : vel potius de Romana Ecclesia sic dissimulat Photius pro sua cum Joanne papa necessitudine, et accepta ab eo indulgentia, qua et ejus legatos sibi consensisse jactabat. Alios ergo incertos suggillat, puta Gallos aut Hispanos, sic palam ex Filio profitentes, a quorum sensu studet avocare Aquileiensem.

ἤτοι τὸ ἀπύλωτα τῶν αἱρετιζόντων στόματα, μηδαμῶς ἰσχύειν αὐτῇ διετράνωσεν ἡ ἀλήθεια), πόθεν, καὶ ἐκ τίνων ἡ καινὴ αὕτη παραναδύεται κατὰ τοῦ Πνεύματος βλασφημία ; Καὶ πῶς οὐκ ἂν εἴη τὸ συνεχθὲν πολλῶν μὲν ἄξιον στεναγμῶν· πολλῶν δὲ δακρύων, πολλῆς δὲ σπουδῆς ἀναχαιτίσαι τὴν νομὴν τοῦ πάθους, καὶ μὴ πλείου; ὁρᾷν καταβοσκόμενον τῶν εἰς ποίμνην Θεοῦ καταλογισθέντων τὸ νόσημα ;

A neque inferi portas [32], ora videlicet hæreticorum portis carentia, ullo pacto prævalere posse, ipsamet declaravit veritas), unde, et ex quibus nova hæc emersit adversus Spiritum blasphemia ? et quomodo non multis istud prosequendum lacrymis ac suspiriis ? Multaque opus diligentia ad cohibendum hujus mali progressum, ac ne plures depascere labem videamus, eorum, qui in Dei grege numerantur.

Ζ'. Διά τοι τοῦτο καὶ ἡ ἡμῶν μετριότης ὥσπερ τινὰ μέγαν τῆς Ἐκκλησίας πρόμαχον, καὶ οἷα δὴ σκοπὸν τεθειμένον τῷ οἴκῳ Ἰσραὴλ, τὴν ὑμετέραν ἐπ' ἀρετῇ τελειότητα προκαλούμεθα, τὸν ἐν τῇ καρδίᾳ ζῆλον ἔνθεον εἰς μέσον ἐκπυρσεῦσαι· καὶ οἷα δὴ τὴν τῆς ἀρχιερωσύνης λυχνίαν ἀνάπτοντα, πᾶσι τοῖς πλανωμένοις φῶς σωτήριον ἐναυγάσαι· καὶ τῆς B πλάνης μὲν ἀποστῆσαι, χειραγωγῆσαι δὲ πρὸς ἀνὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἐξηπλωμένην εὐσέβειαν.

VII. Hac igitur de causa, nos quoque humiles, velut magnum quoddam Ecclesiæ columen, ac quasi speculatorem positum domui Israel, prestantem vestram provocamus virtutem, ut Dei zelum, quem in corde habetis, in medium lucente flamma suscitetis ; summique sacerdotii velut accensa lucerna, errantibus omnibus salutare lumen invehatis, atque ab errore avocatos, ad pietetem toto terrarum orbe explicatam, manu ducatis·

Η'. Πρῶτον μὲν γάρ, ὡς εἴρηται, τὸν Κυριακὴν ἔχει φωνὴν, λαμπροτέραν πάσης λαμπηδόνος ἐξαστράπτουσαν, ἡ ἐκ τοῦ Πατρὸς τοῦ Πνεύματος ἐκπόρευσις· πρὸς ἣν ἀναβλέποντες, κἂν ὀψὲ γοῦν οἱ ἐκ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα δυσφημήσαντες ἐκπορεύεσθαι, παυσάσθωσαν τῆς ἐν πλάνῃ καὶ σκότῳ διατριβῆς, καὶ τῷ φωτὶ τῆς εὐσεβείας ἐλλαμπόμενοι, εἰς τὰς ἄδυτον ἐχούσας μάνδρας τὴν τῆς ὀρθοδοξίας αὐγλην, τοῖς εὐσεβέσι συνεισιέτωσαν, καταιδούμενοι, μάλιστα καὶ τὸν ἐπιστήθιον τῶν οὐρανίων δογμάτων μύστην καὶ μυσταγωγὸν, τὸν τῆς θεολογίας Ἰωάννην ἐπώνυμον· καὶ εἰς πρεσβείαν προβαλλέτωσαν, συγγνώμης τυχεῖν οἷς ἀπεναντίας αὐτοῦ τε καὶ τοῦ διδασκάλου, C καὶ τῶν μαθητῶν τοῦ θεολογικωτάτου (11) πάλαι ποτὲ ἐπανέστησαν. Τοῖς γὰρ ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ τὸ πανάγιον Πνεῦμα ἐκπορεύεσθαι δογματίζουσι, δύο πάντως αἴτια καὶ ἀρχαὶ συνεισέρχονται· καὶ ἡ ἐν τῇ Τριάδι μοναρχία φροῦδος οἰχήσεται. Δύο γὰρ φανερῶς τοῖς οὕτω λέγουσι τὰ αἴτια συνανακηρύσσεται, ἐξ ὧν καὶ ἡ μία εἰς δύο ἀρχὰς (τρίποιτο δὲ τὸ βλάσφημον εἰς τὰς τῶν αἰτίων κεφαλὰς) συνδιασχίζεται.

VIII. Primum quidem (uti jam dictum est) Dominicam habetis vocem, quavis face lucidius, Spiritum a Patre procedere prodentem : ad quam tandem aliquando levantes oculos, qui per blasphemiam, Spiritus ex Filio processionem docent, desinant in errore ac tenebris versari : fideique luce collustrati, pari cum orthodoxis fœdere caulas ingrediantur, orthodoxiæ radiantes jubare, quod nescit occasum ; eum præsertim reveriti qui e Dominico pectore haustis, liquoribus, cœlestium dogmatum discipulus ac doctor, effectus, Joannes a Theologia nomen est consecutus : eo intercessore veniam precentur, quod illi ac magistro, discipulorumque albo theologiæ radiis micantissimo, contrariis opinionibus quandoque olim obstiterunt. Quod enim sanctissimus Spiritus a Patre et Filio dicatur procedere, duas omnino causas ac principia est introducere : eoque in sancta Trinitate monarchiam penitus abolere. Qui enim sic loquuntur, duas perinde causas prædicabunt : hinc que adeo unum pariter principium (vertat Deus in reorum caput blasphemiam) in duo dividetur.

Θ'. Ἄλλως τε δὲ, εἰ μὲν τελεία ἡ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐστιν ἐκπόρευσις, τίς ἡ χρεία τῆς δευτέρας ἐκπορεύσεως, ἤδη τῆς τελειότητος ἐκ τῆς πατρικῆς προόδου καθορωμένης τῷ Πνεύματι ; Εἰ δ' ἀτελὴς, τίς ὑποίσει τὸ ἄτοπον ; Πρῶτον μὲν γὰρ ὁ τοῦτο φάναι τολμήσας, τῇ παντελείῳ Τριάδι τὸ ἀτελὲς ἐναπέρριψεν. Ἔπειτα δὲ καὶ ἐκ δύο πάλιν ἀτελῶν τὸ τελειοποιὸν Πνεῦμα συγκατεσκεύασε. Ναὶ δὴ καὶ σύνθετον ἀπετέλεσεν, ὡς ἐκ δύο τινῶν αἰτίων· καὶ τότε (ὦ γλώσσης ἀκρατοὺς καὶ γνώμης ἀγνώμονος !) ἀτελῶς ἐξ ἑκατέρου ἐκπορευομένου τοῦ Πνεύματος. Οἱ δὲ ταύτῃ τῇ δυσφημίᾳ κάτοχοι, κα νίωνὸν εἰπεῖν τὸ Πνεῦμα, οὐχ ἂν ἀποκνήσαιεν. Εἰ δὲ τὴν φωνὴν φυ- D

IX. Præterea, si perfecta est ex Patre processio, quid opus est altera processione, cum ex paterna jam processione Spiritus perfectus esse intelligatur ? Sin autem imperfecta, quis feret quod ita absurde asseritur ? Primum enim qui hoc audeat dicere, Trinitati, quæ modis omnibus perfecta est, imperfectionem tribuit. Deinde vero, ex duobus rursum imperfectis, auctorem omnis perfectionis Spiritum constituit : quin et compositum, velut ex duabus quibusdam, causis ac auctoribus, fecit : et ita (o linguam incontinentem et reprobam mentem !) ex utroque imperfecte Spiritus procedet. Qui hac porro teneantur blasphemia, nec Spiri-

[32] Matth. xvi, 18.

NOTÆ.

(11) Τῶν μαθητῶν τοῦ θεολογικωτάτου. Metius plurali numero reddit : *Et alios discipulos* ; non explicata etiam voce θεολογικωτάτου. Velit forte Paulum, summum inter apostolos theologum, cujus perinde vocibus abuti Latinos sequentibus causetur. At straminea omnia, ac satis jam superque a Catholicis elisa.

tum nepotem dicere recusaverint. Etsi enim hanc vocem piorum metu vitant, at sensum tamen, quibus ita docent, subministrant. Nam si Filius ex Patre exit per generationem, Spiritus vero ex Filio per processionem exsistit, plane in nepotis ordinem transibit. Id vero qua ratione ferendum, quibus curæ sit ut pietatem colant, et Christianorum numero censeantur? aut quomodo diutius neglectum ne arguatur, non eos qui silent, Dei tamen munere sensu præditi sunt atque gratiis ad arguendum, in parem his qui blasphemant, trahet interitum?

X. Tu vero mihi, sacrorum hominum sacratissime, quod ex illorum absurda opinione emergit incommodum, eis objice. Si enim etiam Spiritus procedit Filii generatione, ac simul alter quidem gignitur; alter vero ex eo procedit, qui gignitur, seu nascitur; nihil minus etiam Spiritus, quam Filius, ex Patre gignendo procedet, quandoquidem generat Filium Pater; Spiritus vero una cum Filio procedente per generationem, procedit. Sin autem aliud eis tempus Filium ex Patre gignendo cogitandum ingerit, aliud vero Spiritum ex Filio procedere facit (forsitan enim ipsum hoc pressi difficultate fingent), prorsus necesse erit ut Spiritum Filii generatione posteriorem, illoque juniorem statuant. Sin autem manifestæ hujus impietatis periculum subverentes resilierint, procul dubio Spiritum genitum esse fateri cogentur.

XI. Audio autem istos adversus Paulum audere, divinumque eum virum contra communem Dominum ac magistrum, hæresis suæ patrocinium objectare. Aiunt enim dixisse, *Misit Deus Spiritum Filii sui clamantem in cordibus nostris, Abba, Pater* [33]. Sed illi, qui verbis istis Apostoli suam se inscitiam confirmare existimant, illud noverint, quibus sibi niti videntur Apostoli sententiis, iisdem magis errare ipsos argui. Non enim ea, quæ Paulus docet, ac prædicat, vitio vertimus: sed qua divinas illius voces depravant, reprehendimus. Et quoniam quæ nec dixit unquam ille, nec ut diceret ei in mentem venit, ad ejus calumniam impudenter adducunt: eaque ratione justam in seipsos deprehenduntur ferre damnationis sententiam. Filii igitur Spiritum vir ille cœlo sublimis, a Patre missum esse dixit. Dicito et tu eamdem ac Paulus vocem. Est enim Filii spiritus; nam nec alienus, nec pugnantia loquitur, aut ei contraria sancire visus est unquam: sed quia sicut ejusdem essentiæ ac virtutis sunt, ita ejusdem quoque consilii ac voluntatis, eodemque similiter modo ad unum referuntur (qua alter natus est, alter processit), Filii Spiritum nuncupavit. Ita hi quoque loquantur: nullusque erit qui hæreseos insimulet. Non dixit, *Procedit a Filio*: quod si qui dicant, cum Pauli doctrinæ injurii sunt, tum se opinionis hæreticæ reos constituunt. Sin autem idcirco quod dicitur *Spiritus Filii*, etiam procedere eum existimant, Patrem quoque ex Filio procedere do-

[33] Gal. IV, 6.

A λάττονται φόβῳ τῶν εὐσεβῶν· ἀλλ' οὖν τὸ φρόνημα, δι' ὧν δογματίζουσι, θάλπουσιν. Εἰ γὰρ ὁ μὲν Υἱὸς ἐκ τοῦ Πατρὸς διὰ γεννήσεως πρόεισι· τὸ Πνεῦμα δὲ ἐκ τοῦ Υἱοῦ δι' ἐκπορεύσεως, εἰς υἱωνοῦ τάξιν περιστήσεται· καὶ πῶς ἂν εἴη τοῦτο φορητὸν τοῖς εὐσεβεῖν σπουδὴν ποιουμένοις, καὶ τῷ τῶν Χριστιανῶν καταλόγῳ συνεξετάζεσθαι; ἢ πῶς ἐπὶ πολὺ παρορώμενον ἀνεξέλεγκτον οὐ συνελκύσει, τοὺς σιγῶντας μὲν, νοῦ δὲ ἐκ Θεοῦ καὶ χαρίτων διελέγχειν ἀπολαύσαντας, εἰς τὴν τῶν βλασφημησάντων ἀπώλειαν;

Ι'. Σὺ δέ μοι ἀνδρῶν ἱερῶν ἱερώτατε, καὶ τοῦτο τῆς αὐτῶν ἀτόπου δόξης ἀναφυόμενον αὐτοῖς ἐπιδείκνυε. Εἰ γὰρ τῇ τοῦ Υἱοῦ γεννήσει ἐκπορεύεται καὶ τὸ Πνεῦμα· καὶ ἅμα ὁ μὲν, γεννᾶται· τὸ δὲ, τοῦ B γεννωμένου ἐκπορεύεται, οὐδὲν ἔλαττον τοῦ Υἱοῦ καὶ τὸ Πνεῦμα ἂν εἴη ἐκ τοῦ Πατρὸς τὴν πρόοδον λαμβάνον διὰ γεννήσεως· εἴπερ γεννᾷ μὲν ὁ Πατὴρ τὸν Υἱὸν, τὸ Πνεῦμα δὲ τῷ Υἱῷ διὰ γεννήσεως προϊόντι συμπρόεισιν. Εἰ μὲν γὰρ ἄλλος αὐτοῖς καιρὸς τὸν Υἱὸν ἐκ τοῦ Πατρὸς ὑποβάλλει τῇ γεννήσει, ἄλλος δὲ τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Υἱοῦ ποιεῖ ἐκπορεύεσθαι (τάχα γὰρ καὶ τοῦτο συνελαυνόμενοι ἀναπλάσσουσι,) πάντως τὸ Πνεῦμα νεώτερον τῆς τοῦ Υἱοῦ γεννήσεως ἀναγκάσῃ ὑποστήσασθαι. Εἰ δὲ ταύτης τῆς περιφανοῦς θεομαχίας τὸν κίνδυνον ὑφορῶντες ἀποστήσονται, εἰς τὸ γεννητὸν ὁμολογεῖν τὸ Πνεῦμα ἑαυτοὺς συνελάσουσιν.

ΙΑ'. Ἀκούω δὲ τούτους θρασυνομένους κατὰ Παύλου καὶ κατὰ τοῦ κοινοῦ Δεσπότου καὶ διδασκάλου, C τὸν θεῖον Παῦλον εἰς συνηγορίαν τῆς οἰκείας προβαλλομένους αἱρέσεως. Ἐξαπίστειλε γὰρ, φασὶν, εἶπεν, ὁ Θεὸς τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ κράζον ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν, Ἀββᾶ ὁ Πατήρ· ἀλλ' οἵ γε τοῦτο τὸ ῥητὸν τὴν οἰκείαν κρατύνειν ἀμαθίαν νομίζοντες, ἐκεῖνό γινωσκέτωσαν, ὡς ἐν οἷς, τοῖς τοῦ Παύλου ῥητοῖς ὑπολαμβάνουσιν ἐπηρεάζεσθαι, ἑαυτοὺς μᾶλλον ἁμαρτάνοντας ἐξελέγχουσιν. Οὐ γὰρ αὐτοὺς ἐν οἷς κηρύσσει Παῦλος μεμφόμεθα· ἀλλὰ δι' ὧν τὰς ἐκείνου θεοπνεύστους φωνὰς παραχαράσσουσιν αἰτιώμεθα· καὶ διότιπερ ἃ μήτε εἶπεν αὐτὸς, μήτε ποτὲ ἐνενόησεν, εἰς κατηγορίαν αὐτοῦ ἀναισχυντοῦσι προκομίζειν· διὰ τοῦτο δικαίαν αὐτοὶ καθ' ἑαυτῶν ἀλίσκονται τὴν κατάγνωσιν ἐπιφέροντες. Τὸ Πνεῦμα τοίνυν τοῦ Υἱοῦ ὁ μετάρσιος ἄνθρωπος λέγει D ἀπεσταλθαι παρὰ τοῦ Πατρὸς· λέγε καὶ σὺ τὴν αὐτὴν τῷ Παύλῳ φωνήν. Ἔστι γὰρ τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ, ἐπεὶ μηδ' ἀλλότριον, μηδ' ἀντιφθεγγόμενον αὐτῷ, μηδ' ἀντινομοθετοῦν ὤφθη ποτέ· ἀλλ' ὅτι ὥσπερ τῆς αὐτῆς οὐσίας καὶ δυνάμεως, οὕτω καὶ τῆς αὐτῆς βουλῆς καὶ γνώμης, καὶ τῆς αὐτῆς ὁμοίως πρὸς τὸ ἓν· ἐξ οὗ, τὸ μὲν, γεγέννηται· τὸ δὲ, ἐξεπορεύθη, συννεύσεως, εἶπεν εἶναι τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ. Οὕτω κἀκεῖνοι λεγέτωσαν· οὐδεὶς αὐτοὺς αἱρέσεως ὁ γραφόμενος. Οὐκ εἶπειν, Ἐκπορεύεται τοῦ Υἱοῦ· ἂν τοῦτό τινες λέγωσι, καὶ τὴν Παύλου διδασκαλίαν ὑβρίζουσι, καὶ δόξης αἱρετικῆς αὐτοὺς

ἐνοχους δεικνύουσιν. Εἰ δ' ὅτι λέγεται τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ, διὰ τοῦτο φαντάζονται καὶ τὸ ἐκπορεύεσθαι· καὶ τὸν Πατέρα τοῦ Υἱοῦ δογματίσουσιν ἐκπορεύεσθαι. Λέγεται γὰρ ὁ Πατὴρ πανταχοῦ τοῦ Υἱοῦ. Καὶ πολλοὺς δ' ἂν οἱ τοιοῦτοι προβολέας καὶ αἴτια τοῦ Πνεύματος ὑποστήσονται. Λέγεται γὰρ οὐδὲν ἧττον, καὶ σοφίας Πνεῦμα, καὶ γνώσεως, καὶ δυνάμεως, καὶ τοιούτων θεοπρεπῶν ἄλλων. Εἰ οὖν διότι τούτων τὸ Πνεῦμα λέγεται, διὰ τοῦτο καὶ ἐξ αὐτῶν ἀπαιτοῦσιν ἐκπορεύεσθαι, ὁρᾷν ἔστιν αὐτῶν τὸ σοφὸν τῆς ἐπινοίας, εἰς οἷον βάραθρον πλάνης αὐτοὺς κατακρημνίζει καὶ ἀποπλανᾷ.

A cebunt. Ubique enim Pater Filii dicitur; multosque hi productores et causas [84], seu auctores Spiritus constituent. Nihil enim minus etiam Spiritus sapientiæ et scientiæ, intelligentiæ et fortitudinis, et aliorum istiusmodi divinorum donorum dicitur. Si igitur quod horum Spiritus dicatur, idcirco etiam ex illis procedere exigunt, licet intelligere in quod eos erroris barathrum præcipites agat, eorum mentis solertia.

ΙΒ'. Ἑτέρῳ δὲ τρόπῳ πάλιν ἕτερον βλάσφημον τῆς αὐτῶν ὁρᾶται δόξης ἀναφυόμενον. Εἰ γὰρ ἐκπορεύεται μὲν τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Υἱοῦ· οὐχ ὕστερον δὲ τῆς αὐτοῦ γεννήσεως οὐδὲ πρότερον· ἐν γὰρ τῇ παναγίᾳ Τριάδι τὰ χρονικὰ ταῦτα προσρήματα παντελῶς ἀπελήλαται· εἰ τοίνυν ἅμα μὲν ἐκπορεύεται τοῦ Πατρός, ἅμα δὲ τοῦ Υἱοῦ, συδιαιρεθήσεται ταῖς τῶν προβαλλομένων ὑποστάσεσι καὶ αὐτὸ τὸ προβαλλόμενον· καὶ δύο ἀνθ' ἑνὸς αὐτοῖς ἔσται τὸ Πνεῦμα· τὸ μὲν, τοῦ Πατρός· τὸ δὲ, τοῦ Υἱοῦ ἐκπορευόμενον. Καὶ γὰρ οὐδὲν ἐστι τοιοῦτον καινιζόμενον, οὐδὲ ἐπὶ τῶν διὰ γεννήσεως λαβόντων τὴν ὕπαρξιν· διαφορὰ μὲν γὰρ ὁρᾷν ἔστι καθ' ὑπόστασιν ἐκ μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς προϊόντα ὑποστάσεως· ἓν δὲ καὶ τὸ αὐτὸ καθ' ὑπόστασιν ἐκ διαφόρων προϊέναι, καὶ μὴ συνδιαιρεῖσθαι ταῖς προβαλλομένων ὑποστάσεσιν, οὔτε ἡ γένεσις οἶδεν, οὐδὲ εἴ τι κρεῖττον τῆς γενέσεως.

B XII. Alio præterea modo, alia iterum blasphemia, ex eorum opinione oriri cernitur. Nam si Spiritus a Filio procedit, non utique posterius, neque prius Filii generatione procedet. Prorsus enim eliminantur a sanctissima Trinitate ad verbia hæc temporis. Si igitur simul quidem a Patre, simulque a Filio procedit, ab utrisque producentium pariter distinctus personis erit: ac pro uno, duplex illis erit Spiritus, alter qui a Patre, alter qui a Filio procedit. Sane enim nihil ejus novitatis occurrit, nec in his quibus per generationem ut sint in rerum natura contingit. Diversa enim secundum substantiam videre licet, quæ ex una eademque substantia (seu hypostasi) procedunt. Quod vero unum et idem secundum substantiam ex diversis procedat, nec pari ac producentes substantiæ distinctioni C subjaceat, neque generatio ortusque productionis rerum agnoscit, nec si quid illo præstantius exsistit.

ΙΓ'. Καὶ γὰρ παῖδες μὲν πολλοὶ πολλάκις, ἐκ μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς, νηδύος, καὶ ἅμα, καὶ χωρὶς ὁρῶνται τελεσφορούμενοι· καὶ ἡ αὐτὴ χεὶρ καὶ τύπτει, καὶ γράφει καὶ εὐεργετεῖ, καὶ πρὸς τὸ Θεῖον ἀνατείνεται· τὸ γράφειν δὲ χειρὸς ἔργον ὁλόκληρον (12) ὁρᾷν καὶ ποδὸς ὁμοίως· ἢ τὸ βαδίζειν ὡσαύτως των εἰρημένων ἑκατέρου, ἢ τὸ βλέπειν ὄμματος καὶ ὠτὸς, ἢ τά τοιαῦτα, οὐκ ἄν τις καθαρεύων ἀναισθησίας νομίσειεν· ἀλλ' ὥσπερ ἀλλήλων τὰ μέρη τῇ οἰκείᾳ περιγραφῇ διεστήκασιν, οὕτω καὶ ἡ ἑκάστου ἐνέργεια πρὸς τὴν τῶν ἐνεργούντων φύσιν συνδιαιρεῖται, καὶ τῶν ἄλλων συναποδιίσταται. Καὶ ἐπὶ τῶν παντελῶς δὲ κεχωρισμένην λαχόντων τὴν ὑπόστασιν, ὁ αὐτὸς εἰρμὸς τῆς θεωρίας διασώζεται.

XIII. Etenim filii multi sæpenumero ex uno eodemque utero, et simul, et seorsim cernuntur in lucem edi; eademque manus et cædit et scribit, et beneficia præstat, et ad Deum tenditur: scribere autem cum manus integrum opus videre, tum similiter pedis: aut ambulare perinde utriusque dictorum munus esse, itemque oculorum auriumque videre, aut si qua ejusmodi sunt, nemo sanæ mentis putaverit: sed quemadmodum membra sua circumscriptione alia ab aliis distincta sunt, sic et cujusque vis ex operantium indole condividitur, et a reliquis condistinguitur. Atque adeo in iis etiam quæ D penitus discretam nacta sunt substantiam, idem contemplationis ordo servatur.

ΙΑ'. Τίς οὖν ἑτέρα πρόφασις τοῖς βλασφημεῖν αἱρουμένοις ὑπολείπεται; Εὐμήχανον γὰρ ὁ πονηρὸς εἰς ἀπάτην· κἂν ἡ τοῦ ἀκρογωνιαίου λίθου σοφία καὶ δύναμις, διὰ τῶν αὐτοῦ θεραπόντων ῥᾳδίως αὐτοῦ καταθραύσῃ τὰ μηχανήματα. Ἀλλὰ τί τούτοις

XIV. Quæ igitur alia volentibns blasphemare reliqua occasio? Facile enim qui prava est mente in errorem labitur; tametsi angularis lapidis sapientia ac virtus, per servos suos, eorum facile elidat consilia. At, quid illis ad blasphemiam reliquum? Do-

[84] Isa. xi, 1.

NOTÆ.

(12) Ἔργον ὁλόκληρον. Metius videtur legisse κατάλληλον· *magis congruum opus*: sed nihil ad rem reddit. Insulso Photius argumento, quod sensuum vitales operationes distinctæ, et sua cuique propria nec una integra ex duobus exire possit, a manu ambulare a pede scribere, etc., quod Spiritus a Patre procedat, non posse et a Filio procedere, quasi sit illorum disparata virtus non una simplicissima, qua sunt unum principium, unus auctor, una causa Spiritus, vere dormitans et ineptiens somniat. Aliaque hic insulsa deblaterat, ne veritatis quidem ulla specie, ut parum cautis obrepat.

mini ipsam sibi vocem usurpant, quasi minus habeant, quod ipsi a se Dominum blasphemant, nisi prius eum qui blasphematur, ejus ipsius blasphemiæ Legislatorem atque auctorem arcessant : dixit enim, aiunt, Salvator, *Ille de meo accipiet, et annuntiabit vobis*[35]. At, si quidem istud a nobis adversus illos afferatur, ut probemus Spiritum ex Patre accipere, atque ex illo, non vero ex Filio procedere, quodnam aliud effugium ne coarguantur possint adinvenire ? Qui igitur ea quæ manifeste illorum hæresis convincit insaniam, hæc eamdem ejus confirmandæ causa proferant, quomodo non deploratæ mentis sensu miseri habendi sint; miserabilioresque mentis sententia et voluntate ? Quid enim clarius Dominica hac voce, ad eorum qui illam afferunt, elidendam impudentiam ? Quid apertius ad probandum quod non ex Filio, sed ex Patre procedat Spiritus ?

XV. Etenim quod aliis locis dixit Salvator, Spiritum ex Patre procedere, hoc ipsum nunc in proposita docet auctoritate, dicendo, *Spiritus de meo accipiet*. Non enim dixit, ex me, sed, *de meo*, videlicet Patre ; nisi forte velint, aliud quid præterquam Patrem et Spiritum esse pariter ac dici Filii. Si igitur ita aperta contra sese argumenta pro se stare putant, undenam opem aliam conferre possint ut pravam mentem suam ac sententiam stabiliant ? Sed ut videtur, isti nec cunctis notas voces intelligentes, nec vel trivialem rerum notitiam habentes, nedum non ferunt ab aliis doceri quæ ignorant (etsi orare deberent, et sedulo quærere, qui ex ignorantiæ profundo extraheret), ut ipsi potius suorum se deliriorum magistros constituant. Quomodo enim non pudet, dicente Domino, *Spiritus de meo accipiet, et annuntiabit vobis*, non ita ac ille dixit istud

πρὸς βλασφημίαν ὑπόλοιπον ; Τὴν Κυριακὴν φωνὴν αὐτοῖς ὑποβάλλονται, οὐκ ἀγαπητὸν ἡγούμενοι δι' ἑαυτῶν τὸν Δεσπότην δυσφημεῖν, εἰ μὴ καὶ τὸν δυσφημούμενον, νομοθέτην τῆς δυσφημίας καὶ πρόλαβόντες κατηγορήσουσιν. Εἶπε γάρ, φησὶν, ὁ Σωτὴρ, Ἐκεῖνος ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν. Ἀλλ' εἴπερ ἡμῖν τοῦτο κατ' αὐτῶν ἐκομίζετο πρὸς ἀπόδειξιν, ὅτι ἐκ τοῦ Πατρὸς λαμβάνει τὸ Πνεῦμα, καὶ ἐξ αὐτοῦ, ἀλλ' οὐκ ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεται, τίνα ἂν ἀποφυγὴν τῶν ἐλέγχων ἑαυτοῖς ἐπινοήσαιντο ; Ἃ τοίνυν αὐτῶν περιφανῶς ἐλέγχει τὴν ἄνοιαν τῆς αἱρέσεως, ταῦτα πρὸς τὴν αὐτῆς βεβαίωσιν προβαλλόμενοι, πῶς οὐκ ἂν εἴησαν ἄθλιοι μὲν τὸν νοῦν, ἀθλιώτεροι δὲ τὴν προαίρεσιν ; Τί γὰρ ἂν εἴη ταύτης τῆς Δεσποτικῆς φωνῆς τρανότερον, τῶν προκομιζόντων αὐτὴν καταβαλεῖν τὴν ἀναίδειαν ; Τί δὲ παραστῆσαι φανερώτερον ὡς οὐκ ἐκ τοῦ Υἱοῦ, ἀλλ' ἐκ τοῦ Πατρὸς τὸ Πνεῦμα ἐκπορεύεται ;

ΙΕ'. Καὶ γὰρ ὅπερ ἐν ἄλλοις εἶπεν ὁ Σωτὴρ, τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται, τοῦτο καὶ νῦν διὰ τῆς προκειμένης ἐκδιδάσκει ῥήσεως, Τὸ Πνεῦμα, λέγων, ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται. Οὐ γὰρ εἶπεν, Ἐξ ἐμοῦ, ἀλλ' Ἐκ τοῦ ἐμοῦ · δῆλον ὅτι, τοῦ Πατρὸς (13)· εἰ μή τι ἄρα βούλοιντο ἕτερον παρὰ τὸν Πατέρα καὶ τὸ Πνεῦμα, εἶναί τε καὶ ὀνομάζεσθαι τοῦ Υἱοῦ. Οἱ γοῦν τοὺς οὕτω περιφανεῖς κατ' αὐτῶν ἐλέγχους ὑπὲρ αὐτῶν νομίζοντες ἵστασθαι, τίνος συμμαχίαν ἄλλην πρὸς βεβαίωσιν τοῦ πεπλανημένου φρονήματος ἐκπορίσονται ; Ἀλλ' ὡς ἔοικεν, οὐδὲ τὰς πᾶσιν ἐγνωσμένας φωνὰς συνιέντες οὗτοι, οὐδὲ τῶν ἐν χερσὶ μάθησιν ἔχοντες, οὐ μόνον οὐκ ἀνέχονται παρ' ἑτέρων μαθεῖν τὸ ἀγνοούμενον · καίτοιγε παρακαλεῖν ἐχρῆν, καὶ σπουδῇ ζητεῖν, τοὺς αὐτοὺς τῆς ἀγνοίας ἀνελκύσοντας · οἱ δὲ, καὶ διδασκάλους ἑαυτοὺς τῶν οἰκείων ἀναπλασμάτων προκαθίζουσι. Πῶς γὰρ οὐκ αἰσχύ-

[35] Joan. xvi, 14, 15.

NOTÆ.

(13) Δῆλον ὅτι, τοῦ Πατρός. Liquet in violenta hac expositione, uni propria Photio, qua sic exsultat, sib triumphat, ac si locus ille Joannis, totum convellat dogma de processione Spiritus etiam ex Filio, non illud statuat falso insimulat quod τὸ ἐκ τοῦ ἐμοῦ, depravarint Latini, quasi ejus loco ἐξ ἐμοῦ legerint aut scripserint. Nihil illi ejusmodi : Cyrillus tamen sic non depravationem putavit, ut quasi idem significantibus vocibus usus sit. In Joan. I. II, c. 1 : Καὶ εἰ, καθάπερ αὐτός φησιν, Ἐξ ἐμοῦ λαμβάνει τὸ Πνεῦμα, καίτοι πάντα ἰσχὺον καὶ κατορθοῦν, πῶς ἂν αὐτὸς οὐκ ἔχῃ τὸ ἐφ' ἅπασιν ἰσχυρόν ; *Quod si (ut ipse ait) de eo Spiritus accipit, quamvis omnia possit et impleat, quomodo ipse omnium potestatem non habebit ?* Igitur τὸ, ἐκ τοῦ ἐμοῦ, idem ἐκ τῶν ἐμοῦ, perinde ἐκ τῶν Πατρὸς, exponit. Λαμβάνειν τε οὕτω τὸ Πνεῦμά φαμεν ἔκ τε τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ τὰ αὐτῶν, οὐχ ὡς ποτὲ μὲν οὐκ ἔχον. *Atque ita nos dicemus Spiritum accipere ex Patre et Filio, quæ eorum sunt, non quod,* etc. Nec aliter Chrysostomus quod una sit scientia Filii et Spiritus ; quomodo etiam Filius dicitur, non a se loqui, sed quæ audivit a Patre, æterna scilicet generatione, et qua οὐσίαν, et quæ ejus sunt omnia, accepit : sicque adeo Spiritus etiam a Filio, quanquam a Patre ut προκαταρκτικοῦ αἰτίου, ac quasi fontali principio et a se, cum Filius ipse cum Patre principium sit et a Patre, unumque cum illo principium quod Græci fere propositione διὰ, amant explicare ; ipseque ibi Cyrillus ; Ἐπειδὴ ὁμοούσιόν ἐστι τῷ Υἱῷ, καὶ πρόεισι θεοπρεπῶς δι' αὐτοῦ, πᾶσαν αὐτοῦ τὴν ἐφ' ἅπασι τελεωτάτην ἔχον ἐνέργειάν τε καὶ δύναμιν, διὰ τοῦτό φησιν· Ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται. Ὑφεστᾶναι γὰρ αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ τὸ Πνεῦμα πιστεύομεν, εἶναί τε κατ' ἀλήθειαν, τοῦθ' ὅπερ ἐστὶ καὶ λέγεται. *Quoniam consubstantialis est Filio ac divine per eum procedit, omnem ejus perfectissimam in omnibus operandi vim habens ac efficaciam ; idcirco dixit,* Quia de meo accipiet. *Ipsum enim per se Spiritum subsistere credimus, et esse revera id quod est atque dicitur.* Sic non favet Dominica illa vox novæ Græciæ et Potii errore demantatæ, sed fidei veritatem Græcis etiam olim agnitam, suadet. Eadem voce πρόεισι, etiam Filii ex Patre processionem idem ibi Cyrillus exponit, ne quis hic cavilletur, quasi τὸ, ἐκπορεύεσθαι majus aliquid sit, et æternæ emanationi addictum, cum alterum potius respiciat temporalem effectum : quo se fucum facere putant, qui schismatico spiritu, non lucem, sed fumum ac tenebras labentis Græciæ fæcibus, post tanta ejus olim lumina, ministrant. Sed hæc prosequi, alterius otii atque operæ.

νονται, τοῦ Σωτῆρος λέγοντος, ὅτι Τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν, αὐτοὶ τὸ, ἐκ τοῦ ἐμοῦ, οὐχ ὡς εἶπεν ὁ Σωτὴρ ἐξακούοντες, ἀλλὰ τοῦτο παραγραφόμενοι, ἀνθ' ἐκείνου, τὸ ἐξ ἐμοῦ ἀντιγράφουσι. Τοῦτο γὰρ αὐτοῖς ἴσως ἔδοξε κατασκευάζειν τὸ βούλημα. Καίτοι εἰ καὶ οὕτως εἴρητο, ὥσπερ οὐκ εἴρηται, οὐδ' οὕτως αὐτοῖς εἶχεν ἰσχὺν ἡ ἐπήρεια. Οὐ γὰρ ἀεὶ τὸ λαμβάνειν εἰς τὴν τοῦ ἐκπορεύεσθαι διάνοιαν λαμβάνεται· ἀλλ' ἔσθ' ὅτε καὶ πολλὴν τὴν παραλλαγὴν ὑπαινίττεται. Ἄλλο γάρ ἐστι τὸ λαμβάνειν, καὶ ἀπαρύεσθαι ἀφ' ἑτέρας ὑποστάσεως ἑτέραν ὑπόστασιν· καὶ ἄλλο τὸ πρὸς οὐσίωσίν τε καὶ ὑπόστασιν ἐκπορεύεσθαι. Οὕτως οὐδὲ περὶ αὐτὰ τὰ σημαινόμενα τῶν ὀνομάτων ἀπευθυνομένην ἔχουσι τὴν διάνοιαν. Καὶ εἴ τε ἄλλο παρ' αὐτῶν προκομισθείη, τῆς αὐτῆς μὲν ἔχεται παρανοίας· τῆς αὐτῆς δ' ἀμαθίας καθορᾶται βλάστημα, καὶ πρὸς τὴν αὐτὴν καταστρέφει τῆς ἀσεβείας ἀπώλειαν.

ΙϚ'. Ναὶ, φησίν· ἀλλ' Ἀμβρόσιος ὁ μέγας καὶ Αὐγουστῖνος καὶ Ἱερώνυμος, καί τινες τούτοις ὁμοταγεῖς τε καὶ ἰσοστάσιοι, μέγα ὄνομα λαχόντες ἐπ' ἀρετῇ καὶ βίου λαμπρότητι, τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐν πολλοῖς αὐτῶν λόγοις συνέταξαν ἐκπορεύεσθαι. Καὶ δὴ τούτοις πειθόμεθα, οὕτω καὶ λέγειν καὶ φρονεῖν· καὶ μὴ ἀτιμάζειν πατέρας εἰς αἱρετικὴν δόξαν διαβάλλοντες. Ἔστι δὲ πρωτον μὲν τὸ πᾶσι πρόδηλον πρὸς αὐτοὺς εἰπεῖν, ὡς εἰ δέκα, ἢ καὶ εἴκοσι τινὲς τῶν Πατέρων ταύτην εἶπον τὴν φωνὴν, μυρίοι δὲ οὐκ ἐφθέγξαντο, τίνες οἱ Πατέρας ἐξυβρίζοντες· οἱ τὸ πᾶν αὐτῶν τῆς εὐσεβείας ἐν ὀλίγοις περιγράφοντες, καὶ τούτους ἀντιφθεγγομένους καὶ ἀντιτασσομένους οἰκουμενικαῖς συνοδοις, καὶ ἀναριθμήτῳ πλήθει θεοφόρων ἀνδρῶν προβαλλόμενοι, ἢ οἱ τοὺς πολλαπλασίους συνηγόρους παραλαμβάνοντες. Ὑβρίζει τις Πατέρας, ὡς φὴς, μὴ λέγων τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι· καὶ γὰρ οὕτως ἐκεῖνοι ἐφθέγξαντο· καὶ πῶς οὐχ ὑβρίζει πολλαπλασίους ὁ τοῦτο λέγων; Οὐ γὰρ οὐμενοῦν οὐδαμοῦ τοῦτο φθέγξασθαι κατεδέξαντο. Αλλ' ὑβρίζει Πατέρας ὁ παρὰ τὴν ἐκείνων φωνὴν λέγων; πῶς οὐχ ὑβρίζει τὸν κοινὸν Δεσπότην ὁ τὴν ἐκείνου παραχαράττων φωνὴν, καὶ διδάσκαλον ἀντ' ἐκείνου ἄλλον τῆς θεολογίας προβαλλόμενος. Ἀλλὰ τίς λέγει τοῦτο, Τίς ἔστιν ὁ ὑβριστὴς τῶν περὶ Αὐγουστῖνον τὸν ἱερὸν καὶ Ἱερώνυμον καὶ Ἀμβρόσιον. Ὁ τούτους ἀντιτιθεὶς τῷ κοινῷ Δεσπότῃ καὶ διδασκάλῳ ἀντιφθεγγομένους· ἢ ὁ μηδὲν μὲν τοιοῦτον ποιῶν, κοινοῦ δὲ Δεσπότου κατακολουθεῖν ἀξιῶν πάντας τῷ θεσπίσματι.

ΙΖ'. Ἀλλ' εἰ καλῶς, φησὶν, ἐδογμάτισαν, καὶ χρὴ τὸ ἐκείνων θάλπειν φρόνημα, τοὺς, ὅσοι τούτους Πατέρας ἐπιγράφουσιν· ἢ δυσσεβῶς εἶπον, καὶ δεῖ τῷ αἱρετικῷ φρονήματι κἀκείνους συναποβάλλεσθαι. Ταῦτα οἱ τὴν ἀσέβειαν ἀδικώτεροι. Οὐ γὰρ αὐτοῖς, ὡς ἔοικε, μέγα πρὸς ἀσέβειαν δοκεῖ κρατυνομένη παρ' αὐτῶν τῆς θεολογίας ἡ διαστροφή· ἀλλ' ἀτελὲς ἡγοῦνται τὸ σπούδασμα, εἰ μὴ καὶ ζητήσωσιν εὐ-

A *de meo* accipere, sed vitiata littera, ejus loco *ex me* rescribere? Nempe suam inde probatum iri sententiam forte putavere. Quanquam etsi ita dictum esset, uti certe non dictum est, ne sic quidem ullam ejus vim aggressio haberet. Non enim semper accipere, eamdem ipsam vim habet ac procedere, sed quandoque longe magnam diversitatem ac dissimilitudinem obscure indicat. Aliud est enim accipere atque haurire ex una substantia aliam substantiam, atque aliud ut exsistens vere substantia atque persona procedere. Sic neque circa ipsas vocum significationes rectam habent mentem. Ac si quid aliud ab eis allatum fuerit eidem hæret dementiæ: ejusdem germen inscitiæ cernitur, et ad eamdem invertit læsæ pietatis perniciem ac interitum.

B

XVI. Esto, inquiunt; atqui magnus Ambrosius et Augustinus et Hieronymus, aliique nonnulli paris meriti atque ordinis, virtutis luce ac vitæ claritate longe conspicuum nomen consecuti, multis suarum lucubrationum locis, Spiritum ex Filio procedere scripserunt. Ac sane morem gerimus, ut sic illi et dicant et sentiant; nec tamen hæreticæ labis calumniam noxamque Patribus inferamus. Ac primum, quod cunctis manifestum est, respondere ad eos licet: Si decem, seu etiam viginti e Patribus hanc vocem dixerunt, sexcenti vero ac innumeri non dixerunt; quinam sunt qui Patres injuria

C afficiunt, iine qui brevi numero quotquot pie senserunt, circumscribunt, eosque statuunt qui œcumenicis synodis contradixerunt iisque adversati sunt, divinorumque Patrum, quanta nec numerari potest multitudini anteponunt, an qui multis partibus plures sibi patronos asciscunt? Injuria quis Patres afficit, inquis, qui Spiritum ex Filio procedere non dicit: etenim sic illi locuti sunt; et quomodo non longe plures injuria violat, qui hoc dicit? Nunquam enim sustinuerunt ut hoc dicerent. Enimvero Patres injuria afficit, qui præterquam quod illi locuti sunt, dicit? At quomodo non magis ea communem Dominum afficit, qui illius depravat ac corrumpit vocem, ejusque loco alium sibi doctorem ac theologiæ magistrum præficit? At

D qui hoc dicit? Quisnam injurius est contra sanctum Augustinum et Hieronymum et Ambrosium? isne qui communi Domino atque magistro tanquam contraria locutos opponit, an qui nihil ejusmodi facit, sed ut omnes communis Domini decretum sequantur, cupit?

XVII. At siquidem, inquit, probe docuerunt atque senserunt, eorum quoque illis omnibus fovenda sententia est, qui eos Patres agnoscunt: sin autem impie locuti sunt, una cum hæretico sensu et illi explodendi sunt. Hæc ita qui majori scelere litant impietati: Non enim ipsis (ut licet conjicere) magnum videtur ad impietatem, ut quam inducunt theologiæ perversionem statuant, sed quod ita

moliuntur imperfectum existimant, nisi etiam quærant invenire, quos Patres vocant, quomodo improba ea indagine ac verendorum detectione injuria afficiant : hac quoque parte veros Cham illius discipulos sese exhibentes,qui nedum patris verenda non obtexit; verum etiam impudenti ore vultuque subsannavit. Secus vero Ecclesiæ alumni, nec quidquam sacra documenta obliti, Sem et Japhet hærentes vestigiis, cum paternam turpitudinem noverunt occultare, tum Cham illius æmulos reprobare ac aversari.

XVIII. Præterea vero, si quos superius Patres memoravimus, nihil communi Domino contraria. loquuntur, ne nos quidem illis loquemur contraria. Sin autem vos dicitis Dominicæ eos voci adversari, vestrum est ut et Dominum illis postponatis, ipsosque spreti Dominici præcepti reos, in inevitabilis judici noxam ac damnationem trutadis. Quanta vero quis pro beatis illis viris possit dicere?Quantæ enim rerum negotiorumque perplexitates multos coegerunt ut partim male interpretarentur, partim dispensatione quadam loquerentur, cum et increduli adversarentur,et in quam prolapsi essent, ignorantia, ut se habent res humanæ. Alius namque decertans adversus hæreticos; alius pro auditorum imbecillitate composita doctrina, atque alius aliud quid moliens, et cum majori aliquo fine ab accurata disciplina non paucis in rebus temperare submissiusque agere tempus suaderet, tum locuti sunt, tumve egerunt, quæ nobis nec loqui nec agere licet.

XIX. Et ut reliquos omittam, perpende, quæso, admirandum Paulum ac orbis magistrum ut sanctificatus, ut rasus; eos qui recens ad disciplinam animum adjecissent, non solido cibo, sed lacte aleret. Ac si quis deinceps sacrorum virorum chorum percurrat, vitæ omne tempus teret talia percensendo, et ut ea conscribat. Si quis enim vero

A ρεῖν, οὓς Πατέρας καλοῦσι, διά τῆς τοιαύτης ἀγνώμονος ἐρεύνης, καὶ τῆς τῶν ἀσχημόνων ἀνακαλύψεως, ὅπως ὑβρίσωσι · δεικνύντες αὐτοὺς κάνταῦθα γνησίους τοῦ Χὰμ μαθητὰς, ὃς τὴν τοῦ πατρὸς ἀσχημοσύνην οὐ συνεκάλυψεν, ἀναιδεῖ δὲ προσώπῳ διεχλεύασεν. Ἀλλ' οἱ τῆς Ἐκκλησίας τρόφιμοι, καὶ τῶν ἱερῶν μαθημάτων οὐκ ἐπιλήσμονες, κατὰ τὸν Σὴμ καὶ Ἰάφεθ, καὶ τὴν πατρικὴν ἀσχημοσύνην ἐπικαλύπτειν ἐπίστανται, καὶ τοὺς μιμητὰς τοῦ Χὰμ καταγινώσκοντες ἀποστρέφονται.

ΙΗ'. Ἄλλως τε δὲ, εἰ μὲν μηδὲν, οὓς ὁ λόγος ἄνωθεν ἔφη Πατέρας, τῷ κοινῷ Δεσπότῃ ἀντιφθέγγονται, οὐδ' ἡμεῖς τούτοις ἀντιφθεγξόμεθα · εἰ δ' ὑμεῖς φατε ὡς τῇ Δεσποτικῇ φωνῇ ἀντιφθέγγονται, ὑμῶν ἐστι τὸ καὶ τὸν Δεσπότην δεύτερον ἐκείνων ποιεῖν, κἀκείνους διὰ τὸ τὴν Δεσποτικὴν παριδεῖν ἐντολὴν, ἀπελαύνειν εἰς τὸ τοῦ κρίματος ἀπαραίτητον. Ποσα δ' ἂν τις ὑπὲρ τῶν μακαρίων ἀνδρῶν ἐκείνων εἴποι ; Ποσαι γὰρ περιστάσεις πραγμάτων πολλοὺς ἐξεβιάζοντο, τὰ μὲν παραφθέγξασθαι, τὰ δὲ πρὸς οἰκονομίαν εἰπεῖν, τὰ δὲ, καὶ τῶν ἀπειθούντων ἐπαναστάντων, τὰ δὲ, καὶ ἀγνοίᾳ οἷα δὴ περιολισθεῖσι ἀνθρώπινα. Ἄλλος γὰρ πρὸς τοὺς αἱρετίζοντας διαμαχόμενος · ἄλλος τῇ ἀσθενείᾳ συγκατιὼν τῶν ἀκροατῶν · ἄλλος ἄλλο τι διαπραττόμενος, καὶ τὸν καιρὸν ἔχων πολλὰ τῆς ἀκριβείας καθυφεῖναι παρακαλοῦντα ἐπὶ τέλει μείζονι καὶ εἶπε, καὶ ἔπραξεν, ἃ μήτε λαλεῖν ἡμῖν, μήτε πράττειν ἔξεστι.

C

ΙΘ'. Καὶ ἵνα ἄλλους ἐάσω, ἐννόει μοι τοῦ θαυμασίου Παύλου καὶ διδασκάλου τῆς οἰκουμένης τὸν ἁγιασμὸν, τὸ ξύρισθαι (14)· τὸ γάλακτι τρέφειν τοὺς ἄρτι καθισταμένους πρὸς μάθησιν, καὶ οὐ βρώματι. Κἀκεῖθεν ἐθιξῆς εἴ τις τῶν ἱερῶν ἀνδρῶν τὸν χορὸν διέλθοι, ὅλον ἀνθρώπου κατατρίψοι βίον, τὰ τοιαῦτα ἐξαριθμῶν, καὶ γραφόμενος. Ἀλλὰ γὰρ εἴ τις τῶν

NOTÆ.

(14) Τὸν *ἁγιασμὸν, τὸ ξύρισθαι*. Sunt hæc legalia,quæ Paulus Hierosolymis observavit, Jacobo ejus urbis episcopo illi auctore, quorum observatione placandos putavere Paulo infensiores Judæorum animos; etsi conatu irrito. Quæ dispensatio nihil dum fidei officiebat, cum necdum legalia D essent mortifera, si quis in eis spem non poneret; sed per fidem Christi salutem sibi arrogaret. Quæ dispensatio nihil attinet ad relatos Patres, hocque doctrinæ capitulum, ad quod nihil cogebat, eorum quæ Photius tanto verborum ambitu exaggerat. Erat illorum eruditissimum sæculum, summa Ecclesiæ pax : nulli tyranni, hæreses magna parte compressæ, libera prædicatio : quæ omnia vel si defuissent, nulla ejusmodi licentia Patribus (in theologia maxime ac deitatis doctrina) τοῦ *παραφθέγγεσθαι* (ut Photii ipsa voce utar) ut contra mentem loquerentur,et falsa pro veris ingererent : secus ut subticerent aliquid,aut Dominica ipsa voce contenti essent, ejusque simplicitate, *παρὰ Πατρὸς*, *A Patre* : quod Filium non excludere ipsi divino eodem Spiritu sunt interpretati, quo quidam alii οἰκονομοῦντες tacuere.Hæcque vera concordia, neutris injuriosa, non quam Pythonico spiritu Photius fabricatur,ipse illa vere Chamita,non quos ejus rei virulento ore ac calamo insimulat. Nec aliter vel Joannis papæ legati, vel alii Latini, erga Græcos ipsumque Photium videantur habuisse, quam ut taceri indulgerent vocem *Filioque*, dum sensus teneretur, nec inde erroris, seu etiam hæresis eos notarent, qui eam admitterent. Qua indulgentia nec modo (etiam Romæ) Græcos cogunt Latini, ut in fide explicatius Spiritus ex Filio processionem edant.Metius valde hallucinatus est,dum ita reddit, *quæ scribit de castitate, de radenda barba*, etc. Scribit Paulus de castitate, sed ejus doctrina non parvulorum est, sed perfectorum ; in qua non οἰκονομία est, sed ἀκρίβεια : de barba qui et ubi scripserit Paulus, vellem annotasset: etsi nihil hic de Pauli scriptione, sed de his quæ pro loci ac temporis necessitate aut circumstantia egit, quæ alias forent illicita,et quæ in exemplum trahere non convenit. Malim *ἁγιασμὸν*, *purificationem*, qua voce Lucas semel et iterum utitur, Act. XXI, 24. Ἁγνίσθητι σὺν αὐτοῖς, ἵνα ξυρίσωνται τὴν κεφαλήν. *Purificare cum illis* : *ut caput radant*, Nazaræorum ritu ; non sic barbam.

τοιούτων λόγων καὶ πράξεων, τὴν ἀσθένειαν τῶν ἀκροατῶν, καὶ τὴν οἰκονομίαν τοῦ λόγου· τήν τε πρὸς τοὺς ἀντιτεταγμένους μάχην περιελὼν, γυμνὰ τῶν εἰρημένων, καὶ ὡς δόγμα προβάλλοι καὶ περιθάλποι, αὐτοὺς ἐκείνους τοὺς τὰ τοιαῦτα καὶ εἰπόντας καὶ πράξαντας, εὑρήσει κατ' αὐτοῦ τὴν δικάζουσαν ἀφιέντας ψῆφον.

A exempta ex ejusmodi sermonibus atque actibus auditorum imbecillitate, doctrinæque dispensatione, nec non adversariorum pugna, his nuda quæ dicta sunt, et ut dogma proponat foveatque, illos qui talia vel locuti sunt vel egerunt, lata in eum sententia, ipsum damnare inveniet.

Κ'. Ἔτι δὲ, εἰ μὲν ὑπομνησθέντες περὶ τοῦ προκειμένου κεφαλαίου, τῶν εἰρημένων Πατέρων ἀντεῖπε τὸ σύνταγμα, καὶ πρὸς ἔνστασίν τινα καὶ ἀπείθειαν ἀπεθρασύνετο· διέτεινάν τε τῇ αὐτῇ παρατροπῇ τῆς δόξης, καὶ ἐπ' αὐτῇ τὸν βίον μετὰ τοὺς ἐλέγχους κατέστρεψαν, ἀνάγκη τούτους συναποβάλλεσθαι τῷ φρονήματι. Εἰ δὲ παρεφθέγξαντο μέν, ἢ δι' τινα αἰτίαν νῦν ἀγνοουμένην ἡμῖν τῆς εὐθύτητος ἐξετράπησαν· οὐδεμία δὲ ζήτησις αὐτοῖς προσενήνεκται, οὐδ' εἰς μάθησιν τῆς ἀληθείας οὐδεὶς αὐτοὺς παρεκάλεσε, Πατέρας μὲν οὐδὲν ἧττον αὐτοὺς, εἰ καὶ μὴ τοῦτο εἶπον, ἐπιγραψόμεθα, διά τε τὸ τοῦ βίου λαμπρὸν καὶ τῆς ἀρετῆς τὸ αἰδέσιμον, καὶ τῆς ἄλλης εὐσεβείας τὸ ἀκατάγνωστον· τοῖς δὲ λογοις τούτων, ἐν οἷς παρηνέχθησαν, οὐκ ἑψόμεθα. Ὅσοι δὲ τούτων, βιάζονται εἰς ἀντίθετον μαρτυρίαν ἐλθεῖν τῆς Δεσποτικῆς φωνῆς, οὗτοι λέξει μὲν γυμνῇ τὸν Πατέρα τούτοις χαρίζονται· ἔργῳ δὲ καὶ πάσῃ σπουδῇ εἰς τὴν τῶν πατρῴων καὶ πολεμίων χώραν αὐτοὺς ἀπελαύνουσιν. Ἡμεῖς δὲ, ἐπεὶ καὶ ἄλλους τινὰς τῶν μακαρίων ἡμῶν Πατέρων καὶ διδασκάλων, ἐν πολλοῖς τε ἄλλοις τῆς ἀκριβείας τῶν ὀρθῶν δογμάτων παρενεχθέντας καταλαμβάνοντες, τὸ μὲν παρενεχθὲν, οὐ προσθήκην δεχόμεθα, τοὺς ἄνδρας δὲ ἀσπαζόμεθα· οὕτω καὶ τοὺς, εἴ τινες ὑπηνέχθησαν εἰπεῖν τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι· τὸ μὲν παρὰ τὴν Δεσποτικὴν φωνὴν, οὐ δεχόμεθα· ἐκείνους δὲ τῆς τῶν Πατέρων ἀγέλης οὐκ ἀποκρίνομεν.

XX. Præterea, si cum meminissent propositi capituli, dictorum Patrum cœtus contradixisset, et ut contentiosius obsisterent nec obtemperarent animos obfirmassent, atque in ea prava opinione perseverassent, ejusque reprehensi, sententiæ tenaces vitam cum morte commutassent; necesse esset ut cum errore sensuque suo exploderentur. Sin autem male quidem locuti sunt, aut aliqua causa nunc nobis ignota a recto tramite deviarunt; nulla tamen illis quæstio oblata est, nec quisquam ad condiscendam veritatem illos provocavit, perinde illos in Patrum albo admittimus, ac si istud minime dixissent, propter vitæ claritatem ac spectabilem virtutem, nec non reliquam inculpatam fidem ac pietatem: doctrinam vero, in qua a veritatis semita aberrarunt, non sequimur. Quotquot vero cogunt, ut contraria auctoritate Dominicæ voci adversentur, hi nuda quidem voce Patris eis titulum deferunt, facto vero omnique opera in parricidarum atque hostium eos classem detrudunt. Nos autem, qui alios quoque nonnullos sanctorum nostrorum Patrum ac magistrorum a rectorum dogmatum fide exorbitasse intelligamus, quod quidem exorbitarunt, in doctrina partem non assumimus, viros tamen amplectimur: ita etiam si quibus obrepsit ut Spiritum a Filio procedere dicerent; quod quidem Dominicæ voci adversetur non admittimus, illos tamen a Patrum cœtu non rejicimus.

B

C

ΚΑ'. Καὶ γὰρ καὶ Διονύσιον τὸν Ἀλεξανδρείας (15) τῷ χορῷ ἁγίων τῶν Πατέρων συντάττοντες, τὰς ὑπ' αὐτοῦ λεχθείσας πρὸς τὸν Λίβυν Σαβέλλιοι Ἀρειανικὰς φωνὰς οὐμενοῦν οὐ συναποδεχόμεθα, ἀλλὰ καὶ παντελῶς ἐκτρεπόμεθα. Καὶ τὸν ἐν μάρτυσι μέγαν Μεθόδιον, ὃς τοὺς ἀρχιερατικοὺς τοῦ Πατάρων θρόνου ἐπιδαλινούχησεν οἴακας· ἔτι μὲν καὶ Εἰρηναῖον

XXI. Etenim Dionysium quoque Alexandrinum sanctorum Patrum choro accensentes, haud tamen dictas ab eo Arianicas voces adversus Sabellium Lybicum perinde recipimus, quin etiam prorsus repudiamus. Magnum itidem Methodium martyrem, qui Patarensis Ecclesiæ clavum præsul gubernavit: præterea etiam Irenæum Lugdunensem episcopum,

NOTÆ.

